

in expeditione, in commanipulatione nemo folum faceret. *Mau-*  
*nu.*] pro manui, declinatio vetus, & frequens. Hinc apud Varro-  
 nem, Concubitu indulgent: Téque aspectu ne subtrahe nostro.  
 Est autem sensus: Se nolle superuiriere, nec superstitem esse ma-  
 nui præmortuæ, abscessæ que à reliquo corpore, siue qua manus  
 est homo. Nam, ut Aristoteles & cæteri tradunt, manus est orga-  
 num organorum, instrumentum instrumentorum. Anaxagoras  
 dicere solebat, hominem prudentissimum omnium animalium  
 esse, quoniam unus omnium manuatus esset. Contra Aristoteles  
 lib. 13. de animalibus: Recta, inquit, ratio exigit, ut quoniam pru-  
 dentissimus omnium est homo, ideo manus receperit. Quid di-  
 cam, inquit Lactantius, de manibus, rationis ac sapientiae mini-  
 stris, quas solertissimus artifex planas ac modicè concavæ sive fi-  
 ëtas, ut si quid tenendum sit, aptè possit insidere in digitos, termi-  
 nauit. Manus, ut auctor est Galenus libro primo de Inuimentiis  
 membrorum, datæ sunt homini vice omnium instrumentorum  
 & armorum, quibus utitur in omnibus artificiis. *Ocumberet.*]  
 moreretur. *Spontale.*] vtroneum, & sponte nostra factum. A spon-  
 te enim spontale deducitur: cuius rectus casus est spons, ut docet  
 Auson. illo versu: Sponte ablarii casus, quis rectus erit? spons. Et  
 apud Cor. Celsum scriptum est: Sanus homo, qui & bene valet,  
 & suæ sponte est, nullis se obligare legibus debet. Græcè spon-  
 talis mors dicitur *αὐτοματος θεραπειας*. *Transadigit.*] transmisit, trans-  
 fudit, traiecit. Virg. *Transadigit costas.* *Magnanimi.*] Magnani-  
 mum appellat, quasi mortis contemptorem. Nam & Aristoteles  
 in 4. Ethicorum: Magnanimus, inquit, cum in periculo versatur,  
 vita non parcet, quasi non sit dignum omnino non viue-  
 re. *Vigore venerato.*] Jadorata virtute. sic Virgil. venerata sacerdos  
 passiuè dixit. *Toto elemento.*] scilicet maris. Diris. Dixit diserte  
 Mœcenas: Non tumulum curo, sepelit natura relictos. Dij boni,  
 quam multorum sepulchrum est mare? quanti quotidie morta-  
 les in mari moriuntur, & in mari sepieliuntur? Propertius: pro tu-  
 mulo Carphatum omne mare est.

*Alcimus.*] No-  
 men proprium  
 est, à fortitudine  
 ductum. Alcimos  
 enim Græcè for-  
 tis est. *Abducere.*]  
 subducere, subtra-  
 here, eripere, abdu-  
 cimus inuitos, du-

*Enim vero Alcimus solertibus co-  
 ptis, tamen sauum Fortune nutum non  
 potuit abducere qui cum dormientis a-  
 nus perfracto tuguriolo conscendisset cu-  
 biculum superius, iamque protinus o-  
 blisis fauibus interstinguisse eam de-  
 buisset, prius maluit rerum singula per-  
 latorem*

latiorem fenestram forinsecus nobis stylis rapienda dispergere. Cumque iam cuncta rerum gnauinter emolitus, nec toro quidem anicula quiescentis parceret vellet, eaque lectulo suo denoluta, vestem stragulam subductam scilicet iactare similiter destinaret, genibus eius profusa sic nequissima illa deprecatur: *Quid, oro, fili, paupertinas, pannosq; reculas miserrimae anus donas vicinis diuitibus, quorum hæc fenestra domum prospicit?* Quo sermoné, callido deceptus astu, & vera qua dicta sunt credens Alcinus, verens scilicet ne & ea qua prius miserat, quaque poste à missus foris, non socijs suis, sed in alienos Lares iam certus erroris abiiceret, suspendit se fenestra, sagaciter perspecturus omnia: præsertim domus attiguae, quam dixerat illa, fortunas arbitratus. *Quod eum strenue quidem, & satis improuide conantem, senile illud facinus, quanquam inualido, repentina tamē, & inopinato pulsū nutantem ac quin attonitum, præceps inegit.* Qui pendulum, & in prospœctu alio- preter altitudinem nimiam, super quendam etiam vastissimum lapidem propè iacentem decidens, perfracta \*diffusaque cratē costarum, riuos sanguinis vemens, primitus narratis nobis quæ gesta sunt, non diu cruciatus, vitam evasit. *Quæ prioris exemplo sepulturæ traditum, bonum secutorem Lamatho dedimus.*

cimus volentes. Oblissis faucibus.] suffocatis: oblide-re enim & elide-re, est volentes præfocare, strangulareque. M.T. pro Scauro: Li-bertus patronum non occidit, sed duobus digitulis gulam oblisit. Interstingnere.] penitus extinguere. Forinsecus,] foris; extrinsecus: ea-demi enim forma intrinsecus, extrinsecus, forinsecus, altrinsecus, & alia hoc genus dicuntur. Gnauster,] strenue & velociter contrarium est ignauiter. A nati-vium velocitate natius dictus, & gnauus: cuius contrarium est ignauus. Aniculae,] vetulæ; & pet simplex, n, scribitur, prima correpta: alias annicula geminato, n, dicitur vnius anni. Vestem stra-gulam,] qua scili-cet instratus erat torus. Genibus profusa,] ad genua

Alcimi procumbēs: ea enim sunt misericordiæ consecrata. Genitiva supplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc ut aras adorant. *Paupertinas.*] Penultima producta pronuntiadum esse docet Sidonius, qui ait: Angulus iste placet, paupertinusque recessus. *Reclusas.*] Legendum reculas, ex auctoritate Prisciani, qui scribit, nomina quintæ declinationis fœminina, abiecta s, assumere cula, & facere dimidiatiua: ut dies, inquit, diecula: res, recula. Plautus in Cistellaria: Siquidem imperes pro copia, pro recula. Nomine regularum pannosarum expressit significanter tenuiculum patrimonium, & supellectilem oppidò quam pusillam. Nam appellatione rei opes significantur. Horatius: Ut rem facias, rem Si possis rectè: si non, quocunque modo rem. & apud Ausonium: non auxi, non minui rem. Præterea nomine rei notatur imperium, lis, & coitus. Ausonius: Imperium, litem, Venerem, cur vna notet res, Refert M. Tul. nondum inter iuris consultos esse constitutum, utrum rem an litem dici oporteat. *Callido astu.*] astutia vafriciaque anili. Græci vocant ἀστυ ciuitatem. vnde illud Terentianum: Iam in astu venit. Inde astus pro astutia, & astuti homines dicti, quoniam qui habitant in urbibus, hi callidores fermè sunt rusticis rupiconibus. Astu pro astute aduerbio usus est Terentius in Eunicho, ut interpretatur Donatus. *Sociis suis.*] qui forinsecus excipiebant, quæ ab Alcimo deiiciebantur. *Suspendit.*] librauit, & veluti suspensum ac pendulum sese fecit, causa perspiciendi. *Attiguae.*] proximæ & coniunctæ. *Fortunas arbitraturus.*] opulentias diuinitusque inspecturus, contemplaturisque. Arbitrari enim est interdum speculari: vnde arbitri dicti spectatores. Plautus: Ne arbitri nostri dicta nostra arbitrari queant. *Senile illud facinus.*] Asperiùs significantiusque appellauit senile facinus, quam si vetulam facinorosam dixisset. sic Lucilius: Carcer vix carcere dignus. sic & Epigrammatarius poeta: Non vitiosus homo es, Zoile, sed virtutem. *Præceps ingredit.*] egit in præceps atque præcepitum. Præpositionem addidit verbo, quæ nomini fuerat copulanda. *Diffusa.*] Corrigere, diffissa: signat enim costas Alcimi decidentis fuisse disruptas, dissipatasque. *Crate costarū.*] Virgil. Et cratem pectoris ense Transadigit. Ouid. quoque in 12. Quæ laterum cratem perrupit. Costæ homini tantum octonæ sunt, subibus denæ, cornigerisæ, serpentibus triginta. Pectus homini tantum latum, reliquis carinatum, quod costarum quasi crates nominantur. *Vitam euasit.*] mortuus est. *Prioris exemplo sepulturæ.*] Denotat Alcimum quoque in mare deiectum fuisse, habuisséq; sepulturam Lamathi sepulturæ comprehendem. ut inquit Horatius: Exitio est audum mare nautis.

Tunc

Tunc orbitalis dupli plaga petiti,  
iamque Thebanis conatibus abnentes,  
Plateas proximam descendimus ciuitatem: \*vbi fama celebrem quendam  
nomine Democharem munus editurum gladiatorium deprehendimus. nam  
& genere primarius vir, & opibus pluribus, & liberalitate praecipius, digno  
fortuna sua splendore, publicas voluptates instruebat. Quis tantus ingenij, quis  
facundia, qui singulas species apparatus multiungi verbis idoneis possit ex-  
plicare? Gladiatores isti famosæ manus,  
venatores illi probatae pernicitatis; alibi  
noxijs, perdita securitate, suis epulis be-  
stiarum saginas instruentes. Confixilis  
machinae sublīce turres tabularum ne-  
xibus, instar circumforanea domus, flo-  
ridæ picturæ, decora futuræ venationis  
receptacula. Qui præterea numerus?  
quæ facies ferarum? Nam præcipuo stu-  
dio forensi, etiam aduixerat generosa  
illa damnatorum capitum funera.

Duplici plaga.] Ob iacturam sci-  
licet duorum, La-  
mathi, & Alci-  
mi. Petiti.] per-  
culsi. vnde & cor-  
nupetæ boves di-  
cti, qui cornu pe-  
tunt, id est fer-  
riunt, appetunt-  
que: & petitio-  
nes dicimus im-  
petus, insultus-  
que gladiotorum.  
M. Tull. Quas e-  
go tuas petitio-  
nes ita coniectas,  
ut vitari nullo  
modo possent, le-  
ui declinatione  
defugi. Abnuen-  
tes.] Quasi dicat:  
Iam damnantes  
conatus nostros  
apud Thebas, ut  
in prosperos, in-  
faustosque, pro-  
fecti sumus ad  
ciuitatem proxi-  
mam Platearum.

Sunt enim Plateæ in Boeotia, sub Citherone  
monte, haud longè Thebis: quas εὐκλεῖς, id est, singulari nume-  
ro protulit Homerus. A latitudine remorum Plateas appella-  
tas autumat Strabo, atque Plateenses temigionis questu vi-  
ctitate: cui subscribere videtur Plinius, qui ait Plateas inuenisse  
rem latitudinem: nam Græcè πλάτη remus, πλάτη latitudo: in-  
de πλάτη platea dicta, quia lata. Interdum media plateæ syl-  
labâ productè pronuntiatur, interdum corripitur: ut apud Ho-  
rat. Puræ sunt plateæ, nihil ut properantibus obster. Hinc Au-  
gnificare vellet plateas, quæ à latitudine nomen mutuantur, præ-  
turba angustas fuisse & arctas, adeò ut nomen suum, hoc est la-  
titudinis, perdere videretur. Munus editurū gladiatorium.] Edito-

res spectaculi gladiatoriū scito vocabulo munerarij nominātur:  
 quia & id munus vocatur, tanquam eo spectaculo perinde ac  
 munere donōq; gratissimo populus capiatur, deliniatūrque. Scri-  
 bit Lactant. lib. 6. ciuinarū Institutionū, venationes Saturno atti-  
 dutas esse, quæ munera vocātur. Apud scriptores omnes hæc lo-  
 quendi elegātia usurpatūr: ut munerum nomine spectacula  
 feratum, & ludi gladiatoriū significantur: super quo apud Sue-  
 zonium satis multa. Cyprianus perorans in ludū gladiatoriū:  
 Homo, inquit, occidit in hominis voluptatem. Disciplina est,  
 ut perimere quis possit: & gloria est, quod peremit. Celebritatē  
 hanc gladiatoriā omni solitudine ait esse tristiorē. Tertull.  
 quoque damnans ethicorum mores: De vestris, inquit, semper  
 bestiæ signantur, de vestris semper munerati noxiorum greges  
 pascuntur. Editurum autem pro exhibitorum, perditurūmque  
 dixit significanter. cùm munerarij exhibentes ludos edere dicantur: vnde editores dicti, qui exhibent ludos. Sueton. in Cæsare:  
 Edidit spectacula varij generis. Spartianus. Edita munera, in  
 quib. Elephantes & corocetas exhibuit, item centum leones una  
 missione edidit. Quod autē ait corocetas exhibitas, corrigē cro-  
 crutas. Est enim crocrua Plin. Solin. cæteris, fera nascent in  
 Aethiopia, dentibus omnia frangens, protinusque deuorata ven-  
 trali calore conficiens: ex cane & lupo concipi tradunt. Forme.]  
 Purior lectio & congruentior est, fortunę, quām formę. Multi-  
 gi. ] multiplicis & varij: multiuga enim dicimus multa & nume-  
 rosa. Vbi annotandum, sicut in postliminio, meditullio & legit-  
 imo, illud liminium, & tullium, & timum, nihil omnino de-  
 signant: sic in multiugo, prima pars multum significat, re-  
 liqua vocabuli pars protractionem solam esse demonstrat. Ea-  
 dem forma dixit Ausonius teriuga milia pedum, pro tria-  
 mitia pedum metricorum. Famosæ manus. ] Proprium gladi-  
 torum est, ut famosi dicantur: quod magis ad infamiam, quām  
 ad famam refertur. tales enim (quod iurisconsulti docent) no-  
 tantur infamia. Sunt autem in gladiatoriis manus quæ se-  
 cundæ vocantur, si prima ad euocandum aduersarij iustum pro-  
 lata erit: sunt & tertiae & quartæ, si geminata captatio est. Hinc  
 apud Plinium secundanus & tertianus accipiuntur ab recen-  
 toribus, pro gladiatoriis secundarum & tertiarum manus: ex  
 eo videlicet, quod fessis primis secundi, secundis tertij, in gla-  
 diatura succederent. Gladiatoriū autem multa genera & varia  
 nomina produntur. Namque alij mirmillones, alij Thraces dicti:  
 qui inter se propriè opponuntur. Quod & Ausonius docet illo  
 versu: Quis mirmilloni contendit? & quimanus Thrax. A Thra-  
 x

ce gladiatore, Threcidicus gladius, & arma Threcidica dicuntur. Obiter corrigendus est, explicandusque apud Ciceronem locus, qui in 7. Antoniarum ita scribit: Mirmillo in Asia depugnauit, cum ornasset Theciditis comitem, & familiarem suum: Proximo anno, cum publicè profiterer illas orationes, commo-  
nui auditores, ut meo quidem periculo pro Theciditis emen-  
darent Threcidicis: ac dixi, à M. T. taxari L. Antonium, quem  
mirmillone vocat, hoc est gladiatorem Asiaticum: quod Thre-  
cidicis, id est, gladiatoriis armis & armatura gladiatorum, qui  
Thraces peculiari vocabulo nominantur, ornauerit comitem &  
familiarem suum. eumque mox in gladiatoria pugna iugulae-  
rit. Astipulatur huic opinioni nostræ idem ipse Cicero, qui in su-  
periote Philippica in eundem L. Antonium dixerat: O impuden-  
tiam in credibilem, tantumne sibi sumpsit, quia Mylassis mirmillo Thraceum iugulauit, familiarem suum? interpretes Philip-  
picarum per incuriam labuntur. Ausonius scribens de Commo-  
do imperatore, qui fuit gladiator, inquit: Threcidico princeps  
bella movens gladio. Præterea in ordine gladiatorum secutores,  
retiarij, arenarij, bestiarij, meridiani nominantur. Bestiarum sagi-  
nas.] Damnatos ad bestias designat, de quibus Paulus iuris con-  
sultus sic scribit: Ad bestias damnatos fauore populi præsides  
dimittere non debent. Sunt & gladiatores quidam bestiarij no-  
minati, ex eo quod aduersos bestias in spectaculis depugnant  
auctor est Vlpian. eos qui operas locauerunt ut cum bestiis de-  
pugnarent, notari infamia. Bestias autem accipere debemus ex  
feritate magis, quam ex animalium genere. Tertullianus in Apolo-  
geticō: Non publicè liberalius discutimbo, quod bestiariis super  
me coenabibus mos est. Ludus erat apud veteres, in quo bestiarij  
erudiebantur ad pugnam bestiarum. Scribit Seneca, quod di-  
gnum scitu est, in 10. Epistolarum: in ludo bestiariorum, unum  
cum ad matutina spectacula pararetur, cessisse ad exone-  
randum corpus: ibique lignum id quod ad errundanda ob-  
scena adhærente spongia positum est, totum in gulam far-  
fisse, & ita præclusis faucibus spiritum emisisse. Apud Appio-  
nem, qui Polyhistor appellatus est, historia luculentè graphicèq;  
explicatur, Androdi serui, qui ad pugnam bestiarum à domino  
datus est. Nati sub sidere canicula, erunt venatores, arenarij, para-  
bolarij, & qui sub conspectu populi in caueis cum feris pugnent  
auctor Iulius Firmicus in 8. Matheoseos: apud quem verbum illud  
parabolarij existimo legendum esse pyrobolarij, viuis tantum  
literæ immutatione: ut significetur iaculatores pyrobolorū. Sunt

autem pyroboli tela ignita & ardentia , quæ cum flammâ mit-  
tuntur: quorum meminuit Plutarchus in Dione, scribens, pyrobo-  
lorum incendio complures extinctos. Qui ad bestias damnaban-  
tur, largiore cibo implebantur , vt pingues & saginati instrue-  
rent saginam ferarum. Hinc illud Cypriani: Impletur in succum  
cibis fortioribus corpus, & aruinæ toris membrorum moles ro-  
busta pinguescit, vt saginatus in pœna carnis pareat. Quinti-  
lianuſ quoque in gladiatore, in hanc sententiam: Alebar , inquit,  
deuotum corpus, prauior omni fame sagina. In quarto Propertij  
commentario scripsi, versum illum ad hunc intellectum esse re-  
ferendum: Qui dabit immundæ vœnalia fata saginæ. Sagina au-  
tem pinguitudinem significat. & saginare, pinguefacere. sagina-  
rium apud Varrorem accipitur pro auiario, locoque saginæ, vbi  
aves inclusæ saginantur , & saturitate pergliscunt. Sagena vero  
genus est retis pescatorij cuius mentio fit in Euangelio. Confi-  
xilis.] Erat, inquit, machina sublicis siue longurijs compacta, con-  
fixaque, & ob id confixilis dicta. Sublicas autem perticas voca-  
mus, & palos ligneos. unde pons Romæ sublicius dictus , qui ex  
sublicijs structus, totus erat ligneus sine ferreo clavo: ita compa-  
ctus, vt trabes sine fulturis eximerentur: quod factum esse videri  
vult Plin. posteaquam Horatio Coclite defendantे ægrè reuul-  
sus est. Cæsar in descriptione Rhenani pontis inquit: Non su-  
blice modo directæ ad perpendicularium, sed pronæ ac fastigiatæ,  
vt secundum naturam fluminis procumberent. Circunforaneæ  
domus.] Circunforanea domus à circumferendo dici videuntur acci-  
piturque pro ea quæ mobilis & ambulatoria est, facilisque ad  
circumferendum, vel versatilis in circuitum. Circunforanei  
vero homines dicuntur, qui circa fora & conciliabula vagantur,  
fucis & strophis captantes questum: quales sunt pharmacopole.  
M. Tullius in oratione pro Cluentio : Tum repente Anconitanum  
quendam L. Clodium, pharmocopolanum circumforaneum,  
qui casu tum in Latium venisset, aggreditur Hieronymus quoque  
in epistola ad Domitionem scribens inquit : Nescio quem de  
triuio, de compitis, de plateis circumforaneum monachum ru-  
migerulum concionari aduersum me. Præterea numerus.] Pronun-  
ciatione adiuuandum est. Significatur enim quantus , & quam  
copiosus. Studio forensi .] Sensus est : Demochares munerarius  
secum aduexerat reos , sententia iudicium damnatos in actione  
forensium causarum, vt eos mox exhiberet ad gladiatoriam pu-  
gnam. Vel, quod verius puto, intelligit generosos etiam dñatos  
aduertos esse à Demochate, dñ ille tenetur præcipuo studio fore-  
si, hoc est gladiatorij spectaculi desiderio trahitur: quod studiū  
forensē

forense appellat, propterea quod in foro talia munera dabantur.  
quod Victruius & Pedianus Asconius docent.

Sed præter cæteram speciosi munieris  
supellecilem, totis vtcunque patrimonij  
viribus immanis vrsa comparabat nu-  
merum copiosum. Nam præter domesti-  
cis venationibus captas, præter largis  
emptionibus partas, amicorum etiam  
donationibus varijs certatim oblatas,  
tutela sumptuosa solicite nutriebat. Nec  
ille tam clarus, tamque splendidus pu-  
blicæ voluptatis apparatus, Inuidie no-  
xios effugit oculos. Nam diutina capti-  
uitate fatigata simul, & aestua flagran-  
tia macerata, pigna etiam sessione lan-  
guidæ, & repentina correpta pestilen-  
tia, penè ad nullum rediere numerum.  
Paßim per plateas plurima cernere: ia-  
cire semiuinorum corporum ferina nau-  
fragia. Tunc vulgus ignobile, quos in-  
cultæ pauperies sine delectu ciborum,  
tenuato ventri cogit sordentia supple-  
menta & dapes gratuitas conquirere,  
paßim ad iacentes epulas accurrere.

uidiae: quæ, vt ipsius verbis utar, Nō fruitur somno, vigilabitibus  
excita curis: Sed videt ingratos, intabescitque videndo Successus  
hominū, carpitq; & carpitur vna. Inuidie nomē dictū esse autu-  
mat M.T. à nimis intuēdo fortunā alterius. ex quo illud Actianū:  
Quisnā florē liberū inuidit meū: pro eo quod est, quisnā flori in-  
uidit meorū filiorū. Veteres. n. vtr videre, sic inuidere florē, rectius  
dici existimabant, quā flori: quod & Quint. annotat, & nos in ter-  
tio Quæst. Tusc. cōmentario explicauimus. Est. n. inuidia, siue in-  
videntia, ægritudo ex alterius rebus secūdis. Distat ab odio, quo-  
niā odimus malos, inuidemus fortunatis: odisse nos palam pro-  
fitemur, inuidiā dissimulamus: odiū ex alieno vitio, inuidia ex a-  
liena virtute & bonis exoriūtur: odiū cadit in brutas animates,  
inuidia in hominē tanū, vt subtiliter disparuit distinxitq; Plu-

Muneris supelle-  
cilem. ] appar-  
atum ludi gladi-  
torij. Immanis vr-  
sa. ] pro imma-  
nium vrsarum,  
singularis pro plu-  
ratiuo: quod ge-  
nus elocutionis  
est visitatissimum.  
Partas. ] paratas'  
Publicæ volupta-  
ptis.] Talia enim  
spectacula ad vo-  
luptatem maxi-  
mè publicam per-  
tinent, & plebecu-  
lae oculos pascūt.  
Vnde & Demo-  
charis nomen sci-  
tè fictum videtur,  
quo gratia popu-  
li significatur. In-  
uidie oculos. ] Oui-  
dius toruos ocu-  
los & aciem o-  
bliquam dat in-

zarchus in libro de inuidia & odio. οὐδένοις Græci appellant. Olim  
 Apelles imaginem inuidiæ graphicè & scienter pinxit in tabula:  
 cuius rei Lucianus quoque commeninit, & nos mentionem fe-  
 cimus in libello de Optimo statu. *Aestiu flagrantia.*} calore  
 æstiuo & æstu flagrantissimo vexatæ. Flagrantia autem caloris  
 corpora macerari, dissoluique testatur & Galenus in commenta-  
 rio Aphorismorum ; & nos quotannis experimur. Nam cum  
 hyeme & in frigidis temporibus sim habitior, æstiui caloris im-  
 patiens sio emaciatus: sentioque id esse verissimum, quod Gale-  
 nus, & ante Galenum Cor. Celsus, prodiderunt : æstatem iuueni-  
 bus esse iniunctiorem, senibus amiciorem : sicut econtrariò  
 hyems senibus inimica, iuuenes fouet & roborat. *Sessione langui-  
 dæ.*] dum sedendo & oriando in cauea continentur, languorem  
 contraxere. Ignavia enim (vt inquit verissime Celsus) corpus he-  
 betat: & vt auctor est Galenus, impossibile est corpora, sessione  
 desidiisque torpentia, diu bene valere : adeò exercitatio necessa-  
 ria est cunctis non solum hominibus, sed etiam brutis animali-  
 bus, quæ cuncta conualescunt. & (vt refert Vegetius) plus quoti-  
 diana exercitia ad sanitatem creduntur prodesse, quam medici,  
 & econtrariò otium & desidia languorem progenerant, iuxta  
 illud: Cernis ut ignavum corruptant otia corpus. Nil igitur mi-  
 rum, si vrsæ, quarum natura alioqui agibilis est, captiuitate &  
 æstu, nec non ex sedentaria ignavia languentes, pestilentia ex-  
 tinctæ sunt. Scribit Plinius noster, vrsos veterno pinguescere. In-  
 validissimum vrsos caput, ideoque sape in arena colaphis exani-  
 mantur. Annotauere annales, Domitium Aenobarbum in ædili-  
 tate vrsos Numidicos centum in circu deditisse. *Correptæ pestilen-  
 tia.*] Obseruatum est, pestilentiam magna ex parte incipere à  
 brutis animalibus. Sic apud Virg. Ouidium, cæteros, prima stra-  
 ges bestias populatur. Ita apud Homerum primè canes, mox re-  
 liqua conficiuntur pestilentia. Causæ autem pestilentæ plures  
 traduntur. Namque aut ira Deum, aut intemperie cœli, aut cor-  
 ruptis aquis, aut noxio terræ halitu exortitur pestilentia. Nimie-  
 tam frigoris aut caloris, vel humoris, vel siccitatis, pestilentias  
 gignere, Philosophi & illustres medici prodiderunt. Pandemos  
 appellatur species luis sive pestilentia, quæ efficit in aridioribus  
 locis agentes caloribus cæbris interpellari : & Loimodes, quæ  
 temporaria quidem est, sed volueri velocitate letabilis. Lucre-  
 tio pestilitas dicitur pestilentia, in quam animalia, præter ho-  
 mines, cætera proniora sunt : vt inquit Ammianus Marcelli-  
 nus. *Ferina naufragia.*] Decenti translatione ferina naufragia  
 dixit stragem vrsarum, quæ pestilentia correptæ animam age-  
 bang

bant semiuiuis vixque spirantibus corporibus, sicut naufragi subinde periclitantur. *Inculia pauperies.*] Egestas duris in rebus vrgens cogebat egestosos, sordidamque plebeculam accurrere ad cadauera vrsarum iacentium, & inde dapes inemptas ventri esurienti latrantique ingerere. Talis enim pastus est mendicatis, & eorum, quos Plautus appellat hominum mendicabula. Pauperies significat egestatem, mendicitatemq; paupertas vero honeste parsimonie nomen est, quā in apologia Apuleius noster preconio laudis extollit. Hora pauperiem immundam cognominat, eamque deprecatur illo versu: Pauperies immunda domus procul absit. Apud Græcos πενια significat paupertatem, πλευρα verò mendicitatem pauperiemque. Hinc scitè Aristophanes in Pluto. πλευρα δη τοις ζωνται μηδεν εχοντες, τη δε πενιας ζωνται πεισθεντος: Mendici inquit, vita quidem est, nihil habentem vivere; pauperis vero, vivere ad parsimoniam. Alias pauperies damnum dicitur, ut apud iurisconsultos liquet, & iam dictum est. *Epublas accurrere.*] ad epulas currebant.

Tunc è re nata subtile consilium ego & iste Babulus tale comminiscimur. Vrsam, quæ ceteris sarcina corporis præualebat, quasi cibo parandam portamus ad nostrum receptaculum, eiisque probè nudatum carnis corium, seruatis sollerter unguibus, ipso etiam bestie capite ad usque confinium ceruicis solido relicto, tergum omne rasura studiosa tenuamus: & minuto cinere perspersum, Soli siccandum tradimus. Ac dum coelestis vaporis flammis ex amurcatur, nos interdum pulpis eius valenter saginantes, sic instanti militia disponimus sacramentum: ut unus è numero nostro, non qui corporis adeo, sed animi robore ceteris antistaret, atque is in primis voluntarius, pelle illa contetur, vrsa subiret effigiem, domumque Democharis illatus, per opportuna no-

Tunc naeti. ] id est excogitantes. Sed ego legere malim, Tunc è re nata: quæ locutio Apuleiana est, & sententiæ congruens, de qua superius scripsi. Babulus. ] nomen proprium latronis. Quid si legas, Bardulus, dueto à tarditate nomine. Bardus enim stultus appellatur, dictio ne inflexa à Gæco. Illi enim βαρβάροι dicunt. Quid si barbulus, à barba, tanquam barbulus. Nā & Bar bula Romani cōsulis nomē est, apud

**Liuum.** Quasi cibo parando. ] vt ex ea cibum pararemus, & vrsino pastu saginaremur. Adusque confinium. ] vsque ad confinium. Sic Virgil. Atrides Protei Menelaus ad vsque columnas. Ad vsque autem sic est dictum, quemadmodum abusque: nam cum præpositioni nunquam cohæreat, abusque & adusque licenter admissum est. **Rasura.** ] vt tonsura, sic rasura dicta, pro ipsa (vt ita dicam) rasio-ne. **Tergum.** ] pelle-lem & corium.

Virg. dixit Tergora diripiunt costis: pro, coria & pelles detrahunt. Caper grammaticus tergū à tergore sic distinguit: Terga, inquit, hominis sunt: tergū singulariter facit. Quadrupedū erit tergus: pluralis tergora, i. coria. Quod si vera est Capri obseruatio, tergū pro tergus *άνωπες*, i. impropriè posuit: sed finitiones grāmaticas vsq; quaq; ne spectaueris, quas nō minus scitē quā verē fœcutinas & prærancidas appellat candidissimus scriptor A. Gellius: au-  
toritas n. summorū in eloquentia virorū, qui indiscriminatim talia usurpat, pro ratione habenda est, & ad eā veluti ad anchorā configiendū. **Eexamurcatur.** ] repurgatur, siccescit, sanie ac mado-re saniosa quasi amurca exuitur, liberatur. **Eexamurcare.** n. verbū est cōmenticium, & perinde elegans, oleo conueniens, quod exa-murari dicitur, quando ab amurca liquatur, defæcatūmque fit. Amurca autem, quam super omnia celebrauit laudibus Cato, sa-nies olei est. Amurca fit ex aquis, ideo siccitatibus minima, riguis copiosa. Plin. ait, olecum in amurca deterius fieri: & fracibus, quæ sunt

Elias silentia nobis ianuae faciles præsta-ret aditus. Nec paucos fortissimi colle-gij solers species ad munus obeundum arreverat. **Quorum præcateris Thra-syleon factionis optione delectus**, anci-pitis machina subit aleam. Iamque ha-bili corio, & mollitie tractabili, vultu sereno se se recondit. Tunc tenui\* acu-mine summas oras eius adæquauimus, & iunctura rimam, licet gracilem, setæ circumfluentis densitate sepimus: ad ipsum cōfinium gulae, qua cernix fuerat exēta, Thrasyleonis caput subire cogi-mus: paruisque respiratui, circa nares & oculos datis foraminibus, fortissimū socium nostrum prorsus bestiam factum, immittimus caueæ, modico præstinate pre-tio, quam constanti vigore festinus irrepit ipse. **Ad hunc modum priori-bus inchoatis, sic reliqua fallaciae pere-gimus.**

sunt oliuarum carnes:ideōque sepius in die decapulandū. Est autem decapulare Plinio, ut id in transcurso anno remus, deplere, dehaurire, euacuare: à capulis ducto verbo, quae sunt vasa ansata. Vnde & capulator Catoni & Columellæ, qui concha & capulis oleum deplet ac tollit in torculario ex labris plumbeis, quod vasus genus est, in labra fictilia diffundit. Apud Columellam verbum est Exaniatur, quale hoc examurcamur: neque intellectu absimili, est enim exaniari, exudando siccari. sic enim ait in 13. Compositis supra tabulatum tergoribus aut frustis vasta pondera imponito, ut exanietur: hoc est, quasi sanie salsa expurgetur. Cot. quoque Celsus in quinto ait, Sanie exaniare vulnus pro eo quod est, sanie educta siccare. *Sacramentum.*] Sicut in legitima militia obstringebantur, ita sacramento latrocinali obstrictos disposuisse quid agendum foret. *Instanti.*] præsenti, immimenti. Grammatici instans tempus appellant, præsens. *Non qui corporis.*] Ad magna negotia obeunda non tam opus est corpore robusto, quam animo firmo, intrepidoque iuxta illud Virgilianum: Nunc animis opus Ænea, nunc pectore firmo. Etenim animi robur omni telo præstantius est, omnibusque viribus corporis anteponendum. *Antistaret.*] præstaret, antecelleret. Catullus: Antistas mihi militibus trecentis. Antistitium eleganti vocabulo dicitur excellentia quasi quædam, & fastigium dignitatis. Martian. Capella. Antistitio præmittebat Athanasia. *Noctis silentia.*] Nox, ut inquit Papin. fœcunda operum est, & pulchræ accommoda fraudi. Disponunt latrones inter se, ut eo cœtu animosior sub vrsæ specie velut vrsa dono deferatur ad Democharem, cupitatem talium ferarum: ut mox noctu ianuam repandat sociis, ut ita impunè furari possint. *Collegy.*] scilicet latronum: est enim collegium μετον. Apud iurisconsultos titulus est de illicitis collegiis, ubi Martian. sic inquit: Collegia si qua fuerint illicita, mandatis & constitutionibus & Senatusconsultis dissoluuntur. Inibi quoque sodalitia interdicuntur: quo verbo significantur, opinor, coniassationes & coniuia socialia, qualia erant apud Cretes Syssitia, quorum meminit Strabo in 10. nam Græcè συσσίτιον, Latinè sodalis. Et hoc est quod dixit Caius iurisconsultus eodem titulo: Sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt, quos Græci συσσίτιον vocant. In libris iurisconsultorum vocabulum pro Græco barbarū fuit substitutum, nullo intellectu. Quidam codices integrum spaciū habent, inani loco & lacunoso. Attamen non semper sodalitia sunt inhonestā, illicitaque: nec enim dixisset Ouid. Iure sodalitij qui mihi iunctus erat. Notum est illud Catullianum: Fraternum verè dulce sodalitum. Cato apud M. Tul. narrat,

se epulari solitum cum sodalibus, sodalitatēsque se quæstore constitutas esse, in quibus mutitate: quod verbum Gellianum est, super quo aliubi annotamenta copiosè conscripsimus. *Thrasyleon.*] Nomen audacissimo latroni congruentissimum. Græci enim *θράσος* appellant temeritatem & ferociam: vnde Thrasyl-lus, temerarius & audax. Super quo in commentariis Tusculana-rum explicatus locus ille Ouid. Busta Thrasylli. Turpilius comi-cus fabulam condidit titulo *Thrasyleonis*, cuius testimonium aduocant grammatici. *Actionis optione.*] electione collegij la-tronum. Est enim factio malorum consensus, & conspiratio. A-lias factiones opulentias fortunāsque dicimus, vt apud Plautum frequenter leges. Optare verò interdum eligere, vnde optio di-cta: in alia significazione, quæ remotior est, optio dicitur miles, quasi optatus, hoc est electus, ascitusque. Is adiutor dabatur cen-turioni à Trib. militum. Ex hoc intellectu dictum illud Plau-tinum in *Asinaria*: Optionem tibi sumito Leonidam. Aut si aut eruditi optionem dici quoque accensum. De optione milite di-cutum est illud à iutisconsulto, titulo de pœnis damnatorum: Ita neque speculatores vltro sibi vendicent, nec optiones ea sibi de-siderent. *Subit aleam.*] Thrasyleon non recusans sub vrsæ specie & ferino habitu grandia moliti, subit periculum & discriimen machinae, vt periculosæ: vt pro homine transfiguratus in vrsam, in cauea ad Democharem munerarium perinde quasi bestia de-portetur. Subire aleam, est periclitari, & obiectare sese fortunæ dubiæ & anticipi: ex translatione aleatorum, qui in alea foroque aleatorio variè agitantur, & repente victores, repente vieti dubio euentu exanimantur. *Livius:* In dubiam seruitij imperiique a-leam imus. & apud Lucanum: Placet alea fati Alterutrum mer-sura caput. Aleatores à veteribus aleones dicti. *Catullus:* Quis hoc potest videre, quis potest pari, Nisi impudicus & vorax & aleo? Ita apud Sallustium legendum est illud ex *Catilina*: Qui-cunque impudicus, adulter, ganeo, aleo, manu, ventre, pene, bona patria lacerauerat. Sincerior enim lectio est, & tertiior, vt legatur aleo, quam alea: sicut in peruvlgatis codicibus scriptum inueni-tur. *Recondit.*] induit vrsinam faciem, corio vrsæ tectus, vesti-tusque. *Acumine.*] Quidam codices habent sarcimine: quod gra-phice quadrat, signat enim, oras, hoc est extremas corij partes, futura quadam tenuissima fuisse connexas, compositasque, utvix vestigium sectionis internosceretur. Sarcimine autem positum est pro sutura, quasi à saceriendo. Vnde sartinatores dicti, & sar-cinatrices: quamvis non desint qui sarcinaticam non tam à sac-riendo, quam à sarcinis dictam velint. Sartores quoque non so-

lum à sarcendo, verùm etiam à sariendo dici autumant scrip-  
tores idonei. quo intellectu illud Plauti ex Captiuis est accipien-  
duim: Sartor sarrórque scelerum & messor maximè. Sartire au-  
tem est fodere, & aperire: quod in agricolatione vtilissimum es-  
se docet Columella, & reliqui rusticationis conditores. *Respira-  
tus.*] Scribit Hippocrates in libro de flatibus, adeò necessarium  
esse corpori spiritum, vt sine respiratione ad breuissimum tem-  
pus vix viuere possit: intercepto enim spiritu animantes illico  
pereunt. Idem autumat causam ægritudinum esse spiritum. Cu-  
ius illud celeberrimū est, spiritum parentē esse & auū morborū  
omniū. Merito ergo foramina parua ait esse data respiratui, hoc  
est, respirationi, ne obturato meatu & intercepto spiritu strangu-  
laretur. *Bestiam factum.* In vrsam reformatū. *Canea.*] receptacula  
ferarum. *Prædestinata.*] Lege præstinata, hoc est, emptæ, super  
quo verbo suprà satis multa. Signat autem latrones emissæ paruo  
pretio caueam, qua inclusus Thrasyleon, tanquam vrsa, ad De-  
mocharem deferretur. *Reliqua fallacie.*] reliquam fallaciam. E-  
locutio veteribus vistatissima. Plin. Exequamur reliqua pro-  
positi.

*Sciscitati nomen cuiusdam Nicano-  
ris, qui genere Thracio proditus, ius a-  
amicitiae summum cum illo Demochare  
colebat, literas affingimus, ut venatio-  
nis sua primitias bonus amicus videre-  
tur ornando muneri dedicasse. Iamque  
proœcta vespera, abusi præsidio tene-  
brarum, Thrasyleonis caueam Demo-  
chari cum literis illis adulterinis offeri-  
mus. Qui demiratus bestiæ magnitudi-  
nem, siique contubernalis opportuna  
liberalitate letatus, iubet nobis protinus  
gaudy sui gerulis, decem aureos, ut ipse  
habebat, è suis loculis adnumerari.  
Tunc, ut nouitas consuevit ad repenti-  
nas visiones animos hominum pellere,  
multi numero mirabundi ad bestiam  
confluebant: quorum satis callenter cu-*

*Nicanoris.*] Ni-  
cator, & Nica-  
nor, nomen est à  
victoria ductum  
Seleucum cele-  
brant historici,  
qui à victoria-  
rum felicitate  
Nicator cognoscen-  
tibus est, qua-  
si dicas victorio-  
sus: à quo &  
Nicephorion &  
Nicopolis ciui-  
tates conditæ sunt,  
vocabulo à vi-  
ctoria ducto. De-  
mochares quo-  
que nomen ex re  
& causa ficticium  
est, quo signifi-  
catur popula-  
ris & gratiosus:

Sūus enim Græcē populus, & xā-  
ec gratia : tanquam is qui spe-  
ctacula exhibet populo nominan-  
dus meritō sit De-  
mochares. Prodi-  
tus erat. ] inquit:  
hic Nicanor oriū-  
dus ex Thracia,  
stemmate generis  
proditus , vel tra-  
ditus, vel propaga-  
tus. Prodere enim  
interdum proten-  
dere , propagare,  
prolatare est. Vir-  
gil. Genus alto à  
sanguine Teucri  
Proderet , ac to-  
tum sub leges  
mitteret orbem.  
Dixit Terent. in  
Andria, Ut nuptiis  
aliquot prodat  
dies : pro differat,  
prolatet , profe-  
rat. Affigimus. ]  
adulterinas ficti-  
tiasque commini-  
scimur , perinde  
quasi à Nicanore  
ad Democharem  
scriptas. Muneri. ]  
spectaculo fera-  
rum. Proiecta res-  
pera. ] cùm iam  
magis ac magis

incipit noctescere , & vespertinum tempus in noctem obscu-  
riorem verti. Abusi. ] Quasi in malam partem. De vsu & abusu  
quid propriè significant & quantum inter se distent, alibi copio-  
se di-

riosos aspectus Thrasyleon noster , im-  
petu minaci frequenter inhibebat. Con-  
sonaque cinium voce satis fœlix ac bea-  
tus Demochares ille saepe celebratus,  
quod post tantam cladem ferarum , no-  
uo prouentu quoquo modo fortunæ resi-  
steret, iubet noualibus suis confessim be-  
stiam ire, iubet summa cū diligentia re-  
portari. Sed suscipiens ego: Cœnas, in-  
quā, domine, flagrantia solis & itineris  
spatio fatigata, cœtui multarū, & (ut au-  
dio) non recte valentiū cōmittere fera-  
rū. Quin potius domus tua patulum ac  
perflatilem locū, immo & lacu aliquo  
conterminum refrigerantemque prospic-  
cis ? An ignoras, hoc genus bestie lucos  
consitos, & specus roridos, & colles fri-  
gidos, & fontes amœnos semper incuba-  
re? Talibus monitis Demochares per-  
territus , numerūnque perditorum se-  
cum recensens, nō difficulter adseris,  
ut ex arbitrio nostro caueam locaremus  
facile permisit. Sed & nos, inquam, pa-  
rati sumus hic ibidem pro cauea ista  
excubare noctes, ut astus & vexationis  
incommodo bestie faticata & cibum tē-  
pestium , & potum solitum accuratius  
offeramus. Nihil indigemus labore isto  
vestro , respondit ille. Iam penè tota fa-  
milia per diutinam consuetudinem nu-  
triendis ursis exercitata est.

se diligentēque annotauimus: cūm Vsus sit earum rerum, quæ nobis vtentibus permanent; Abusus earum, quæ nobis vtentibus pereunt. Cui legatus est bonorum vsus, illi non est legatus abusus: sunt enim hæc inter se contraria. *Adulterinus.*] falsi, fictitiis, & alieno nomine compositis. Hinc & adulterinus denarius di-  
ctus, falsus & reprobus. Interdum, vt inquit Plin. denarius adulte-  
rinus emitur pluribus veris denariis. Etenim facta est ars proba-  
di denarios, dum falsi denarij spectatur exemplar. Adulterare  
Plinio frequentissimum est, pro corrumpere & vitiare: quod Lu-  
cia. Græcè dixit Δολιζεται, hoc est adulteratur. Lege Cornelia ca-  
uetur, eum qui nummos argenteos falsos conflauerit, falsi crimi-  
ne teneri. *Demiratus.*] valdè miratus. De, enim valdè significat: vt  
deamo, & defessus, apud Terentium, pro valde fessus, vi Donatus  
exponit. *Contubernialis.*] Nicanoris, tanquam inter Democharem  
& Nicanorem contubernalitas esset, iusque sodalitatis. *Oppor-  
tuna.*] pro opportune. liberalitas omnis grata: illa gratior, quæ op-  
portuna & tempestiuæ est. ex quo sit, vt numus vel vnum tempesti  
uiter datus, pro beneficio sit. Hinc parasitus Plautinus gloriatur,  
quod commoditatis omnes articulos probè nouerit. Seneca in li-  
bris de Beneficiis: Panis, inquit, vnum esurienti datus, beneficium  
est. *Ex suis oculis.*] Ita Suetonius Galba refert, choraulæ mirè pla-  
centi denarios quinque donasse, prolatos manu suā, & ex peculia-  
ribus loculis suis. Sunt enim loculi, quod notissimum est, recepta-  
cula pecuniarum: de quibus apud omnes mentio. Soter, hoc est  
Seruator noster, iude loculos pecuniarum, quas pauperibus ero-  
garet, cōmisit, ne videretur aut quasi inhonorus, aut quasi egenus  
dominum prōdidisse. Locula mēta Columellæ & Victruio sunt  
receptacula, & quasi thecæ. M. Varro loculatas piscinas eleganter  
nuncupat, quasi loculis siue loculamentis distinctas, vbi dispare  
disclusi haberi pisces possint. De loculis & locellis, pro reposito-  
riis pecuniarum, extant disticha Epigrammatistæ. *Pellere.*] Lego  
pellicere, pro pelliciebat. vt sit sensus: Animos hominum pelle-  
tos esse, tractosque ad visendam vrsam enormem: id quod in  
rebus nouis accidere solet. Ad noua enim conueniunt ho-  
mines, ad noua concurrunt, vt inquit Seneca in Declama-  
tionibus. Idem in Questionibus ait: Naturale est magis no-  
ua quam magna mirari. His illud notissimum: Est quo-  
que cunctarum nouitas gratissima rerum. Pellicere autem  
est, illicere: quod & perlicere dicitur, vstatissimum Liuio.  
Pellicationem Cato dixit à pellicendo, quasi inuitamentum,  
& ( vt inquit M. Varro ) illicitum, ab illiciendo. *Mirabun-  
di bestiam.*] valde mirantes magnitudinem vrsæ adulterinae.

**C**allenter. Iastutè, solerter, callidè. aduerbum est: sic rarente, prorato: & valenter, pro validè. veteres quoque iracunditer, inimici ter, temeriter, munditer, duriter, & id genus sexcenta similiter desinentia dixerunt. *Curiosos inhibebat.* ] impetu minaci Thrasyleon cauebat, ne quispiam nimis curiosè aspectans, dignosceret se hominem esse, non ursam, quam etmentiebatur. *Noualibus suis.* ] Iussit Demochares Thrasyleonem, sub bestiæ corio delitescentem, deportari in noualia rusticâque prædia, ut illic diligenter aleretur. Nouale est, ut Plinius verbis utriusque, quod alternis annis seritur. Seruius noualia interpretatur, noua rura, quæ per singulos annos renouantur per semina: quod totū Plinianæ dissimilatio, hoc est ipsi veritati contrarium est. & errore fœdissimo labitur Virgilianus interpres. Agrum enim, qui per singulos annos renouatur, seriturque sine intermissione, restibilem vocant rei Rusticæ scriptores: noualem vero, qui intermittitur, & alternatim seritur. M. Varronis verba haec sunt ex libro primo Latinæ linguae: Ager restibilis, qui restituitur ac seritur quotannis: contra, qui intermittitur, à nouando noualis ager. *Cætui multarum.* ] In pestilentia nihil aquæ salutare est, quam loci mutatio, & gregis separatio, cum contagione pecus maximè vexetur. Hinc Columella præcipit, gregem pecoris ouilli in lacinias separatum particularimque distribuendum esse. Sic enim facilius conualescit: quia ipsius morbi halitus minor est ex exiguo numero. Idem censet, in omnibus morbis ac pestibus mutandas esse regiones: maximèque salutare præsensque remedium esse asseuerat, si parvula mutemus, & aquationes totius regionis: si aliud atque aliud quæramus statum cœli. Hic ergo dehortari volens Democharem, ne in noualia mitteret bestiam, cauendum esse ait, ne cætui multarum ferarum languidarumque committatur, propterea quod ex contagione morbus vulgari poterit, atque infestare recentem bestiam. *Patulum ac perflatilem locum.* ] Loco perflatili ac patente aër agitabilis versabilisque purior hauritur, & sincerior. Ideoque talis cœli status maximè salutaris est, & aduersus pestilentiam efficax medela. Auicenna docet, quomodo obuiam eundum sit pestilentiae ex corrupto cœli tractu prouenienti: odoramenta cum primis probat, tanquam plurimum conductentia ad aëris contagionem propulsandam. Sic & olim Commodus Imperator, auctore Herodiano, pestilentia intra ciuitatem Romanam saeviente, Laurentum secessit: quod frigidior ea regio sylvisque lauorum opaca sit. Valere enim plurimum aiebant medicis ad aëris euitandam contagionem, tum odores lauorum, tum amoenitatem umbrarum. In ipsa quoque vîbe, de Medicorum

etorum sententia, plerique vnguentis suauissimis nates atque aures opplebant: qui suffitu & odoramentis assidue vtebantur: quod meatus sensum odoribus illis occupati, haudquaquam admittant aera tabificum. *[Lucos consitos.]* Opacitas vmbbratum recreat vrsas, & id genus bestiarum. Recreat, maxime iuuat. Precepit Columella, si ex calore & aestu concepta pestis inuasit, ut opaca rura: si inuasit ex frigore, vt elegantur aprica. *[Fontes incubare.]* Aqua fontana aliis melior, salubriorque est, vt docet Atticenna. Puteanam aquam improbat, tanquam noxiā, comparatione fontium. Contrà Plin. maximē probabilem esse censet aquam puteanam, ex his potissimum puteis quibus exercitatio- nis ratio cerebro haustu contingit, & illa tenuitas colante terra: Victruius aquam, quae ex imbris colligitur, salubriores habere virtutes autumat: eo quod collecta ex fontibus, per aeris exer- citationem percolata, tempestatisbus liquefendo peruenit ad terram. Sunt nonnulli fontes calidi, ex quibus profluit aqua sapore optimo, in potionē suauissima. Philosophi non pauci, & sacerdo- tes Aegyptiorum, ex potestate aquæ omnes res constare credide runt: & profectò aqua non solum potus, sed infinitas alias vñi animantium præstat utilitates. Est enim maximē necessaria & ad vitam & ad delectationes, & usum quotidianum. Aquarium sa- lubrium sapor sive odor nullus esse debet. Ex glacie, niibus, grandine, pestilentissimum potum esse conuenit: & ex vitio a- quarum morbi plurimi proueniunt, & in primis guttura intu- mescunt, vnde gutturosos Alpinos. Apenninicolasque frequen- tissimos, quotidie visitamus. Ex quo illud Satyricum: *Quis tu- midum guttur miratur in Alpibus? Refert Vlpianus: Si quis na- tura guttulosus sit, non videri morbosum, vel vitiosum.* *[Adsen- sus.]* Tota vna dictio. Significatur enim, Democharem facile af- sensisse, iuissaque procliviter in sententiam latronum. Dicimus assentio & assentior, indifferenter. *[Caveam.]* Qua Thrasyleon sub vrsa specie continebatur. *[Locaremus.]* collocaremus, poneremusque. M. Varro: Locus est, vbi quid locatum esse potest, vt nunc di- cunt. Collocatum veteres id dicere solitos, apparet apud Plau- tum: Filiam habeo grandem, cassam dote, atque illocabilem, ne- que eam queo locate cuiquam. Locarium dicitur, pretium quod datur in stabulo & taberna: videlicet à loco, vbi locare, hoc est, te collocare possis. *[Pro cavea.]* Vel pro defensione caueæ, in qua est vrsa: vel ante caueam. Pro, enim interdum significat ante, vñ grammatici annotant, & innuit Virgilius scribens: Soli pro por- tis Mesapus & acer Atinas sustentant acies. Vnde & proseniū, locus dictus ante scenam. Alias significat in: vt cùni dicimus, pro

rostris, pro tribunali. *Excubare.*] excubias agere atque euigilare: inde excubitores dicti. Autumat Sernius, excubias esse diurnas, vigilias nocturnas: quod an rectè dictum sit, ipse viderit: cùm excubias non minùs nocturnas, quām diurnas, apud eruditos inuenias. *Cibum tempestiuum.*] opportunum medicamentum est, vt inquit Cornelius Celsus, opportunè cibus datus. *Potum solitum.*] Aristoteles in Problematis, cibi & aquæ mutationem grauem esse & noxiā tradit, propterea quòd aqua corporibus alimento est. Hinc peregrinatoribus ægitudo metuenda est, cùm in aquis variis versari contingat: præterea mutatio aquarum pediculos gignit, efficitque vt qui nullos pediculos habebat, multos iam habere incipiat. *Respondit ille.*] Demochares.

*Post hic.] Post  
hæc, visitatissima  
Apuleij locutio.  
Male factio.] Ver-  
bum est disceden-  
tiuin. Ausonius:  
Dicto aue dic va-  
le, & actutum re-  
di. Monumentum.]  
Hic significatur  
non tam sepul-  
chrum, quam se-  
pulchretum: hoc  
est, septum conce-  
ptacolumque plu-  
rium sepulchro-  
rum. Monumen-  
tum generaliter  
res est, ut iuriscon-  
sulti verbis vtar,  
memoriæ causa in  
posterum prodi-  
ta: in qua si reli-  
quia vel corpus  
inferatur, fieret se-  
pulchrum: si vero  
nihil horum infe-  
ratur, erit monu-  
mentum memo-  
riæ causa factum:*

*Post hic vale factio, discessimus: &  
portam ciuitatis egressi, monumentum  
quoddam conspicamur procul à via, re-  
moto & abdito loco positum. Ibi capulos  
carie & vetustate semitectos, qui inha-  
bitabant puluerei & iam cinerosi mor-  
tui, paſsim ad futuræ præda receptacu-  
la reseramus: & ex disciplina ſecta, fer-  
nato noctis illumino tempore, quo ſom-  
nus obuius impetu primo corda morta-  
lium validius inuadit ac premit, cohor-  
tem noſtram, gladijs armatam ante i-  
psas fores Democharis, velut expilatio-  
nis vadimonium, ſiftimus. Nec ſecius  
Thrasyleon examiſſim capto noctis la-  
trocinali momento, prorepit cauea: ſta-  
timque custodes, qui propè ſopiti quies-  
cebant, mox ad unum omnes, etiam ia-  
nitorem ipsum, gladio conficit: clauique  
ſubtracta, fores ianuæ repandit, nobis-  
que promptè conuolantibus, & domus  
alueo receptis, demonstrat horreum, ubi  
veſpera ſagaciter argentum copiosum  
recondi viderat. Quo protinus perfra-*

ēto, conferte manus violentia, iubeo singulos commilitonum aportare quantum quisque poterat auri vel argenti, & in illis adib⁹ fideli⁹ morum mortuorum occultare properè, rursum concito gradu recurrentes sarcinas iterare: quod enim ex usu foret omnium, me solum resistentem pro domus limine, cunctarum exploraturum solicite, dum redirent. Nam & facies urfae, medijs adib⁹ discurrentis, ad proterrendos si qui de familia forte vigilassent, videbatur opportuna. Quis enim, quamuis fortis & intrepidus, immanni forma tata bestiae, noctu præsertim, visitata, non se ad fugā statim cōcitaret? non, obdito cellæ pessulo, paues & trepidus, se se cella cohiberet?

poteritque is hoc vendere & donare: sicut & cenotaphium venire, hoc est vendi posse dicendum est. Partam egressi. } Ex ritu præcorum, & præscripto legū, extra urbes cadauera sepeliebātur. Lex 12. tabularū. In urbe, inquit, ne sepelito, néve vrito. Iuris consulti plurib⁹ in locis ostendunt, sepulchra in agris fuisse: & Plato iubet, in ea parte agri sepulchrū fieri, ubi sit sterilior. Ibi capulos referamus. } se pulchra repādimus. aperimusq; Capulū sepulchrū diciveteres voluerūt, ab eo q; corpora capiat. Dicitur & capulus feretrū, quo cadauera efferrūt, sicut grāmatici annotauerūt: inde capularis senex dictus, quasi capulo vicinus. Reos quoq; capulares dixerūt, q; capulo digni essent. Alias capulū accipi pro manubrio gladij, nullus ignorat. Carie semitectos. } Ausonius: Miremur periisse homines monumēta fatiscūt: Mors etiā saxis nominib⁹q; venit. Caries est vetustas, vel putrilago: unde cariosus dictus, vetustate corrosus, & carie putrid⁹. Aphranius: Nemo viuit illa carie cariosior. Cariē vetustatēmq; non sentiūt, vt Plin. refert, cupressus, cedr⁹, buxus, iuniper⁹, olea. Idē remedia tradit ad cariosos dētes. Cineris mortui. } Vulgatissima ecclesiastice monitionis illa sentētia, qua monetur homines, meminisse sese esse cinerē & puluisculū, & in cinerē reuersuros. Cui subscribit illud Persianū: Cinis & manes & fabulæ fies. & illud Horat. Puluis & vmbra sumus. Quid est homo? inquit

quod Gr̄eci cenota phiū appellāt. Est autē cenotaphiū Gr̄eca dictione, sepulchrū vacuum: Cenotaphium signat poëta, cūm ait, Hectoreū ad tumulum, viridi quē cespīte inanē. Munimentum vero sepulchri id esse diuus Hadrianus scripsit, quod muniendi eius loci causa factum sit, in quo corpus impositū sit. Monumentum, si purum est, non videotur esse religiosū:

cenotaphium venire, hoc est vendi posse dicendum est. Partam egressi. } Ex ritu præcorum, & præscripto legū, extra urbes cadauera sepeliebātur. Lex 12. tabularū. In urbe, inquit, ne sepelito, néve vrito. Iuris consulti plurib⁹ in locis ostendunt, sepulchra in agris fuisse: & Plato iubet, in ea parte agri sepulchrū fieri, ubi sit sterilior. Ibi capulos referamus. } se pulchra repādimus. aperimusq; Capulū sepulchrū diciveteres voluerūt, ab eo q; corpora capiat. Dicitur & capulus feretrū, quo ca

dauera efferrūt, sicut grāmatici annotauerūt: inde capularis senex dictus, quasi capulo vicinus. Reos quoq; capulares dixerūt, q; capulo digni essent. Alias capulū accipi pro manubrio gladij, nullus ignorat. Carie semitectos. } Ausonius: Miremur periisse homines monumēta fatiscūt: Mors etiā saxis nominib⁹q; venit. Caries est vetustas, vel putrilago: unde cariosus dictus, vetustate corrosus, & carie putrid⁹. Aphranius: Nemo viuit illa carie cariosior. Cariē vetustatēmq; non sentiūt, vt Plin. refert, cupressus, cedr⁹, buxus, iuniper⁹, olea. Idē remedia tradit ad cariosos dētes. Cineris mortui. } Vulgatissima ecclesiastice monitionis illa sentētia, qua monetur homines, meminisse sese esse cinerē & puluisculū, & in cinerē reuersuros. Cui subscribit illud Persianū: Cinis & manes & fabulæ fies. & illud Horat. Puluis & vmbra sumus. Quid est homo? inquit

Seneca: quassum vas & fragile, nudum, & sua natura inerme, aliena opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam projectum: frigoris, & stus & laboris impatiens. Vis noscere hominis fragilitatem? exitum specta: quem modò vidisti florentissimum, mox fato consumptum, eundem videbis puluerem ac cinerosum: & tamen cum nec miserius nec fragilius homine sit quicquam, eodem nihil est superbius. Tu qui corporis viribus fidi, tu qui fortunæ munera amplexaris, tu qui te Deum credis, aliquo successu tumens: tu, cui animus carnifex est, & mens tyrannica, cinerosus fies, & velis nolis in puluisculum redigēris. Nam, vt inquit ille, Mors sola fatetur Quantula sunt hominum corpuscula. Inquit Phocylides apud Græcos οὐαὶ τοῖς νόσοις τοῖς: id est, soluti sumus puluis. Prisci cine factum elegantissimè dixerunt, in cinerem dissolutum. Lucilius: Cine factum te propè cubet. Ex disciplina sectæ. I scilicet latrocinalis. Sicut enim secta philosophorum sua habent dogmata, peculiarēmque quampliam disciplinam, sic in secta collegioque latronum est quædam veluti vernacula ac peculiaris disciplina, sine dogmate. Nam sunt sectæ, quas à secando, id est, tenendo dictas Grammatici tradunt: eo quod propositum teneant. Alij à sectando, hoc est sequendo. Vnde & sectari Philosophos dicuntur discipuli, & consecutanei eiusdem sectæ sectatores. Est autem disciplina τὸ μίσθιον, & tam malæ artis quam bonæ. Vnde disciplinosus gladiator dictus à Catone, videlicet ab arte disciplinâque gladiatoriæ. Illumino tempore. } obscuræ, & sine lumine: quod tempus maleficiis occultandis accommodum est. A Plin. in epistolis illunis nox dicta, pro obscura ac tenebrosa, quasi sine luna, & omni lunari splendore viduata. Somnus obuius. Illam noctis horam significat, qua primo somno mortalium corda validissimè premuntur: de quo Virgilius: Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægiis Incipit, & dono Diuūm gratissima serpit. Velut expilationis vadimonium sestimus. } Nos, inquit, cohortem nostram latrocinalem præsentem exhibemus, sistimusque ante fores Democharis, ad domum eius expilandam: sicut in iudicio præsentes sisti solemus ad vadimonium. Et hoc locutionis honestissimæ genus ex foro & iure medio totum de center translatum est. Vadimonia enim sponsiones sūt sistendi se in iudicio, id est, cōparandi, vt citati sista se aduersario ad præstutam diē: de quo mentio frequens apud auctores. Vadimonium promissū deserere, neque id obire, scelus est maximū. Hinc illud Plinianum. Inscriptiones, propter quas vadimoniū deseriri possit. Significanter autem & scitè dicimus, sisto vadimonium, & sistitur vadmoniū. M. Tull. Venit Romā Quintius, vadmoniū sistit. M. Cato:

Cato: Quòd si vadimonium capite obuoluto stirisses. Vbi annotandum, verbum Stirisses dictum à Catone, tanquam ductum à sistendo, non à stando: quoniam sisteretur vadimonium, non staretur. Plaut. quoque per consimilem translationem decenter dixit in Curgulione: Vbi tu es, qui me conuadatus Veneris vadimoniis? Vbi tu es, qui me libello Venerio citasti? Ecce, me sisto: ades contrà: Sisto ego tibi me, & mihi contrà itidem ut sistas sua deo. Sicut ergo vadimonia sistuntur variorum criminum, variarū inque causarum: ita, hic inquit, vadimonium sistimus expiationis, perinde quasi citati præstò esse velint ad expilationem direptionē inque domus opulentæ peragendam. Apud iurisconsultos mentio est expilatae hæreditatis, & expilatorum. Sunt autem expilatores, docente Vlpiano, atrociores fores. Nam compilare, suppilare, ab eodem significatu haud longè dissident. Significat enim diripere, deprædari, furari: quasi ne pilum quidem in corpore relinquere. Scribit Maternus, si luna à Mercurio defluens feratur ad Martem in diurna genitura, faciet effractores, fures, & qui templā semper sacrilego furore expilent. Prætereà illud quoque adde, quòd sistere fana dicebant veteres, pro eo quod est constituere loca in oppido fanorum futurorum. Antistius Labeo ait, fana sistere, esse lectisternia certis locis & Diis habere. Nec secus. Nec minus, nec tardius. Videtur enim à seculo ductum secius, vt Actius in Amphitryone: Si fortè paulò quam veniā secius. Secūs verò, aliter significat. Ex amussim. Irregulariter, exanimatè, diligēter, Aduerbiū est visitatissimum, ab amussi derivatum. Amussis. n. regula fabrorū est, quā architecti, cùm opus probant, rubrica illinunt: vel, vt alijs volunt, ferramentum, quo in poliendo utuntur. hinc amussatus quoque deducitur, quasi exanimatus, probatīsque. Plautus in Milite: Inest hoc amussata sua sibi ingenuaindoles. A. Gellius, iudicium esse factū ad amussim dixit, significare volens perfectum rectū inque, & quasi ad regulam exploratum. Græcē amussis dici potest εαθμή. Vnde apud Græcos parœmia est siue adagium, εαθμησεν ταῦτα, in albo alba linea: de his qui nihil intelligunt, discernunt. ve. Namque in lapidibus albis albæ linea siue fila nihil queunt demonstrare, sicut facit filum rubrica illitum. Ex hoc proverbio fluxit illud Gellianum ex nouissimo volume: Græci multa & varia lectorates, in quas res cunque inciderant, alba (vt dicitur) linea, sine cura discribunt, solam copiam sectati conuertebant. Malè literati in curiosique, si rogentur, quid sit alba (vt dicitur) linea, sicut similes hallucinantibus. Huiusc proverbij meminit Plato quo-

que in Charmide his verbis: Profectò perinde sum erga honesta  
indole claros, ac album filum in lapide albo. In Platonicis codi-  
cibus, pro, filum, perperam legitur, filium. Ad unum omnes. ] id est,  
omnes, ne uno quidem excepto: historica loquutio. Conficit. ] tru-  
cidat. Repandit. ] aperit. Domus alueo. ] Sicut nauis & fluminis al-  
ueus dicitur, ita domus alueum eleganter usurpat pro receptacu-  
lo, & parte interiori, penitioraque. Horreum. ] Suprà docui co-  
piosè, horreum non tam frugum dici repositorium, quam om-  
nis gazæ. Conserua manus. ] densæ frequentisque multitudinis. Sic  
& Liuius confertissimam aciem dicit, pro densissima, frequentis  
simaque. A Edibus mortuorum. ] Capulos intelligit, & sepulchra,  
quibus mortui cinerosi (vt dudum diximus) inhabitabant. Itera-  
re. ] iterum repetere. Horat. Cras ingens iterabimus æquor. Pro  
domus limine. ] ante limen domus, vel in limine. Vtraque enim si-  
gnificatio quadrat. Ego, inquit, dixi me pro vestibulo consisten-  
tem, singula diligenter exploraturum: & quod ex vsu, hoc est cō-  
modo & vtilitate foret, curiosè perfecturum. De familia. } scili-  
cket Democharis. Visitata. } conspecta, visaque. Obdito pessulo. } im-  
misso oppositóque claustro & repagulis. Obdere enim, oppone-  
re est: quod & Festus Pompeius indicat. Apud Horat. obdit pos-  
tum est pro obiicit atque offert, illo versu: Nulli latus obdit aper-  
tum. De pessulo suprà copiosius.

Suspensus. } so-  
licitus & anxius.  
Virg. Suspensi Eu-  
rypylum scita-  
tum oracula Phœ-  
bi Mittimus. Op-  
perior. ] expecto.  
Strepitus inqui-  
etus. ] id est, qui  
ob strepitum ex-  
citatus quiescere  
non poterat. Ca-  
su genitivo di-  
ctio hæc strepi-  
tus enuntiatur: fi-  
gura Archaismos.  
Proserpit. ] mo-  
re reptilium, &  
eorum quæ sine  
pedibus serpunt.

His omnibus salubri consilio rectè  
dispositis, occurrit \* saurus euentus.  
Namque dum reduces socios nostros  
suspensus opperior, quidam seruulus,  
strepitus scilicet diuinus inquietus,  
proserpit leniter, visaque bestia, que li-  
berè discurrens totis edibus comea-  
bat, premens obnoxium silentium, ve-  
stigium suum replicat, & utcunque  
euntes in domo visa pronuntiat. Nec  
mora, cum numerosæ familiæ frequen-  
tia domus tota completur. Tadis, lucer-  
nis, cereis, \* sepaceis, nocturni luminis  
instrumentis clarescunt tenebre. Nec  
inermis quisquam de tanta copia pro-  
cessit, sed singuli fustibus, lanceis, distri-  
ctis de-

etis denique gladijs armati, muniunt aditus. Nec secūs canes etiam venaticos, auritos illos & horricomes, ad comprimendam bestiam cohortantur. Tunc ego sensim, gliscente adhuc illo tumultu, retrogradi fuga domo facebo: sed plane Thrasyleonem mirè canibus repugnatum, latens pone ianuam ipse prospicio. Quanquam enim vite metas ultimas obiret, non tamen sui, nostrique, vel pristine virtutis oblitus, iam faucibus ipsis biantis Cerberi relutabat. Scenam denique, quam sponte sumpserat, cum anima retinens, nunc fugiens, nunc resistens, varijs corporis sui \* scenis ac motibus, tandem domo prolapsus est. Nec tamen quamvis publica potitus libertate, salutem fuga querere potuit. Quippe cuncti canes de proximo angportu satis feri, satisque copiosi, venaticis illis, qui commodum domo similiter insequentes processerant, sese commiscent agminatum. Miserum funestumque spectatum aspexi, Thrasyleonem nostrum cateruis canum sauentium cinctum atque obsessum, multisque numero morsibus laniatum.

Ausonius illo versu, Fumantes olidum paganica lumina tædas, Apud Plin. in 16. tæda sextum genus est arborum, quæ picem lignunt: abundantior succo quam reliqua, flammis ac lumini etiā facrorū grata: inde faces factæ nominantur tæda: & tædiferi, qui ferūt faces, quos Græci daduchos vocāt. Tæda decoctæ in aceto, dentiū dolores efficaciter tollunt, vt docet idē Plin. in 14. Cereis.] discretim separatiq; singula enuntiada. Cereos aut quis nescit nocturni luminis vicē representare? Vnde & illud epigramatarij,

Commeabat. ] vltro citrōque ibat. Obnixum silentium. ] Expressit morem eorum, qui aliquid clangulū furtimque molientes silentium premunt, & anhelitum cohibent omni nixu conatūque, vt nec eos quidem ex respiratione quispiam persentiscat.

Replicat. ] id est, per eadem vestigia retrò cedit, recalcans easdem pedum notas, repetensque vestigia. Tædæ. } Domum Democharis signat, euestigiò completam fuisse numerosa multitudine, quæ accensis variis lumen generibus, nocturnas te nebras illuminabat. Tædæ sunt lumina paganorum, vt docet

Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes. Aras Saturnias prisæ excolebant accensis luminibus: inde mos per Saturnalia missandis cereis coepit. Quidam cereos non ob aliud inter Saturnalitiam munera mitti putant, quæm quod Saturno principe ab incormi & tenebrosa vita, quasi ad lucem & bonarum artium scientiam editi sumus. Solis autem ditioribus cereos missitabant in Saturnalibus tenuiores: quod instituit Publicius Tribunus plebis. In ysu pauperum candelæ, locupletum vero cerei. In decretis canoniceis, dist. 21, acolythi dicuntur, quos ceroferarios vulgo appellant, à deportandis videlicet cereis, quando Euangelium legendum est. item 23. Acolythus, inquit, accipiat ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda lumina mancipari. Vbi ceroferarium accipitur pro eo instrumento, quo cereus fixus continetur. Corsi, teste Liuio, à Romanis subacti, obsides dederunt, & cœræ centum milia pondo. Quo modo fiat cera, Plinius & Columella demonstrant. Optima est Punica: proximæ bonitatis fulpa, odorisque mellei. Candida sit cera insolata, & post insolationem recocta. Græcè dicitur κηρός, & κηραῖον fauus: quo nomine quidam libros suos inscripti re, à dulcedine videlicet mellea terū suauissimorum. Est & cerion vleteris genus, à faui similitudine nominatum. Sepaceis instrumentis. ] A sepo, quod & seuum dicunt, sepaceus deriuatur, sepuum autem, siue seuum sit ex adipe ruminantium, ut inquit Nonius Marcellus: quod verum est, & Plinij auctoritate fulcitur, qui in 28. sic refert: Quæ ratio adipis, eadem in his quæ ruminant seu ei est. Perficitur omne exemptis venis, aqua marina, vel salsa lotum, mox in pilâ tusum, aspersum vrina; cræbro postea coctu, donec omnis aboleatur odor. Mox assiduo sole ad candorem reducitur. A renibus omnne laudatissimum est: auctor est idem Plinius in 11. Seuo pinguis cere cornigera, & que in pedibus talos habent: bisulca scissive in digitos pedibus, & non cornigera adipe. A sevo sit seuosum, quasi seuo plenum, seuosa est cornigeris medulla. Inde quoque sit verbum seuare, quod significat seuo concinnare. Columella in secundo: Ferijs ritus matutini etiam illa permittit, far pinsere, facies incidere, candelas seuare. Ausonius mercis sepaceæ meminit, illo versu: Albentis seu globulos & pinguisa ceræ Pondera. Muniunt adiutus. ] Sepiunt, claudunt exitus omnis & introitus, ne quis ingredi, ne quis egredi possit. Canes venaticos. ] Autumat Columella, venaticum canem nihil pertinere ad villaticam professionem, tanquam agricolam auocet, desiderique ab opere suo reddat, separatque eum à villatico cane, & pastorali. Auritos. ] Modò auribus magnis præditos: ut Virgilius, Auritosque sequi lepores. Alias sensu audiendi

præcellentes, ut Horatius: Et auritas fidibus canoris Ducere  
 quercus. M. Varro: Canes inquit, debent esse capitibus & auriculis  
 magnis ac flaccis. Vbi flaccæ aures, significantur languentes ac  
 pendulæ. Ab his, ut inquit Plinius, Flacco'um sunt cognomina.  
 Flaccere, est languere ac deficere. Apuleius in Apologia: Cur ve-  
 fira oratio rebus flaccet, strepitu viget. Hinc & flacidū, langui-  
 dum, molle, ac sine viribus. *Horricones.*] villis quasi comatum  
 inhorrentes ac formidolosos. *Gliscente.*] crescente. Gliscere, cres-  
 cere est. Plautus in Afinaria: Pulchrè hoc gliscit prælium? Virgi-  
 lius: Gliscit violentia Turno. Silius: Gliscit Elysæo violentior ira  
 tyranno. Autumant grammatici, glires à gliscendo dici, eo quod  
 somno gliscant, & pingues efficiantur. Columella quoque de  
 gallinis farciendis scribens: Quæ, inquit, prima luna saginari  
 cœpta est, vigesima per gliscit: hoc est, ut ego interpretor, ad sum-  
 mam pinguitudinem excrescit, & quasi extuberatur. Idem ait,  
 quod turtur per hyemem difficulter gliscit, pro pinguescit: quæ  
 enim præpinguia fiunt, adolescent, crassescuntque. Hinc prisco  
 vocabulo gliscere dictæ mensæ lautæ, & pluribus ferculis opu-  
 lenta, quasi gliscentes, id est, crescentes, per instructionem scili-  
 cet epularum. *Retrogradifuga.*] Nomen est, quasi dicas retrogra-  
 dienti, & cessim eunti. Cessim enim ire significat regredi, & re-  
 trò cedere, retrò redire. Iustinus in secundo Epitomes: Com-  
 misso prælio ite cessim, inhibete remos, & à bello discedite. Im-  
 pressi codices habent, ite cessum. Ego veriorem lectionem puto,  
 ite cessim. Sicut & apud iurisconsultos, tit. ad legem Aquiliam,  
 illud legitur: In cliuo Capitolino duo plastra onusta mulæ du-  
 cebant, prioris plaustri muliones conuersum plastrum suble-  
 uabat, quo facile mulæ duceret. interim superius plastrum cessim  
 ire cœpit. Accursius scienter exponit cessim, id est, retrò: quod  
 equidem demiror, cum interpretatione vocabolorum ferè sem-  
 per soleat non accurrere, sed tardigradus recurrere, & stupens  
 hallucinari. *Facesto.*] discedo. Pone ianuam.] post hostium. *Obiret.*]  
 adiret, accederet. *Vite metas.*] id est, ad extremum vitæ finem, cur  
 ricolimque iam aduentaret, & morti proximus esset. De metis  
 copiose differui in commentariis Tranquilli & Propertij.  
 Metam ex translatione spectaculi currulis decenter usurpamus  
 pro fine & termino. Silius: Tormentis finem, metamque la-  
 boribus orat. Meta viuendi, inquit Macrobius, creditur, cum  
 decas heptadi iungitur, id est, aut decies septem, aut septies  
 deni anni computantur. A poëta dictum est, Hic labor extre-  
 mus, longarum hæc meta viarum. *Hiantis Cerberi.*] Ex figmen-

to poëtico, tanquam Cerberus triceps trifaci latratus & ore patulo excipiat animas morientum: cui reluctatur is qui morti resistit, nec fate succumbit. Reluctabat.] Archaismos est nos reluctor dicimus. Non dissimiliter à Plauto dictum est contempses, pro contempleris: à Virg. populat, pro populatur: à Varrone sortent, pro sortirentur: & pollicetes, pro pollicereris. Id enim habitum est, vt inquit Gellius, in oratione facienda elegantiae genus, vt verba mutuò inuerterentur. Scenam retinens. Jeffigiem, & scenicam quasi personam ac habitum vrsinum. Sic histrion in scena & actione fabulae, quam personam induit, eam retinet ad extremum. Scena pro apparatu, vè suprà: & apud Ausonium, Scenatio moris. Scenis.] mutationibus, & quasi adumbrationibus ac fraudibus. namque apud Græcos οὐλως dicitur scena, tentorium, inumbratio, fraus. Angiportu.] Secundum quartam declinationem inflexit, sicut Horatius: Flebis in solo leuis angiportu. Alias angiportum neutro genere, secundique ordinis usurpat. De angiportu suprà satis ac super. Feri.] truculenti, & ferino impetu truces. In quounque genere animalium est ullum placidum, in eodem inuenitur & ferum. Aristotele & Plin. auctoribus. Commodum.] tunc tune, iam iam. Spectatum.] Nitidior lectio est, spectaculum. tandem Thrasyleon morsu canum lanjatus præbuerit spectaculum miserum prorsus ac funestum.

Turbulis.] A turba diminutuum sit turbula, & tertio gradu turbella. Celatum.] occultum, ne scilicet in manifesta noxa reus deprenderet. Indaginis.] inquisitionis. Translatio sumpta à venatoribus, qui feras inquirentes, vestigantésque saltus indagine cingunt. Indaganter, aduerbum apud Columellam. Dehortab. r.] dissuadebam, reuoca-

Denique tanti doloris impatiens, populi circumfluentis turbulis immisceor: &, in quo solo poteram celatum auxilium bono ferre commilitoni, sic indaginis principes dehortabar: O grande, inquam, & extreum flagitium, magnam & verè pretiosam perdimus bestiam. Nec tamen nostri sermonis artes infelicissimo profuere iuueni. Quippe quida procurrens è domo, procerus & validus, incontranter lanceam medys iniecit ursa præcordijs: nec secus alius.\* & ecce plurimi iam timore discusso, certatim gladios & iam de proximo congerunt. Enim uero Thrasyleon, egregium decus nostræ factionis, tandem immortalitate digno

digno illo spiritu expugnato magis, quā patientia, neque clamore, ac nec ululatu quidem, fidem sacramenti prodidit. sed iam morsibus laceratus, ferrōque lanatus, obnixo mugitu & ferino fremitu, præsentem casum generoso vigore tolerans, gloriam sibi reseruauit, vitam fato reddidit. Tanto tamen errore, tantaque formidine cœtum illum turbauerat, ut usque diluculum, immò, & in multum diem, nemo quisquam fuerit a sus, quamvis iacentem, bestiam vel dito contingere: nisi tandem pigrè actum de quidam lanius\* Patilo fidentior, vetero bestie resecto vrsæ magnificum despoliauit latronem. Sic etiam Thrasyleon nobis perimitur: sed à gloria non periuit. Confestim itaque constrictis sarcinis illis, quas nobis seruauerant fideles illi mortui, Plateæ terminos cito gradu deserentes, istud apud nostros animos identidem reputabamus, merito nullam fidem in vita reperiri, quod ad manus iam e) mortuos odio perfidiæ nostræ demigravit. Sic onere vecturæ, simul & asperæ viæ toti fatigati, tribus comitum desideratis, \* ita quas videtis prædas adueximus.

lio Firmico dicuntur, icta lanceæ vulnerati. ονοειονα est lāceola. Libro quarto Regū proditum est, Prophetas lucorum lanceolis semet indicisse, donec sanguine perfunderetur. Apud scriptores idoneos lācearij usurpatur, stipatoribus, lāceaq; in bello pugnā tibus. Vrsæ præcordijs. ] Thrasyleon significatur, qui sub specie vrsæ

bāmque: hortari enim & dehortari cōtraria sunt. M. Cato: Multa, inquit, me dehortata sunt hic prodire: anni, ætas, vox, vites, senectus. Ennius in 13. Annalium: Hannibal audaci dum pectori dehortatur, Ne bellum faciam. Hæc enim particula De, interdum intensionem significat, ut damnare, quod est vehementer amare, & de magis, valde magis: interdum inutinem, vt dedisce re, depudescere, & dehortari. Artes.] dolî & astutiæ. Incon tanter. ] sine con tatione & mora. Lanceam. ] M. Varro & Gellius lanceam dixere, non Latinum, sed Hispanum verbū esse. Lanceati à Iu-

per præcordia confossum occubuit. Præcordia alio nomine exta dicuntur, Græci phrenas vocant. Cornelius Celsus: Quæ græcæ ab Hippocrate hypochondria nominantur, ea præcordia interpretantur. In præcordiis vitalitas maximè consistit. Nec secus ailius.] Exemplo unius prouocati sunt alij, qui & ipsi ursam telis impetrere cœperunt. Nostræ facti: n.s.] Iatrocinalis [sic] icilicet. Significanter autem & scènè locutus est, cum factio consensus malorum & conspiratio proprie dicatur. Neque clamore.] Laudat Thrasyleonis patientiam, atque animi fortitudinem, qui lanatus ferro, laceratus canum morsu, constanter silenterque necem pertulit, fidemque iatrocinalis sacramenti nullo clamore, nulla violabili voce prodidit. Obnixo. Joblustanti, & quasi nixu quodam cohibito atque coercito. Obniti est, contra aduersa obliterari, unde a lucibium obnixè, apud Terentium. Gloriam reservauit. Itanquam post mortem futurus glorioſior, nominatioque, cum viuentium gloria obscurior sit. Generosa mors homini gloriae ianuam repandit: & vt inquit Plautus, Qui per virtutem perit, non interit. Multum diem] in multam diei partem. Quamvis iacentem. } Ita Virgilius: Ut quamvis auido parerent arua colono. Lanini. } Laniones & lanij dicuntur, qui exercent lanienam, à lanatu scilicet animalium Patilo. } Lege; paulò fidentior. A gloria non periret. } sic Plautus in Captiuis: Qui per virtutem perit, non interit. Fideles moreni. } Capulos signat, quibus pro receptaculo prædæ vni sunt: quos fideles optimo ex re epitheto dixit, cum quantum acceperant, tantum reddiderint. Plateæ. } Suprà pluraliter declinavit Plateas, quod nomen est ciuitatis, ut iam diximus. Quod ad manes demigravit. } Sensus est, cum animis nostris recognoscimus, ac ruminabamur, quod nulla fides apud viuentes reperiatur: ut potè quæ iam à superis migraverit, descendenterque ad inferos, odio scilicet perfidiæ mortalium: tanquam fides relictis nobis habitet apud manes. Quod totum ex eo scite introductum est, quia prædixit, sarcinas à fidelibus mortuis suis se fideliter servatas, custoditásque, cum fides inter viuentes sublesta sit & fluxa. Apud Silium in secundo Punicorum ait Fides, liquisse sese terras ob fraudes hominum, & innumera flagitia mortalium. Tribus desideratis. } scilicet Lamatho, Alcimo, & Thrasyleone. Desiderantur enim amissi. Verbum historicum est. Quas videtis. } Dicitur est.

Vino mero. } si-  
ne aquæ mixtura:  
quoniam in sa-  
cris, vinum mera-

Post istum sermonis terminum, pocu-  
lis aureis memoria defunctorum com-  
militonum vino mero \* libantes, dehinc

canticis quibusdam Marti Deo blan-  
diti, paululum conquiescunt. Etenim  
nobis annis illa recens ordeum affatim,  
& sine ulla mensura largita est: ut e-  
quis quidem meus tanta copia, & qui-  
dem solus potitus, saliares\* cœnasse cœ-  
nas crederet. Ego verò quanquam a-  
lias ordeum tunsum minutatim, & diu-  
tina\* cogitatione virulentum semper e-  
serim, rimatus angulum, quo panis re-  
liquæ totius multitudinis congesta fue-  
rant, fauces diutina fame saucias, &  
araneantes vehementer exerceo. Et ecce  
nocte promota, latrones expurgiti castra  
commouent: instruëtique varie, partim  
gladijs armati, in lemures reformant,  
concito se gradu proripiunt. Nec me ta-  
men instanter ac fortiter manducan-  
tem, vel somnus imminens impedire po-  
tuit. Et quanquam prius, cum essem  
Lucius, unico vel secundo pane conten-  
tus, mensa decederem, tunc ventri tam  
profundo seruiens, iam fermè tertium,  
qualum rumigabam. Huic me operi at-  
tonitum clara lux oppresit. Tandem  
denique asinali verecundia dñeſtus, &  
gerrimè tamen digrediens, riulo pro-  
ximo sitim leuo.

ac tutelarem Deum venerabantur. In hymnis Homericis est  
hymnus Marti dicatus. Affatim. ] largè, copiosè. Saliares cœnas. ]  
lautas & opulentas. A Salis sacerdotibus saliares cœnæ appelle-  
lantur amplæ & esculentæ, amplissimique apparatus: quia per  
dies festos Salij luxuriosas cœnas facere dicebantur. Vnde in  
proverbio est, saliares cœnas dicere opiparas & copiosas: qua-  
rum mentio apud omnes. Ex eodem genere sunt cœnæ adiicia-

cum adhiberi so-  
let, & debet. Præ-  
libare Dijs nefas-  
tum habetur ex  
vino iniputatæ vi-  
tis, & fulmine ta-  
ctæ: item nefas  
est libare vino  
Græcæ uxæ, quo-  
niā aquam ha-  
beat. Plinius au-  
tor est, Romulum  
laetæ, non vino  
libasse. Lucius Pa-  
pyrius imperator,  
aduersus Samni-  
tes dimicaturus  
votum fecit, si vi-  
cisset, Ioui pocil-  
lum vini. Quod  
Plinius ait, pocil-  
lum vini voulisse  
Papyrium, Liuus  
in 10. pauxillum  
mulsi dixit: quare  
aut hic legendum  
erit Pocillum mul-  
si, aut illic Pauxil-  
lum vini, vt in di-  
ctione conueniat.  
Marti Deo.] Signi-  
ficat latrones hym-  
num cecinisse ad  
Martem, quem  
veluti præsidem

les, pontificales, dubiæ nominatae: de quibus plura aliubi. Cyprianus epulares coenas pro affluentibus dixit, & saliaribus. In prouerbio Græcorum est οὐβαρεπικὴ τέγμα, id est, Sybaritica mensa, pro lauta & saliari, ex eo quod Sybaritæ ē πολυτελεῖ, id est, in luxu nutriti sunt deliciisque notabiles. Illud quoque alterum consimile est adagium, οὐεγκεστικὴ τέγμα, id est, Syracusana mensa, quoniam Syracusani delicatores in victu, lautioresque alijs omnibus fuisse traduntur. Honesta autem locutio est, coenam coenam, prandi prandium, sicut viuo vitam, seruio seruitutem, pugno pugnam. *Cogitatione.*] Emenda, agitatione vel refectione. *Virulentum.*] Significare volēs ordei cibatum sibi asino parūm gratuīn fuisse, dixit virulentum, quasi ingratum, iniucundique saporis, imò quasi venenatum. Virus enim venenum est, vnde virulentum ductum nomen, quod proprium est serpentium, vt virulenti dicantur, quasi venenati. A. Gellius tradit, Maris hominibus ingenitum esse, vt serpentum virulentorum domitores sint. Idem orationem Æschinis virulentam appellat, criminosa, & quasi veneni plenam, ac maledicentia. Atra enim hominum maleficorum cœp serum lingua vibrat, vt inquit Plin. Non placet vt hoc in loco legas, iurulentum, tanquam iure madens. Virus Plinio ponitur modò pro aspero odore, modò pro acerbo sapore, modò pro virginitali. *Fauces araneantes.*] Non potuit famelicus, inanis, esuriēs, significantiūs denotari. Nā fauces araneætes ex esuritione cōficiunt, vt videlicet quedam quasi araneæ tela intra oscitantis hiatum & esurientis os patulum extendi videatur. Plin. vomitus araneos vocat, quos intelligi vult quasi plenos tela aranearum, quales subinde conuisuntur excrementis vomitionum. Parasitus Plautinus ad esuritionem parasiticam significantissimè exprimendam sic inquit: Petij, prospicio parūm, os amarum habeo, dentes plenos, lippiant fauces fame. *Expergiti.*] somno exciti atque euigilantes. *Castra commouent.*] Ex translatiōne rei militaris dictum, in qua imperatores castra mouent identidem. Virg. Nos castra mouemus. Præcipiunt doctores bellicæ disciplinæ, castra sœpissime loco mouenda, eo quod ex frequenti mutatione castrorum morbus prohibetur, quem multitudo militum, in eisdem locis diutius consistens, ex contagione & odore foeditatis facilè contrahit. Laudat Liuius Fabium & Decium Consules Romanos, qui spatio quinque mensium totum Samnium enastarunt, cùm quadraginta & quinque locis Decij castra fuerint, Fabij sex & octoginta. *Lemures reformant.*] transfigurant se in simulachra manūm, & terriculamenta laruarum ad maiorem terrorem mortalibus incutiendum. Lemures enim vmbre

vmbræ defunctorum vagantes dicuntur. Lemures dici putant  
quasi remures, à Remo, cuius occisi vmbbras frater Romulus  
cùm placare vellet, Lemuria instituit, id est, parentalia, quæ men-  
se Maio per triduum celebrari solebant. auctores Ouidius, Por-  
phyrio, cæteri. De Lemuribus in dæmonio Socratis sic refert:  
Animus humanus exutus & liber stipendiis vitæ, corpore suo ab  
iuratis. hunc vetere Latina lingua reperio Lemurem dictatum.  
Martianus Lemures appellari dicit Manes, qui post vitâ iisdem  
corporibus delectantur, & cum his manent. qui si vitâ prioris  
adiuti fuerint honestate, in Lares vrbium domorûmq; reuertun-  
tur: si autem depravantur ex corpore larvæ perhibentur, ac Ma-  
niæ. Augustinus in nono, animas hominum lares vocati tradit,  
si meriti boni sunt: lemures, si mali. *Manducantem.*] A man-  
dendo deriuatur manducare, vt docet M. Varro: à quo in  
Attellanis fabulis vocant manducum obsonium. vnde man-  
ducones dicti, comedones, helluones, gulones. *Ter-  
tium qualem rubigabam.*] Verba non pauca sunt vernacula ac  
plebeia, atque in opificum sermonibus vñitata, quæ cùm  
dehonestæ deculpataque videantur, tamen Latina sunt, &  
in vñi quoque eruditorum frequentantur, quo ex genere  
est istud rumigare, quod & rustici & fœminæ usurpat, quod  
fermè idem significat quod ruminare, & quod Quintilianus  
ait remandere. quod & Plin. noster usurpat, sic scribens in 10.  
Pontici mures simili modo remandunt. Eadem Plinio com-  
manducatus cibus dicitur, multa iteratione mollitus, ac  
propè liquefactus: quem mansum Quintilianus vocat. Et com-  
manducare honesto verbo est idem fermè, quod rumigare, &  
vt vulgari verbo utar, mastigare. Proprium autem asinorum  
est, vt lentissime mandant: ideoque, auctore Columella, ster-  
cus asininum optimum estimatur in agrorum stercorationes:  
quia asinus lente mandando facilius concoquit, & bene  
confectum atque idoneum protinus agro simum reddit. Qua-  
lum autem dicunt vas, & per diminutionem quasillum, qui  
& alio nomine calathus appellatur: vas vtique lanificiis a-  
ptum, vt grammatici tradunt. Vnde qualum metonymicō  
pro lanificio dixit Horatius, mulieres, vt inquit Porphyr.  
~~λανιστικόν~~ vasculum hoc usurpat, quasillum dicentes: hoc  
autem est, in quo pensa vel trama volvuntur. Hic qualum  
accipimus pro canistro & panario, hoc est, vase quo panis ser-  
natur: vt enim granarium dicūt, vbi granū frumenti condit: si  
panariū, vbi panem seruat, vt docet M. Varro. Cana dicūt Græ-

ci vasa, quæ nos canistra, & per diminutionem canistella. Vnde canephori in sacris dicti sacerdotes, quasi cistiphoræ: de quibus suo loco plura. *Afinali verecundia.* ] Ioculariter dictum, cum in asino nullus sit pudor. *Lenitio.* ] Purior lectio est, leuo, vel lenio, pro eo quod est mulceo & sedo. Afinis, auctore Plin. aquarum tædium maximè est, ideoque afinae fœtæ per ignes ad fœtus tendunt: ac si riuus minimus interfit, horrent, ita ut pedes omnino caueant tingere, nec nisi assutus potant fontes: & quanvis si- tiant, tamen si mutentur aquæ, ut bibant cogendæ sunt, exone- randæ ve.

*Factionis.* ] gla- diatoriæ scilicet & latrocinalis. *Filo liberati.* ] A. Gelli- ius forma atque filo virginali di- xit imaginem lu- sticiæ fieri soli- tam. Idem tradit, Pythagoram ex plorate solitum discipulos, ex to- tius corporis filo atq; habitu. Træf- latio est à textori- bus, qui telam te- nuiSSimo filo can- didissimōque te- xentes, probatissi- mam laudatissi- māmque confi- ciunt. Honesta hæc locutio, quæ & ad descriptionē quoque transfer- tur. Idem Gellius: Amaui, inquit, in utriusque epistola breuitatis elegan- tissimæ filum te- nuiSSimum. Idem ait, vocum filo te-

*Necmora,* cum latrones ultro anxi, atque soliti remeant, nullam quidem prorsus sarcinam, vel omnino licet vi- lem laciniam ferentes, sed tantum gla- diis, totis manibus, immò factionis sha- cunctis viribus, unicam virginem filo liberali, & ut matronatus eius indica- bat, summam eius regionis, puellam mehercules & asino tali concupiscen- dam, moerentem, & crines cum ueste sua lacer antem, aduehebant. Eam simul intra speluncam, \*verbisque quæ dole- bat minra facientes, sic alloquuntur: Tu quidem sa'utis & pudicitia secu- ra, breuem patientiam nostro compen- dio tribue, quos ad istam sectam pau- pertatis necessitas adegit. Parentes au- tem tui de tanto suarum dinitiarum cu- mulo, quanquam satis cupidi, tamen si- ne mora parabunt scilicet idoneam sui sanguinis redemptionem. His & simi- libus blatteratis, ne quicquam dolor se- datur puellæ. Quid ni? quæ, inter genua sua deposito capite, sine modo flebat. At illi intro vocatæ anui præcipiunt, aspi- dens eam blando, quantum posset, sola- retur

retur alloquio. Séque ad sectæ sueta con ferre. Nec tamen puella quiuit ullis a nculæ sermonibus, ab inceptis fletibus auocari. Sed altius ciulans sese, & assi duis singultibus ilia quatiens, mihi etiam lacrymas excusit. \* At sic, An ego (inquit) misera, tali domo, tanta familia, tam charis vernulæ, tam sanctis parentibus desolata, & infælicis rapi na præda, & mancipium effecta, inque isto faxeo carcere seruiliter clausa, & omnibus delicijs, quis innata atque in nutrita sim, priuata, sub incerta salutis & carnificina laniæna, inter tot ac tales latrones, & horrendum gladiatorum populum, vel fletum desinere, vel omnino viuere potero? Lamentata sic, & animi dolore, & fauicum tendore, & corporis lassitudine iam fatigata, marcentes oculos dimisit ad soporem. Iam commodum \*conquierat: nec diu, cum repente lymphatico ritu somno recussa, longe que vehementius afflictare sese, & pectus etiæ palmis infestis tundere, & faciem illam luculentam verberare incepit: & anculæ, quanquam instantissime causas noui & instaurati mœroris requirerent, sic adsuspirans altius, infit.

teri & candido fabulam Ationis scriptam esse ab Herodoto. Accipimus hoc loco filum pro linneamentis facies & venustate pulchritudinis: quæ liberam decet, & ingenuam. Lucianus de eadem loquens, sic ait: πορτος δε παρδενοι οπας, οσδε εγκλιος. Ελαιοστοι, η μετασεαρχησιων τινες ιδινοι, η τινες κομβοι: id est, ducabant vnicath virginem luculentam & valde honestam facie, flentem, lacerantemque vestem & capillos. Matronatus.] dignitas matronalis, & grauitas. Non men est quarti ordinis: diciturque matronatus, ut patronatus, concubinatus. Asino talii.] Sub cuius effigie latebat ho

mo, qui fuerat elegans spectator formatum, appetentissimus. Marentem.] flentem. Pudicitiae secura.] Consolatio latronum, quæ puellæ pudicitiam illibatam impollutam, que futuram pollicentur, cuius foemina cum primis debet esse obsecuantissima: sine qua, vt inquit Hieron. omnis virtus in foemina ruit. Nec mirum latrones vim nullam inferte puellari castitati, vt potè quos libido prædæ quam pudicitiae magis la-

cessat, proritatemque qui nō tam Venerem quam luctum inhiant.

**Compendio.** { lucero: feras, inquiunt, patienter hanc captiuitatem, ad breue saltem tempus. quoniam ita futura es nobis quaestuosa, & diuitiarum conciliatricula, quas scilicet parentes tui afferent nobis pro filiae redēptione. *Sui sanguinis.* { filiae, qui parentū sanguis dicitur. Virg. Projice tela manū sanguis meus. *Blateratis.* { iactatis, & cum clamore dictis. Blaterare est, stulte & percupide loqui. Camelos quoque cùm vocem edunt, blaterare dicimus. Horat. sine e, prima correpta profert, cùm ait in Sermonibus: Magno blateras clamore, fugisque: exponit Porphyri. latras, vel furiose clamas. Hinc blaterones insigniter dixerunt homines in verba prouectos, quos & locutuleios & loquaces appellant. *Quid n.* Comicum est, significans certe, videlicet, quare non. *Ad sece sueta.* { Hoc est, p̄t̄ das grassaturāsque faciendas. Hæc enim sueta sunt & vſicata secta latronum atque grassatorum. *Euocari.* { abduci, remoueri. *Altius eiulans.* { ritu ſcenico ex intimis p̄cordiis eiulationem ciens. Est autem eiulatus propriè fœminarum, & dicitur gemitus flentis. M. Tul. ait in secundâ Tusculana: eiulatum nec mulieri quidem esse concessum, tanquam erubescendum. Interpretatūque esse fletum, quem 12. Tabulæ in funerib. adhibebit. vertuerunt: quod lessum nominabatur, de quo s̄aepē diximus. *Illa quatiens.* Jiminodicus fletus concitat singulum, cuius agitatu ilia quatiuntur. Singultus, vt inquit Celsus, sternutamento finitur: Ideoque docet Plato in Symposio, nares esse extimulandas, vt sternutatio irritetur: ita enim singulum sedat. Idē refert, singulum desitum, si quis spiritum cohibeat, vel si aqua multa fauces intus foueat. *An ego misera.* ] Querimonia est & lamentatio puellæ, qua suam infelicitatem conqueritur. Ex bonorum priuatione, & malorum copia, vt inquit Seneca, tristiores videbis quos fortuna destituit, quam quos nunquam aspexit. Heu quam miserum est discere seruire, ubi sis doctus dominari. *Saxo car.* ] Domi cilium latronum, saxeum carcerem appellat emphaticos, ad conditionem, in qua erat, detestandam. Ita Virg. Clauso ventorum carcere regnet. *Sub incerta salutis.* ] Legere malum, sub incerto: quasi in dubio salutis, in incetto. *Sub carnificinae laniena.* ] Ex apparatu latrocinali gladiatoriisque coniecat, quibus in malis sit posita. Nam cùm ante oculos habeat horrendū quasi carnificis & carnificinæ instrumentum, de vita desperat: ne laniena & excarnificatio ipsi miseræ impendeant. Nam, vt inquit Cyprianus, nemo sat tutus, periculo proximus. *Vivere potero.* ] Percunctatiū pronū ciandum: quasi dicat, inter gladiatoriā turbam, neque lacrymarum

rum pausam facere potero, nec diutius viuere. Malè enim  
 conuenit virgo ingenua latronum contubernio. *Faucium tendo-*  
*re.* } Fauces ex lamentatione & ciulatu tenduntur ac diuexantur.  
 Tendor autem nomen est nouè dictum, pro extensione: ut  
 caldor, mador, leuor. Est enim Apuleius noster verborum  
 opifex elegantissimus, & in verbis oppidò quām audaculus,  
 Talis fuit apud priscos Laberius, qui mœchimonium dixit  
 pro adulterio, & depudicari pro stupravit, & manuarium  
 pro fore, & gubernium pro gubernatore, & planum pro  
 sycophanta: quo M. Tul. usus est: & Horat. in epistolis, cùm  
 ait: Fracto crure planum. vbi Planum scurram significat, siue  
 sycophantam. qui locus à recentioribus interpretibus magis  
 contaminari solet, quām enarrari. Et quoniam incidimus in La-  
 beriana vocabula, obiter illud annotandum est, quod pro infer-  
 no Catonium usurpat illo versu: Tollet bona fide vos Orcus  
 nudas in Catonium. Fuit tempus cùm existimarem legendum  
 esse, In canonum, quasi malorum domicilium: sed verius Ca-  
 tonium. Nam verbum ductum est, ut opinor, ab aduerbio  
 Græco κάτω, quod significat infra: ut catonium quasi infer-  
 num interpreteris, sicut catogæon subterraneum domicilium.  
 Pensitemus & illud in præsentia apud Spartianum in Adriano:  
 Doctores bonorum suorum, si suæ auctoritatis essent, catomidiari  
 im amphitheatto & dimitti iussit. Quid sit catomidiari,  
 quidve significet, ingenuè nescire me fateor. verbum inau-  
 ditum, illectum, inusitatum. Ego opinor legendum esse  
 Catonudari, & pro doctores bonorum, corrigo decoctores:  
 ut sit sensus: Hadrianū iussisse decoctores patrimonij catonuda-  
 ri, id est inferiori parte corporum nudata ostentari, vel in ima  
 amphitheatrali sede nudari: quod siue hoc, siue illo modo, pro-  
 brosum sanè erat, & ignominiosum. Decoctores autem dici eos  
 qui bona ac patrimonia comminuant, ut soluendo non sint, quis  
 ignorat? Decoctoribus (ut ait M. Tul. in Antoniana) certus in thea-  
 tro locus erat lege Roscia constitutus: qui scilicet fortunæ vitio,  
 non suo decoxisserent. Ad hunc intellectum referendus Ciceronis  
 in Epistolis locus mendosus, tenebrisque qui me duce ita  
 emendari & illustrari potest. In epistola ad Fabiū Gallū sic scri-  
 ptum legitur: Vereor ne in Catocatoninos mi Galle. Tu meo peri-  
 culo emenda: Vereor ne in catonium Cato nos mi Galle, hoc  
 intellectu: Timeo ne nos Cato trudat in catonium, & quasi  
 præcipiter ad orcum, sitque causa calamitatis. Aspergitur autem sal  
 facetosus ex nomina similitudine, tanquā à Catone sit catoniū.

Dij boni quæ portenta, quas nugas blaterant commentatores,  
& effutiunt grammatisæ triuiales super hoc loco: quem in lu-  
cem (absit inuidia verbo) ut sexcenta alia, primus protuli, & in  
postetum proferam, si modò Deus vitam suppeditauerit: quam  
tantisper mihi opto prorogari, dum ero utilis huic negociationi  
literariae, poteròque studiosis eloquentiae, & candidatis doctrina-  
rum in commune consulere. *Marcentes oculos.*] languentes. *Som-  
no recussa.*] pro excussa. Virg. vteròq; recusso, dixit, pro cōcussō: ut  
sit præpositio p̄ præpositione, sicut exponit Serui. Executitur autē,  
siue recutitur quis somno cū terribilia somniant, aut strepitu obstre-  
pero tumultuariōque excitatur. Sic Virg. Executior somno, quod,  
vt inquit Se. terroris est, non satietatis. *Lymphatico ritu.*] more fu-  
rentium insanientiumque. Namque lymphati dicuntur, furore  
percusi, & insanientes. Memoriae proditum est, quicunque effi-  
giem nymphæ, quæ & lymphæ dicitur, viderit, furendi finem  
non facere. Vnde apud poëtas identidem lymphati pro furenti-  
bus, & commotæ mentis hominibus accipiuntur. Græci *νυμφαί*  
*άνθροις* appellat. Inde fit lymphare verbum, quod significat lym-  
phatico furore corripere, vt apud Flac. Deus ancipitem lympha-  
tuerat urbem: & apud Statium, It lymphante Deo. Tales  
quoque sunt ferè hi qui ceriti & laruati dicuntur, quasi Cereris  
ira aut laruarum occasione vexati. Apud Plaut. certè, laruatus  
es, aut ceritus: & alibi, Iube hanc pro cerita circumferri. De lym-  
phaticis ait Plin. in 25. scribens helleborum mederi melancholi-  
cis, insanientibus, lymphaticis, elephantia & tetano. Est autem  
tetanos, vt verbum Plinianum obiter explicemus, ceruicis mor-  
bus, qui rectam & immobilem ceruicem rigore neruorum in-  
tendit, ex quo genere quoq; sunt opisthotonus & emprosthotonos.  
Opisthotonus Plin. dolorem ceruicis inflexibilem vocari tra-  
dit: qui propriè fit, quando caput scapulis annexatur. sicut econ-  
trariò emprosthotonus dicitur, ubi mentum pectori ex neruorū  
rigore annexū est. *επαδη*, Græcè retrò dicitur, *εμπρεδη* ante, *επ*  
*τος* contentio: vnde opisthotonus & emprosthotonus. Quidā nō  
tam subtiliter quām platicè indiscretis his nominibus vntuntur.  
Elephantia verò morbus est diu in Italia ignotus, quo summa  
pars corporis crebrismaculis, crebrisque tumoribus deformatur:  
de quo Cellus & Auicena. Elephas à Q. Sereno nominatur. sic re-  
ferente. Est elephas morbus tristi quoque munere dirus, Plin. ele-  
phantiasim appellat: aitque, ante Pompeij Magni aetatem non  
accidisse in Italia: à facie saepius incipientem, Ægypti peculiare  
malum, & cùm in reges incidisset populis funebre: quippe in  
balneis

bálneis solia temperabantur, humano sanguine, ad medicinam eam. Pensatis curiose interspectisque soletiter Plini & Cor. Celsi verbis, facile adducor ut credam, videri elephantiam esse morbum illum, qui haud pridem totam fermè invasit Italiam: quod malum vulgo Gallicum appellant. Nam à facie saepius incipit tanta fecunditate, ut quæcunq; mors præferenda sit: quo mirabilis quid potest reperiri? aliqua gigni repente vitia, & ea quidem ignota medicis. Vix enim huic morbo medelæ salutares inueniuntur: ut verum illud à Plinio, perinde quasi ab oraculo dictum sit, medicinas morborum nouitatibus subinde victas esse. Non fuit hæc lues apud maiores patrésque nostros: sicut mentagra etiam morbus fuit incognitus quo priscorum, quem & lichenas appellauere: qui primū Tiberij Claudijs Cæsarjs principatu irrepit in Italiā, quodam Perusino equite Romano ex Asia contagionem eius importante: nec sensere id malum foeminae, aut seruitia, plebeiique humiles: sed proceres, veloci transitu osculi, quoniam autem à mento ferè oriebatur, mentagrum appellauere, occupantem multis & intuitus totisque vultus, oculis tantum immunibus: descendentem verò & in colla, pectusque ac manus, fœdo cutis furfure. Hic verò Gallicus morbus maculis suridis & enormibus fœdat faciem, & corporis cutem pustulis deformat, interdum citra dolorem nullum: sed saepius cum cruciata, qui articulos torquet, & vitalia populatur: idque potissimum noctu, adeò ut nulla quies decur, noctesque insomnes agantur, & cum eiulatione. Lensus est, & lenta habitudine corpora conficiens, vixque ullo tempore aut medicamento sanescit. Quidam hunc morbum non elephantiasim asserunt appellandum, sed speciem psoræ & lepræ, & inter epidimiæ & pustularum genera numerandum esse contendunt. Ego nihil nec refello nec affirmo, ut dogmatistes: sed conjectatorie, ut opinator, ista subtexui. Cæterū quocunque nomine morbum hunc pestiferum, fœdem, diuturnū appellari libeat, liber exclamare, Dij prohibete minas, Dij talē auertite pestem. Valeat abeatque dira hæc lues omni pestilentia pestilentior, in barathrum & catonium. Nos Deo iuvante vegeti & incolumes, & à tertimo hoc malo immunes, institutos Commentarios peragamus. *Pectus tundere.* ] Dolētis & se afflictantis specimē. Virg. Vnguibus ora soror fœdās, & pectora pugnis. *Palmaris.* ] à palma sit speciosū verbū, depalmare, quod est manu verberare. A. Gellius: Ncratiū seruus sequebatur, crumenā assū portitans: & quæcunque depalmauerat, numerari statim secundum 12. tabulas quinque & viginti asces iubebat. A palma, paupieres dictæ asces: vii sunt anseres, & aquatica ferè omnes,

**Luculentiam.**] Pulchram, splendidam, formositate conspicuam. A luce dictum luculentum, sicut à luce luctucentum, quod pro cœnoso & sordido accipitur: luculentatē dixerunt veteres pulchritudinē & splendorē. **Laberius.** Dominus tua luculentate captus,

**Hem nunc certe.**] Fœminæ, ut docet Aristot. lib. de historia animalium 9. desperatores sunt quā mares, ac pavidiōres. Et hæc quasi desperantis puerlæ lamentatio est, qua de se metipsa actum esse prædicat. Verba sunt desperantibus accommodatissima.

**Laqueus.**] Ausonius : Hæc laqueum tenet, hæc speciem inuctoris inanem. Ingredit, illa cauos amnes, rupē inque fragosam. Phædra laqueo se peremit, Dido necem sibi gladio consciuit, Hero se præcipitem dedit ex turre Sestiacæ, Sappho ex perra Léucate desiliit. Apud Horatium puella Europe, de mortis genere eligendo desperanter agens, sic ait: Quid mori cessas? potes hac ab orno

**Hem nunc certe nunc maxime funditus perij:** nunc spei salutifer æ renuntiani. Laqueus, aut gladius, aut certe precipitum proculdubio capessendum est. Ad hæc anus subiratior, dicere eam seniore iam vultu imbebat, \* quod malum fleret: vel quid repente postlimino pressæ quietis lamentationes licentiosas refricaret? Nimirum, inquit, tanto comprehenditorum redēptionis defraudare iuuenes meos destinat? \* Quod si peragis ulterius, iam \* faxo lacrymis istis, quas parvūpendere latrones consuenerit, insuper habitis, vina exurere. Tali puella sermone deterrita, manūque eius exosculata: Parce, inquit mi parens, & durissimo casui meo, pietatis humana memor, subsistit paululum. Nec enim, ut reor, aeo longiore maturæ tibi in ista sancta canicie miseratio prorsus exaruit. Specta denique scenam meæ calamitatis. Speciosus adolescens inter suos principalis, quem filium publicum omnis sibi ciuitas cooptauit, meus alioquin sobrinus, tantulo triennio maior \* etate, qui mecum primis ab annis nutritus & adultus, in diuiduo contubernio domuscula, immò vero cubiculi thorique, sanctæ charitatis affectione mutuo mihi pignoratus, votisque nuptialibus pacto igit pridem destinatus, consensu paren-

tum,

tum stabulis etiam maritus nuncupatus ad nuptias, officio frequenti cognatorum & affinium stipatus, templis & adibus publicis victimas immolabat. Domus tota lauris obsita, tædis lucida, constrepebat Hymeneum. Tunc me gremio suo mater infelix tolerans, mundo nuptiali decenter ornabat: mellitisque sauijs crebriter ingestis, iam spe futura liberorum\* voti anxijs propagabat: cum irruptionis subite gladiatorum impetus ad belli faciem sauiens, nudis & incertis mucronibus coruscans, non cædi, non rapine manus afferunt: sed denso congregato que cuneo, cubiculum nostrum invadunt protinus. Nec ullo de familiaribus nostris repugnante, ac netantillum quidem resistente, miseram, exanimem seu paurore, trepido de medio matris gremio rapuere. Sic instar Athracis, vel Pirithoi, vel Protefilai, despecta distractaque nuptiae.

Post id significat, quod retrò relinquitur. De postliminio in superioribus copiosè disserui. *Refricaret.*] translatio ab obducta cicatrice, quam refricando recrudescit vulnus. M. Tul. in Philippicis: Cum autem illam pulcherrimam facti memoria refricat. *Compendio.*] lucro, quod ex redemptione tua conficeretur. *Iuuenes.*] Ex modestia & officio ministerij maluit iuuenes dicere, quam de honesto veroque vocabulo latrones. *Insuper habitis.*] posthabitatis, spretis, neglectis. *Exurēris.*] exurēris, cremaberisque. *Mi patens.*] mea mater, nomen reverentiae est, & blandimenti ita Hieronymus: Mi domina, mi Eustochium. *Subsistē.*] In usitate dictū, pro succurre, & opem fer. Alibi quoque dixit: Tu meis iam nunc extremis ærumnis subsiste. Nec temere inuenies id verbū in hoc significatu. *Pietatis mēmor.*] Iuxta illud comicum, Homo sum, nihil à me humani alienum puto. *Mature tibi.*] senescenti &

Pendulum zona  
bene te sequuta  
Lædere collum.  
Siue te rupes &  
acuta letho Saxa  
delectant, age te  
procellæ Crede  
veloci. *Quod malum.*] Interiectio  
est indignantis, vt  
docet Donatus.  
Apud M. Tul-  
lium: *Quæ malum,* est ista ratio.  
Apud Plautum in  
Menechmis: *Quæ*  
hæc, malum, im-  
pudentia est? Ho-  
nesta locutio, &  
frequens apud  
scriptores ido-  
neos. *Postliminio*  
quietis. ] Id est,  
post quietem. Po-  
stliminij vocabu-  
lo quædam re-  
versio significa-  
tur: quia semper,

vetulæ:nomē est:ita enim maturitas quædam ætatis est, vt friguum:& maturus dicitur homo magno natu, vt poma in arborib.matura. *Sancta canicie.*] venerabili senecta:tanquam canicies afferat senescenti ætati nescio quid venerationis. Tamen dixit apud M. Tullium Cato, quod non cani, non rugæ repente auctoritatem afferre possunt. Callistratus iureconsultus tit.de iure immunitatis: Semper, inquit, in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit, namque maiores nostri penè eundem honorem senibus quæ magistratibus tribuebant. Canicies, quæ Græcè παλιότης, ex inopia & exilitate caloris trahitur. Senectus autem cùm frigida sit & sicca, meritò canescit. Canicies homini tantum & equis. Russi homines celerius quam nigri canescunt: auctores Aristoteles, Plinius, Albertus Magnus, cæteri. Tempora primò canescunt, id est que Homerus παλιός vocat, quasi temporibus canescentes. quod & Maro noster scienter signat, cùm ait: Æmula nec dum Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Scenam.] spectaculum, imaginem, apparatu, vt suprà diximus. *Filiū publicū.*] Laus adolescentis, qui ob specie & pulchritudinē adeò fuerit amabilis, vt esset publicus amor, & ab omnib. perinde ac filius diligenteretur. Gordianus à senatu filius est dictus: eundē milites filium appellauerunt, quem omnis populus delicias suas nominabat. Non absimile illud Persianum: Hunc optent generum rex & regina, puellę Hunḡ rapiant. Plato præcipit, matrimonia non priuatim maritanda esse, sed fieri communia: curantibus magistratibus, ne dispare inter se copulētur. Ex hac cōfusione promiscua utilitatem illam prouenturam autumat, vt patres, dum suos liberos nesciunt, omnes quoq; viderint eius ætatis, suos credant, & veluti, communium liberorum omnes omnium sint parentes. Hoc rotum transtulisse videtur Plato ex institutis Lycurgi legum conditoris, qui sanxit, vxores compluribus communicandas esse, filiosque non proprios patrum, sed communes ciuitatis habendos. *Cooptauit.*] quasi adoptione quadam ascivit, delegitque. Verbum est, ad electionem magistratum propriè pertinens M. Tullius in 13. Antoniana: In paternum auguratus malo cū cooptatione cooptabo. Idem in Bruto, cooptatum se ab Hortensio in collegium augurum referat. *Consobrinus.*] Consobrini ex duabus editi sororibus dicuntur, vt tradit Nonius, & Caius iurisconsultus probat tit.de gradibus: qui cōsobrinos dici tradit quasi cōsororios, qui ex duabus sororib. nascuntur: amitinos vero, qui ex fratre & sorore propagantur: sicut patruelis, qui duob. ex fratrib. progerātur, sed vulgus ferè omnes istos communi appellatione consobrinos

sobrinos vocat. Sobrini verò vocantur consobrinorum filij. Ve-  
 rū, vt alij putant, & memorat Donatus, de sororib. hi sunt sobrini  
 quasi sororini dicti. *Tantulo.*] paruo, trienni spatio. Tantulum  
 enim & quātulūm minutionem paruitatēmque significant. M.  
 Tul. Ex fici tantulo grano. Plautus in Penulo: *Quantæ ex quantu-*  
*lis iam sunt factæ.* Plinius noster de apibus scribens: *Quantulum*  
*tamen esse in tantulis potest?* *Individuo contubernio.*] Inseparabili  
 sodalitate, & indiuulsa cōtubernalitate. De cōtuberno castrensi,  
 & contubernalib. apud Suetonium satis multa. *Domusculæ.*] pusil-  
 læ domus. *Thori.*] signat se cum illo adolescente in eodem lectu-  
 lo cubitare consueuisse. Sanctæ charitat̄, ad amouendam adul-  
 terij suspicionem dixit hoc. *Pignoratus.*] emancipatus, & quodam  
 quasi pignore coniugali deuinctus: sicut annuli pronubi arrabo-  
 ne obligantur, oppignorāturque maritus & vxor. Tertullianus:  
 Cūm aurum nulla norat præter vnicō digito, quem sponsus op-  
 pignorasset pronubo annulo. *Pacto iugali.*] quo coniuges copu-  
 lantur. De hoc Iunenal. Conuentum tamen & pactum & sponsa-  
 lia nostra. Tempestate paras: quæ omnia sunt verba legitima. Ti-  
 tulus est apud iurisconsulitos, de pactis dotalibus: vbi dicitur,  
 quod pacto conuento stari oportebit. Alludere videtur ad vincu-  
 lum iugale, de quo Virg. Ne cui me vinclo vellem sociare iugali.  
 Adrumant grammatici, vinculum iugale idēd dici, quia iugum  
 imponebatur matrimonio coniungendis: vnde etiam Iuno Iuga  
 dici creditur, de qua mox plura. *Destinatus.*] verbum conueniens  
 nuptiis. Ita Vlpianus: proinde si patronus sibi desponderit alias,  
 vel destinavit. *Consensu parentum.*] Ex prescripto legum nuptiæ  
 legitimæ non sunt, nisi ex consensu parentum sint, in quorum  
 potestate sunt liberi: præterea, vt inquit Vlpianus tit. de regulis  
 juris, nuptias non cubitus, sed consensus facit. *Tabulis.*] dotalibus.  
*Nuncupatus.*] nominatus, pronunciatus, siue promissus: nam pe-  
 cunia nuncupata, vt ait Cincius, dicitur nominata, certa, nominini  
 bus propriis pronunciata. Santhra libro secundo de verborum  
 antiquitate, vota nuncupata significare ait, non tam nominata  
 quam promissa, & quasi testificata. *Officio frequenti.*] Officium ge-  
 nerali vocabulo appellatur omnis honesta actio, ad vñiquētū;  
 conueniens pro cōditione personæ: quasi efficiū dictum. Peculia-  
 riter officiū dicimus, id quod nuptiali festivitatī im penditor. Iu-  
 uen. Officiū cras Primo sole mihi peragendum in valle Quirini.  
 Quæ causa officij? quid quæris? nubit amicus. Suetonius Caligu-  
 la. Liuia Orestillam C. Pisoni nubentē, cūm ad officium & ipse  
 pisset. Olim Atherius orator, vt apud Tranquillū annotauimus,

cum defendeter reum libertinum, cui obiiciebatur, quod patro-  
ni concubinus fuisset, dixisse fertur: In pudicitia in ingenuo cri-  
men est, in seruo necessitas, in liberto officium. Ex eo impudici  
& obscenæ aliquandiu officiosi vocati sunt. Perfectum officium,  
quod cedit in solum sapientem, Græco vocabulo catorrhoma  
nominatur. De mediis officiis philosophi, & maximè M. Tul. ac  
que Ambros. copiosissimè disseruerunt. Vbi annotandum, quod  
cum Panætius ~~ad~~ in ~~ad~~ dñorœ, id est, de Officio libros luculen-  
tos, inscripsit, visa est M. Tullio in scriptio plenior de Officiis  
pluraliter inscribere, quam de Officio singulariter. *Lauris obsita.*] Hac quoque tempestate domus nuptiales auæ exornantur: lau-  
ro, hedera, aliisque frondibus vestiuntur fores, & vestibula coro-  
nantur. Iuuenal. Nectæ coronam Postibus, & densos per limina  
necte corymbos. Item lauros adhiberi soliti causa gaudiorum  
& festiuitatis, indicat, cum ait: Pone domi lauros, duc in Capito-  
lia magnum Cretatumque bouem. Tertul. quoque sic inquit:  
Cum die læto non laurei postes obum bramus? Plin. lib. 15. Laurus,  
inquit, propriè triumphis dicatur: vel gratissima domib. Ianitrix  
Cæsarum pontificumque, quæ & sola domos exornat, & ante li-  
mina excubat. Romanis præcipue lætitiae victoriarumque nun-  
cia fuit laurus. Addebatur militum lanceis pilisque: addebatur  
& lites, quæ ob id laureatæ nominantur apud historicos: super  
qua re diligenter opinor & scite scripsimus in Tranquilli com-  
mentariis. Fasces quoque Imperatorum lauro decorabantur:  
quinetiam in gremio Iouis optimi maximi deponebatur,  
quotiens victoriæ nouam attulisset. Laureati milites trium-  
phantem sequebantur, & ipsum laureum ramum tenentem, co-  
ronamque lauream capite gestætem. Græci daphnen vocant, &  
daphnona laureum: vnde chamædaphne à Plinio dicta, humiliis  
laurus. *Obsita.*] inuoluta, coronataque. Apud Teren. Pannis an-  
nisque obsitum. apud Virgil. Ibat rex obsitus ævo. Metaphora  
est ab agro, ut inquit Donatus: exponitur Seruio obsitus ævo,  
pro inuolutus ætate. *Tædis.*] facibus: qui nocturna lumina adhi-  
bentur, & in nuptiis peculiariter vspurantur. Scribit Plut. in Pro-  
blemati, quinque faces in nuptiis accendi solitas, propteræ  
quod pentas, id est, quinarius numerus, ex omnibus unus  
potissimum nuptialis sit, tanquam ex mare & fœmina con-  
stans: vel quia mulier non plures quam quinque geminos uno  
partu gignere potest. Cui sententiæ astipulatur Aristot. qui finem  
multiugæ partitionis, quinque esse dixit: neque plures vñquam si-  
mul genitos. Tradit Plin. noster in 16. faces nuptiarū ex pinu alba  
fieri

fici solitas, tanquam auspiciatissima: quoniam inde fecerint pa-  
 stores, qui rapuerunt Sabinas. Hinc illud Catullianum, Spineam  
 quate tædam: quæ lectio apud Catullum prior & verior vide-  
 tur, quam si legas pineam, sicut vulgo legitur. Pueri tres patrimi  
 & matrimi ( ita enim vocantur, qui patrem habent, & matrem )  
 adhibebantur ab antiquis: unus qui facem præferret ex spina al-  
 ba, quia noctu nubebant, quo qui nubentem tehebant, fax autem  
 illi rapi mox solebat ab amicis sponsi & sponsæ, ne aut vxor eā  
 sub lecto viri ea nocte poneret, aut vir in sepulchro comburen-  
 dam curaret: quo utroque mors propinqua alterutrius putaba-  
 tur. *Hymenæum.*] nuptiale Deum & nuptiale carmen. *Gremio*  
*mater.*] Rapi simulabatur virgo ex gremio matris, cùm ad vi-  
 rum ducebatur: quod videlicet ea res feliciter Romulo cessit, Sa-  
 binas in spectaculis rapienti. *Mundo nuptiali.*] ornata, quo noua  
 nupta ornari solet. Mundus muliebris est, quo mulier mundior  
 fit. Eo continentur ( ut inquit Vlpianus ) specula, vnguenta, vasa  
 vnguentaria, & si qua similia dici possunt. Separatque ornamen-  
 ta muliebria à mundo muliebri, tanquam mulier possit esse mu-  
 da, nec tamen ornata: ut solet contingere in his quæ se mundau-  
 erint lotæ in balneo, neque se exornauerint. & contrà est ali-  
 qua ornata, nec tamen mundata. Sed ( quod cum honore multo  
 Vlpiani dictum sit ) argutius hoc videtur esse quam verius: ap-  
 pellatione enim mundi muliebris apud oratores, historicos, poë-  
 tas, non solum illa quibus mundior fit mulier, sed ea quoque  
 quibus ornatiōr, significantur: quod & nomen indicat. Nam  
 quem cosmon Græci nomine ornamenti appellauerunt, cum  
 nos à perfecta absolutaque elegantia mundum. Liuius: Non au-  
 rum modò his, sed & postremò vestem mundumque omnem  
 muliebrem ademit. Lucilius neutro genere appellavit his versi-  
 bus: Legavit quidam vxori mundum omne, penumque. Quod  
 mundum atque penum? nam quis diuidicet istuc? *Sauium.*] basijs.  
 Diminutiu[m] est sauiolum, quo vtitur Catullus: Sauiolum dul-  
 ci dulcius ambrosia. Tria sunt, ut inquit Donatus, osculan-  
 di genera, osculum, basium, & suauium: oscula officiorum  
 sunt, basia pudicorum affectuum, suavia libidinum vel amo-  
 rum. *Incertis.*] Lego, insertis. Mucrones enim stricti inse-  
 rantur, ingerunturque à machærophoris. *Cuneo.*] Multa  
 sunt vocabula militaria à rebus ipsis translata, quarum in acie  
 instruenda imagines ostenduntur: vt globus, forfices, serra, cuneus.  
 Nam cùm cunei ( quod instrumentū est ad ligna scindenda exco-  
 gitatu[m] ) figura sit in summo acutior, in i[n]mo latior: inde multitudo

peditum cuneus dicitur, quæ prima parte angustior, deinde latior procedit, & aduersariorum ordines rumpit. Simplicitas militaris porcinum caput appellat: auctores Marcellinus & Vegetius: Contra cuneum opponitur ordinatio, quam forcitem vocant: globus autem, qui à sua acie separatur, vago superuentu incutiat inimicos: contra quem alter populosior vel fortior immittitur. Item serra nominatur, quæ à strenuissimis directa, ante frontem opponitur hostibus, ut turbata acies reparetur: hinc serra præliari dicitur, cum assidue acceditur & receditur, neque ullo tempore consistitur. Cato de re militari: Siue forte opus sit cuneo, aut globo, aut forcice, aut serræ, ut adortare. Cubeus quoque in theatro gradus & ordines significantur, de quibus Iuvenalis, Martialis, Tranquil. cæteri. Hinc theatrum cuneatum à poëta dictum. Docet Vestruius in quinto, quemadmodum cunei in theatro diuiduntur. *Tantillum.* *Iminimum.* Sic instar Athracis, vel *Protesilai.* ] Historia siue fabula obscurior signatur, quæ (ut ingenuè fatear) nondum mihi liquet, nec de ea satis constat. Ideoque amplius querendum est. Sed video dictiōnibus solerter pensitatis locum hunc conduenter & congruenter, sic corrigi posse: Instar Athracidis vel Pirithoi. Ut sit sensus, disturbatas esse puellæ captiæ nuptias, sicut olim Hippodamiae & Pirithoi disturbatae fuerunt. Pirithous enim cum uxorem diceret Hippodamen, Centaurosque ad nuptias invitasset, illi vinolentia libidinæque simul extimulari, nuptias disturbavunt: ex quibus Eurythus Hippodamen rapuit, alij alias. Hinc inter mensas nupiales atrox pugna pugnata, qua Centauri sunt partim cæsi, partim in fugam pulsi. Rem canit Ovidius luculentè in 12. Hippodame dicta est Athracis figura patronymica, à patre Athrace, qui primus artem magicam apud Thessaliam constituit. Hinc ars Athracia pro magia dicitur Papinio, cum ait, Athracia rubet arte labor. Quid quoque Athracida hanc appellat scribens: Athracis Æmonios traxit in arma viros. Instar ergo Athracidis expones, instar Hippodames, siue Hippodamiae Athracis filia. Est & Athrax oppidum in Thessalia Plinio, Ptolemæo, cæteris. Hanc nostram emendationem plausibiliter probat Codrus, collega meus in professione literaria, homo impensè doctus, & utriusque linguae callens: qui plus habet in recessu quam ostèter in fronte, qui in pensitandis tam priscorū quam recentiorum libris iudicio est præcellentē prædictus: cui haec mea, qualia cunque sunt, probari vehementer gaudeo. Pluris enim facio iudicium vnius eruditissimi, quam sexcentorum male literatorum: contentus doctis præco-  
nibus, imperitorum rumuscis & virtuperorum linguas liuoris  
cote

cote acuminatas flocci non facio. Sed ut domum repetamus, quo modo Protesilai nuptiae disturbatae sint, non dispicio: nec usquam (quod equidem meminerim) scriptum legi. De Protesilai quidem obitu, & Laodamiae eius coniugis amore exuperantissimo, non pauca traduntur, & ea quidem cognitissima: sed de disturbatis nuptiis nihil adhuc compertum. Erit ergo hic locus ita castigandus, ut castigandum docuimus, Diis hominibusque plaudentibus: aut fabula remotior querenda, sicut A. Gellio historia oraculi arietini ob Plautinos versus fuit vestiganda, inquirendaque.

Sed ecce saevisimum omnium, nunc etiam redintegratur, immo vero cumulatur infortunium meum. Nam visa sum mihi de domo, de thalamo, de cubiculo, de toro denique ipso violenter extracta, per solitudines auias infortunatissimi mariti nomen inuocare: eumque, ut primum meis amplexibus viduatus est, adhuc unguentis madidum, coronis floridum, consequi vestigio me, pedibus fugientem alienis. Utque clamore percito formosa raptum uxoris conquerens, populi testatur auxilium, quidam de latronibus importuna persecutionis indignatione permotus, saxo grandi pro pedibus abrepto, misellum iuuenem maritum meum percussum interemit. Talis aspectus atrocitate perterrita, somno funesto paens excussa sum. Tunc fletibus eius adsuspirans anus, sic incipit: Bono animo esto\* mehercules, nec vanis sommiorum figmentis terreare. Nam prater quod diurnae quietis imagines false perhibentur, tum etiam nocturnae visiones contrarios euenuit nonnunquam pronuntiant. Deni-

*Visa sum.*] insomnis scilicet, & per quietem. Intar genera insomniorum, unum est quod Cicero visum vocat, Græci phantasma. Est & visio, cum id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat, euenerit. Græci ὄφες vocant. *Auias.*] inaccessas, & penitus remotas. Homo quoque dicitur auius, à via recta derius. Lucretius: Auius à vera longè ratione vagaris. Hinc illa annominatione apud Quintilianum, & in Rheticis ad Herennium, Auium dulcedo dicit auium. *Viduatus.*] priuatus, spoliatusque. *Pedibus alienis.*] Hoc som-

nium propriè visio est: videt enim quod euenturum est. nam pedibus asini Apuleiani mox fugiet. *Raptum.*] rapinam. *Interemit.*] intermissæ visus est. Somnij exitus e-

rit hic, ut pueræ sponsus ab amico perfidiosissimo lancea confossus interimatur. *Pro pedibus.*] ante pedes. Annotauimus iam saepe, particulam, Pro, modo, In, modo, Ante, significare. *Appetitus.*] visionis. *Melhercules.*] Annontanda est impropria, nec fœminæ congruens adiuratio: namque si credimus A. Gellio, sicut viri non deierant per Castorem, ita mulieres per Herculem non deierabant. Causa minimè obscura: Herculano enim sacrificio abstinent: quod apud Propertium in quarto commentario copiosissimè explicatur. Nusquam enim, ut Gellianis verbis utar, scriptum inuenire est apud auctores idoneos, aut mehercules mulierem dicere, aut mecastor virum. Tamen Apuleius interscriptores non proletarius, sed classicus, morosa illa diligentia haudquaquam obseruata, non tam inscitè quam eleganter fœminam per Herculem adiurataam inducit. *Somniorum figuris.*] Philosophi tradunt, somniis non esse credendum. Quod idem asserit Hieronymus, ostendens illud vulgatissimum, quod indocti pro oraculo quotidie aduocant, somnium fuisse, quo iuravit in coeli cōsistorio, se libros seculares nunquam deinceps lecturum: cā illi obiiceretur, quod Ciceronianus foret magis quam Christianus. Namq; in *Apologia cōtra Russinū* aptè indicat, id fuisse somniū: docēnsq; inibi ex prophetarū auctoritate, somniis minimè esse credendū, subaccusat Russinū, quod à se somni exigit sponſionē. Quidam olim somniauit, siue is Alexander Magus fuerit, siue alias, ne somnis crederet. Ex quo scholastica controuersia proponi solet in genere asystato, quod inconsistēs nostri dicunt. Si enim crediderit, tamen sequitur ut nō sit credendū: si autē nō crediderit, tamen sequitur ut credendū sit. Sie inducitur declamatio sibi repugnās, seq; dissoluens. Versiculo Gr̄co somniorū fides eleuatur. cui cōcinit illud Tibulli: Somnia fallaci ludunt teineraria nocte: & apud maximū Poëtaū scriptū est, Sed falsa ad superos mittunt insomnia manes. Sōniatores diēti sunt interpretes somniorū. In *Deuteronomio* scriptum est, Non audies verba somnia-

somniatoris. Insomniosus dicitur Catoni, qui multum somniat.  
 Omnis, inquit, qui insomniosus est, hac eadē curatione sanū fa-  
 cies. M. T. li. 2. de Diuin. somnia somniōrumq; significations il-  
 ludit. Fateturque nihil adeò somnijs significari. Homerus tamē  
 dixit in primo Il. τὸν ἐν δόσει δέοντα, id est, ex Iove sunt somnia. Gr̄  
 ci. n. ὅναρ somniū vocant. Hic locus, ut Plinij verbis vtar, diuersis  
 est refertus documentis: utrū ne sint aliqua præscita animi qui-  
 escētis, qua siā ratione: an fortuita res sit, ut pleraq; & si exēplis  
 agatur, profecto paria fiant à vino, & à cibis proximā: atq; in re-  
 dormitione vana esse visa, propè esse cōuenit. *Imagines fasce.*] Ex  
 Academica disciplina hoc dictū est, quæ nihil affirmat: ideoque  
 Academicī philosophi εποπταὶ nominati, quasi ambigentes, du-  
 bitantēsque: nihil enim cōprehendi putant: & imaginib; quas  
 phantasias vocant, mortales falli asserunt. Super qua re apud phi-  
 losophos & Augustinum de Academicis, & Ciceronem in Hor-  
 tensio subtilissimē argutissimēque disseritur. Si igitur diurnæ i-  
 magines fallunt, quantò nocturnæ visiones fallaciores vaniorēs  
 que vidēri debent? Galenus improbat incomprehensibilitatem  
 Academicorum, asserens credi oportere oculis & palato, &, ut i-  
 pse inquit: an hoc pomum, hanc sicum esse non credis? *Contrarios  
 euentus.*] Plin. in epistolis: Refert, inquit, euentura soleas, an con-  
 traria somniare. interdum enim diræ visiones portendunt felices  
 euentus. Ex hac sententia anus puella m solatur, tanquam triste  
 somnium ex contrario euentu denuntiet meliora, sīque futurū  
 auspiciatius. Sicut interdum homo somniat se iugulari, verberari  
 que: quod mox portendit lucrū & felicitatem. Sicut econtrario,  
 dū somniamus nos vesci dulcioribus cibarijs, vel rei Venere&  
 operam dare, ex somnio optabili afficiuntur vigilantes anxiate-  
 te, sumūisque in calamitatibus. Plerique libros de obseruatione  
 somniorum composuerunt, tanquam leges somniorum statui  
 possent: quos irridet Synesius Platonicus, iudicans prodesse per-  
 parū: qui in lib. de somniis neque insubtiliter, neque indili-  
 genter docet, leges insomniorum statui haudquaquā posse,  
 cunctis æquè communes: quas Phemonoë & Melampus de-  
 finire se posse & ordinare professi sunt. Sed debet potius v-  
 nusquisque seipsum quasi artis habere materiam, & in me-  
 moria scribere potest, qualia visa in quales euentus inciderint, &  
 ita quisque penes se ipsum multas huiusmodi artis regulas cu-  
 mulabit. Nam sicut qui frequenter nauigant, si quando scopu-  
 lum aliquem obvium habent, in quem ascendentēs vibem ali-  
 quā inde prospiciant: quotiens eundē scopulum viderint, eandē  
 agnoscent demonstrantque ciuitatē: eadem ratione homo som-

nians, inque eandem visionem saepius inuidens, sibi designtate potest quem potissimum euentum portenderit. Præter hominem somniare equos, canes, boues, pecora, capras, palam est. Creditur & somniate omnia viuipara, id est, quæ animal patiunt. De ouiparis, id est, his quæ oua gignunt, incertum est, quamuis dormire ea certum sit. Circa ridere. } Corrigere, Contra ridere: ut exponas, è contrario risum insomnis significare micerorem. *Mellitus dulcioli.* Legc, *mellitus dulciolis*: ut referatur ad cibaria, quæ mellita nominantur, à mellis conditura: de quibus apud Suetonium in Neronem, item apud Varronem, Macrob. Gel. Est illud memoratissimum: bellaria ea maximè sunt mellita, quæ mellita non sunt: dulcibus enim cum pepsi societas infida. quo dicto significatur, cibaria melle concinnata non facere ad stomachum, neque satis conducere concoctioni, quam Græci vocant *metron*: vnde dispepsin Catoni, pro mala digestione. Prædicant. } portendunt, denuntiantque animi tristitiam, corporis languorem, & cætera, fortunæ detrimenta. *Velaxatum iri.* Legendum puto, Anxiatum, quasi ab anxietate, siue ab angore ducto vocabulo. Quod si legas, ve-  
katum Latinum id quoque verbum est, & quadrat.

*Anilibus fabulis.* ] Mos est anicularum, ut fabellas alumnis communiter denarent, quibus illorum mentes multcentur, & puerilis tristitia discutitur. Quint. fabulis nutricularum proximo loco succedere debere Æsopi fabellas præcipit. Cum autem senectus sit natura loquacior, & senilis sit propriè macrologia, seruat scitissimè & decorum Lu- cius noster: ut macrologiam, id est,

Sed ego tē narrationibus lepidis, animalibusque fabulis protinus euocabo. & incipit. Erant in quadam ciuitate rex & regina. hi tres numero filias, forma conspicuas, habuere. Sed maiores quidem natu, quamuis gratissima specie, idoneæ tamen celebrari posse laudibus humanis credebantur. At vero puellæ iunioris tam præcipua, tam præclara pulchritudo nec exprimi, ac ne sufficierent quidem laudari sermonis humani penuria poterat. Multi denuque cinuum, & aduenæ copiosis, quos eximij spectaculi rumor studiosa celebritate congregabat, inaccessa formositas admiratione stupidi. & admonentes oribus suis dexteram, \* priore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam prorsus Deam Venerem religiosis adorationi-

*rationibus venerabantur.*

multiloquium det  
aniculæ linguaci

& loquaci; eāmque inducat fabula longiore & lepida mulcentem puellæ lamentatîs mœstitudinem. *Euocabo.*] delectabo, multebo: vel lege *Auo: abo;* pro eo quod est, abducam amouebôq; à tristitia quam conceperat visione somniorum. *Erant in quadam ciuitate.*] Fabula est, oratio ficta, visibili dispositione imaginem exhibens veritatis: qua vñ sunt vetustissimi auctores, vt Hesiodus, Archilochus, Horat. Hesiodus quidem lusciniæ, Archilochus vulpis, Horat. muris. Nominantur autem ab inuentoribus, omnes tamen communiter Æsopiæ nuncupatae: quoniam in conuentibus frequenter solebat Æsopus his vti. Fabula quæ moralis est, & ad vitæ utilitatem maximè pertinens, dicitur *Apologus*, à quo ex precepto M. Tul. ad Herennium exordietur orator, si erunt iudices audiendo defessi. Festiuos delectabilésque apolos commentus est Æsopus fabulator: quibus (vt inquit A. Gel.) res salubriter ac prospicenter animaduersas in mentes animosque hominum cum audiendi quadam illecebra induit. Plaut. in Sticho: *Perge obsecro:* præsens hic quidem est apolos. Quidam non sanè recepto iam vsum nomine *Apologationem* vocant, quod docet Quintil. in s. Fabula Græcæ μύθος dicitur, & fabulator μύθων καὶ μύθων. Macrobius mythicos vocat rerum fabulosarum scriptores, qui fictionibus historias obuoluunt. Quidam scripserunt mythistorias, hoc est fabulares historias. Spartianus citat testimonium ex mythistoriis. Epimythion nominatur in fabulis Æsopiis particula nouissima, qua utilitas ipsius fabula retegitur: quod nostri Affabulationem interpretantur. Apud oratores fabula est, in qua nec vera nec verisimilis res continetur. Argumentum vero est ficta res, quæ tamen fieri potuit: quales sunt Plautinae Terentianaæque comediae. Et hoc est quod ait Quintil. Nam & fabulae ad actum scenarum compofite argumenta dicuntur. *Ego igitur.*] Inducitur anus consolatrix, referens puellæ captiuae fabulam lepidissimam, non minus scienter quam eleganter concinnatam, de Psyche & Cupidine, cuius interpretamenta extant Fulgentio, viro apprimè docto, composita, qui ex physica subtilitate & sensu allegorico illam commentatus est: à quo hæc tota res ad animam refertur, quæ Græcè dicitur φυχή. Scribit enim in Mythologiis, ciuitatem ponit pro mundo, regem & reginam pro Deo & materia qui tres filias habebant: id est, carnem, libertatem arbitrij, & animam. Quam ideo juniores voluerunt, quod corpori iam facto post inditam esse dicebant: eandem ideo pulchriorem, quod & à carne nobilior, & li-

berrata superior. Huic inuidet Venus, quasi libido: quæ, ad illam perdendam, Cupidinem mittit. Sed quia cupiditas est boni & mali, cupiditas anima diligit, & ei velut coniunctione miscetur: quam persuadet, ne suam faciem videat: id est, ne cupiditatis delectamenta discat, neve suis sororibus, id est, carni & libertati: de sua formæ curiositate perdiscenda consentiat. Sed illarum impulsu percita, lucernam de sub modio eiecit, id est, desiderij flammatum in pectore absconsam depalat & inuulgat: visam taliter dulcè amat. Quam ideò lucerna ebullitione dicitur incendisse, quia omnis cupiditas, quantum diligitur, tantum ardescit, & peccatricem suæ carni configit maculam. Ergo quasi cupiditate nudata Psyche, ex potenti fortuna eruitur, & periculis iactatur: & regia domo expellitur. Mox post ærumnosos labores exanctos, Cupidini cônubio copulatur: & (vt inquit Martianus Capella) Psyche opima muneribus Deorum adamantinis nexibus à Cupidine detinetur. Idem auctor est, Psychen à Philologia explitatam fuisse: quinetiam Aristophanes Athenæus fabulam hanc Psyches enigmaverborum circuitu discere cupientibus prodidit. Et sane ecclesiastici conditores in canonica scripturæ interpretatione arcana mysteria allegorico inuoluero inuoluta repandunt, ac renascent: qui tradunt, multiplicem esse intellectum scriptram: historicum siue literalem, tropologicum siue allegoricum, & spiritualem siue anagogicum. In historia, eorum quæ scripta sunt ordo seruatur: in tropologia, de litera ad maiora cōsurgimus, & quicquid carnaliter factum est iuxta mortalem interpretationem locum: in spirituali Στορειᾳ, qui & anagogicus dicitur sensus, ad sublimiora transimus, terrena dimittimus, de futurum beatitudine & cœlestibus disperamus. Et, vt res exemplo magis colliqueat, Hierusalem historicè significat ciuitatem Iudeæ metropolim, allegoricè ecclesiam, moraliter animam, spiritualiter cœlestem ciuitatem, ad quam cunctorum vota suspirant, & illius coloni effici concupiscunt. Sed nos non iam allegorias in explicatione huiuscæ fabule sectabimur, quam historicum sensum: & rerum reconditarum verborumque interpretatione explicabimus, ne philosophaster magis videar quam commentator. *In accessa formositatis.* ] Sicut locus inaccessus dicitur, ad quem nullus accedit, quíq; inaccessibilis est, sic formositas in accessa eleganter nominatur, ad quam propter exuperantiam nullus accedit, quæ propter reverentiam & quandam quasi maiestatem mortalib. inadibilis est: qualia sūt numina Deorū, Dea rūq; *Oribus dextram admonentes.* ] Designat tāta formositate fuisse præditam

præditam puellam, ut ab omnibus perinde ac Dea Venus adoraretur. Mos enim adorantium est, & is quidem est vsitatissimus, ut manum dexteram ori admoueant, in veneratione Deorum & cultu. In Apologia in hunc sensum sic scribit: Si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum libris admouere. Plin. in 28. In adorando, inquit, dexteram ad osculum referimus, totumque corpus circumagimus. Idem in 11. refert, religionem quandam esse in dextra, quæ in fide portigitur, quæ osculis auersa appetitur: & nunc quoque solent principes, & antistitio sacerdotali præcellentes, dextram auersam adeuntibus religiosè osculandam porrigere. Hieronymus callens linguæ Hebraicæ veritatem, in Psalterio quod dicitur, De osculamini, interpretatus est, adorate: quia (ut eius verbis utar) qui adorant, solent de osculari manum, & capita summittere. Quod se beatus Job elemētis & idolis fecisse negat, dicens: Si vidi solem cum surgeret, & lunam incidentem clarè, & latatum est in abscondito cor meū, & osculatus sum manum meam ore meo: quæ iniquitas maxima est, & negatio contra Deum altissimum. Et Hebræi, iuxta linguæ suæ proprietatem, de osculationem ponunt pro veneratione. Priore dīgito.] Quint. in 11. diuersos esse gestus referens, ait, adorantes attollere manus. Pacificator quoque habitus in statuis est, manum infesto pollice protendens: quinetiam vuentium manus leviter pandata est. Hic gestus ille significatur, quo in adoratione dīgitus index super pollicem residens, crucem quasi figurat, eumque ex osculari solemus.

Iamque proximas ciuitates & attingas regiones fama peruaserat, Deam, quam cœrulum profundum pelagi peperit, & ros spumantium fluctuum educuit, iam numinis sui passim tributa venia, in medijs conuersari populi cœtibus: vel certè rursum nouo cœlestium stellarum germine, non maria, sed terras, Venetrem aliam virginali flore præditam, pullulasse. Sic immensum procedit in dies opinio: sic insulas iam proximas, & terræ plusculum, prouinciasque pluri- mas fama porrecta peruagatur. Iam multi mortalium longis itineribus,

Attigas.] finitimas, proximas: ab attingendo du- etum nomen: si- cut à contingendo, contiguum. Quam cœrulum pro fundum. ] Vene- rem periphasti- cos describit, quæ fabulæ tradunt- ortam esse ma- ris spuma, & pu- dendis Cœli in mare deiectis, quæ ob id apud Græcos Aphro-

dite nomen accepit. aphron enim spumam dicunt. Quod ideo fictū à mythicis, id est fabulatoribus, autumat Arist. in 2. de Generatione animalium, quia scilicet genitura spumosa est. Tribus tavenia. ] Sēlusest: fama inuulgauerat Venerem è cœlo descendisse in terras, & sui numinis cūctis mortalibus sub specie paellæ iam facere potestatem, vel potius alteram Venerem terrenam vi fidelali esse procreatam. Germe stellatum. ] Ex opinione philosophorum hoc dictum est, qui opinantur cuncta in terris progenerari vi stellarum, & fidelali positura, ac radiatione. Nā, vt inquit Plin. noster, decidua sunt ex cœlo rerū omniū semina & inferiora superioribus ancillātur. Pullulasse. ] progenerasse. Pullulare dicuntur arbores, quando pullulos emittunt & germina: vnde & repullulare. Tradunt auctores, arbores quasdam casas nunquam repullulare. Plinius pullulos appellat in arborebus, solem pullulantem. In dies. ] quotidie magis. Specimen gloriosum. ] Omnes, inquit, confluebant ex diuersis orbis partibus, ad visendum hanc, quæ propter pulchritudinem Venus haud dubiè credebatur. Paphon. ] Nullus amplius ea petebat loca, in quibus Venus colitur: sed ad hanc cuncti adibant, perinde ac viuentem Venerem. Est enim Paphos oppidum Cypri, cuius numen & regina est Venus. Vnde Paphia à poëtis dicta. Gnidos quoque insula est veneri dicata. Horat. Ó Venus regina Gnidii Paphique. Praxiteles statuarius Venerem fecit ex marmore, quam Gnidij, vt potè Ven-

atque altissimis maris meatibus, ad seculi specimen gloriosum confluebant. Paphum nemo, Cnidum nemo, ac ne ipsa quidem Cythera, ad conspectum Deæ Veneris nauigabant. Sacra Deæ\* proferuntur, templa deformantur, pulvinaria proferuntur, ceremonia negliguntur, incoronata simulacra. & ara viduæ frigido cinere foedatae. Puella supplicatur, & in humanis vultibus Dea tante numina placantur: & in matutino progressu virginis, vicitmis & epulis Veneris absentis \* nomen propitiatur. Iamque per plateas commeantem populi frequenter floribus sertis & solutis adprecantur: Hæc honorum cœlestium ad puellæ mortalis cultum immodica translatio, vere Veneris vehementes incendit animos: & impatiens indignationis, capite quassanti fremens altius, sic secum differit.

ne philosophorum hoc dictum est, qui opinantur cuncta in terris progenerari vi stellarum, & fidelali positura, ac radiatione. Nā, vt inquit Plin. noster, decidua sunt ex cœlo rerū omniū semina & inferiora superioribus ancillātur. Pullulasse. ] progenerasse. Pullulare dicuntur arbores, quando pullulos emittunt & germina: vnde & repullulare. Tradunt auctores, arbores quasdam casas nunquam repullulare. Plinius pullulos appellat in arborebus, solem pullulantem. In dies. ] quotidie magis. Specimen gloriosum. ] Omnes, inquit, confluebant ex diuersis orbis partibus, ad visendum hanc, quæ propter pulchritudinem Venus haud dubiè credebatur. Paphon. ] Nullus amplius ea petebat loca, in quibus Venus colitur: sed ad hanc cuncti adibant, perinde ac viuentem Venerem. Est enim Paphos oppidum Cypri, cuius numen & regina est Venus. Vnde Paphia à poëtis dicta. Gnidos quoque insula est veneri dicata. Horat. Ó Venus regina Gnidii Paphique. Praxiteles statuarius Venerem fecit ex marmore, quam Gnidij, vt potè Ven-

Veneris cultores , emerunt : quo signo Guidos nobilitata est, ut  
 inquit Plin. Ferunt amore captum quendam, noctu simulachro  
 cohæsisse, eiūisque cupiditatis esse indicem maculam. *Cytherea.* ¶  
 insula est Veneri consecrata: vnde Venus Cytherea poëtis dicta,  
 nomine notissimo. Dicimus autem hæc Cytherea in plurali, sicut  
 hæc Solyma & Artaxata. Virg. Est Amathus, est celsa mihi Pa-  
 phos, atque Cythera. Inde Cytheriacum nectar, pro suauitate Ve-  
 neria. *Sacra Deæ proferuntur.*] Adeò, inquit, pulchritudo Psyches  
 erat venerabilis , adeò species adoranda, vt Venus præ Psyches  
 maiestate contemneretur, vt sacra Veneris negligerentur. Nam  
 sacra Deæ proferuntur dupli intellecetu: vel quod procrastinan-  
 tur, differunturque per contemptionem : vel quod publicantur,  
 & in propatulum educuntur. Quod fieri nefas est, cum in arca-  
 no-clusa conditaque sacra sint habenda. Proferre enim ambifa-  
 riam dicitur, pro educere & ostentare, & pro differre ac progra-  
 stinare. Hinc iocus ille Plautinus in Captiuis: Vbi res prolatæ  
 sunt, cum rus homines eunt, similiter prolatæ res sunt nostris de-  
 tibus. *Puluinaria proferuntur.*] Lectuli, inquit, simulachris Veneris  
 dicati habentur neglectui , nec cum sanctitudinis reuerentia in  
 secretarijs custodiuntur, sed palam & contempti depromuntur.  
 De puluinariibus aliubi plura. *Incoronata.*] sine coronis: & intrinse-  
 cùs subintelligendum est verbum Sunt. Simulacra autem Deorum  
 coronari solent cultoribus religiosis, quæ irreligiosi sine co-  
 ronis per irreligiositatem neglecta & inculta destituunt. Plin. in  
 21. coronas refert Deorum honorem fuisse , & Larium publico-  
 rum priuatorumque, & sepulchrorum & manium. Plauti senex  
 testatur, se coronas floreas emisse ad coronandos lares. *Ara vi-  
 due.*] orbatæ, deserta, derelictæ: translatio sumpta à foemina vi-  
 dua, quæ solitaria est. Per abusionem dixit Horat. Vidius phare-  
 tra Risit Apollo. *In humanis vultibus.*] Venus, inquit, colitur & nu-  
 men Deæ placatur in vultibus Psyches, perinde ac Psyche Venus  
 ipsa sit, quæ in terras descenderit , & mortales conspectu suo di-  
 gnata sit, atq; sub humana effigie coli velit. *Veneris absentia.*] Ve-  
 nus quidem est absens: sed tamen veluti praesens propitiatur, Psy-  
 che progrediente quam veluti Venerem adorationibus prose-  
 quuntur. *Commeantem.*] gradientem, incedentem, inambulatæm.  
*Floribus certis.*] Lege, certis flores enim certi dicuntur, in corona-  
 mentis contexti. Lucan. Accipiunt certas nardo florente coronas:  
 &, vt auctor est Plinius, cum ex floribus fierent, certa à se-  
 rendo seruia appellabantur. Apud priscos corona fuerunt  
 partim pastiles, partim sutiles dictæ: sumnia auctoritas pasti-  
 li corona habita est, sutiles in coenis solennes extiterunt. Certi

flores dicuntur quasi iuncti, contextique. Nam serere apud antiquos iungere est: unde fruges seri dicuntur, quia terræ iunguntur: & sertorem pro assertore dixerunt, quod serendo, id est, comprehendendo aliquem serat in libertatem, id est, iungat. Hinc serilla quoque nauigia appellari autumat Verrius Flaccus, quæ sparto ac lino condensantur, à conserendo & contexendo dicta. *Immodicata translatio.*] Prælatio alterius, ut inquit verissimè Tertul. procedere non potest sine alterius contumelia: tanto magis translatio cœlestis honoris ad cultum alterius bilē mouet, & animum incendit. Itaque meritò vera Venus indignatione succensa est, & stimulo excandescientiae incitata, cum honores sibi debitos immodicè nimis transferri videret ad cultum Psyches, & adoracionem. Nam (ut ait Sulmonensis poëta) *Vnicus* est, de quo sollicita mur, honos. *Capite quassanti.*] Indignationis signum. Sic Virg. in 12. Ille caput quassans, non me tua feruida terrent Dicta ferox, *Fremens altius.*] Concepto dolore medio intus intra præcordia indignatur secum Venus, quod cum sit ipsa maxima Dearum, & origo rerum primigenia, tantum honorem participet cum puella.

*En rerum naturæ prisca parens.]* Ex secretariis philosophiæ depropta locutio, qua rerum natura parés meritò dicitur, cum ex officio Veneris cuncta progenarentur. Hinc Lucretius librorum suorum initium fecit: *Æneadū genitrix, hominum diuīumque voluptas, Alma Venus:* per te quoniā genus omne animatum Concipitur, visitque exortum lumina solis. Plin. in 2. Sideris, inquit, Veneris vi-

*En rerum naturæ prisca parens, en elementorum origo initialis, en orbis totius alma Venus, quæ cum mortali puerla partiario maiestatis honore tractor, & nomen meum cœlo conditum terrenis sordibus prophanatur. Nimirum communi numinis piamento vicarie venerationis incertum sustinebo, & imaginem meam circumferet puerla moritura. Frustra me pastor ille cuius instinctum fidemque magnus comprobauit Iupiter, ob eximiam speciem tantis prætulit Deabus. Sed non adeò gaudens ista, quæcumque est, meos honores usurpabit. Jam faxo, huius etiam ipsius illicite formositatis pœnitentiat. Et vocat confessim puerum suum, \*pennatum illum, & sati temerarium: qui malis suis moribus*

cont

contempta disciplina publica, flammis  
& sagittis armatus, per alienas domos  
nocte discurrens, & omnium matrimo-  
nia corrumpens, impunè committit tan-  
ta flagitia, & nihil prorsus boni facit.  
Hunc quanquam genuina licentia pro-  
cacem, verbis quoque insuper stimu-  
lat, Perducit ad illam ciuitatem, &  
Psychen ( hoc enim nomine puella  
nuncupabatur ) coram ostendit. Et  
tota illa perlata de formositatis emu-  
latione fabula, gemens, ac fremens  
indignatione: Per ego te, inquit, ma-  
terna charitatis fœdera deprecor, per  
tua sagitta dulcia vulnera, per flam-  
mæ istius mollitas vredines, vindi-  
ctam tue parenti, sed plenam tri-  
bue, & pulchritudinem contumac-  
em reuerenter vindica. Idque u-  
num & pœ omnibus unicum volens  
effice, virgo ista amore flagrantissi-  
mo teneatur hominis extremi, quem  
& dignitatis & patrimonij simul, &  
incolumitatis ipsius fortuna damna-  
uit: tamque infirmi, ut per totum  
orbem non inueniat miseria sua com-  
parem. Sic effata, & osculis bian-  
tibus filium diu ac pressulè saui-  
ta, proximas oras reflui littoris  
petit, plantisque roseis vibrantium  
fluctuum summum rorem cal-  
canit.

Cta progenerent. Alma Venus. ] Optimo epitheto al-  
ma dicitur, ab alendo: videlicet, perinde ac Veneris potentia ge-

A a iiii

pitibili alantur omnia. Almam lucem, alnum diem, pro trans quillo accepit Donat.apud Virg. *Partiario honore.*] Partiarius honor dicitur, qui ex parte dimidia cum altero communicatur. Partiario agimus, cum ex dimidia parte diuidimus. Pars enim dimidium apud doctos significat. iurisconsulti tit. de vslfructu, partem pro dimidio accipi euidenter ostendunt, sic scribentes: Etiam partis vslfructus legari potest. si specialiter non sit facta partis mentio, dimidia pars bonorum continetur. Cato ait libro de re Rustica, Calcem partiario coquendam qui dant, ita dant. Vbi partiario accipitur pro dimidiata portione, ut scilicet calcarius, id est, qui calcem coquit, dimidiā partem calcis cocta ipse habeat, reliquum domino præbeat. Veteres appellauerunt particulones, cohæredes, ex eo quod partes patrimonij sumant.

*Prophanatur.*] polluitur. *Vicariæ venationis.*] Vicaria venatio eleganter appellatur, quæ vicem alienam implet. Sic vicariæ epistola apud Cyprianum, quæ pro nobis vicem supplent: sic vicariæ manus apud Quintilianum. in gladiatore, quæ in pugnam pro altero dantur: & vicaria mors, quæ pro altero subitur. Vicarius vulgo dicitur, qui vice & loco alterius substituitur. Apud iurisconsultos, oratores, poëtas, vicarius usurpatur pro seruo, seu maiori in familia, de quo Horat. in sermonibus: Siue vicarius est qui seruo paret, vti mos Vester, ait, seu conseruos. Hinc illud Epigrammatistæ: Esse sat est seruum, iam nolo vicarius esse. Docet iurisconsultus, titul. de peculio legato esse & dici vicarios vicariorum, in hoc seruorum significatu. *Incertum.*] incerti, inquit, mortales erunt, vtrum ego, an Psyche pro Venere colenda sit. Vbi annotandum, dici incertum pro dubio, dubitationeque nomine scilicet substantiuo. *Pastor ille.*] Paris significatur, cuius indicio prælata est Venus Iunoni & Palladi. De quo poëta: Manet alta mente repostum Iudicium Paridis. Luciani libellus extat de hoc Paridis iudicio, festiuerter concinnatus: de quo & in decimo huius operis volumine vbetior mentio. *Comprobauit Jupiter.*] Canunt poëte, & narrat Lelianus, Mercurium Ioue missum ad Paridem, vt iudex esset & disceptator litis Dearum. *Dignitatis & patrimonij.*] Omnibus bonis viduata in esse cupit. Sunt enim bona triplicia apud philosophos: prima animi, vt virtutes; secunda corporis, vt incolumentas; tertia fortunæ, vt dignitas & opes. *Faro.*] faciam. *Pinnatum.*] alatum Cupidinem. Pinnæ acutum securis dicitur, inde utrinque habens aciem bipennis. Pinnas avium quoque dici volunt: unde pinnatus Cupido, pro aligero & pennas habente dictus. Ideo autem alatum Cupidinem fixit antiquitas, quia nihil amantis bus

bus leuius, nihil mobilius, nihil volaticum magis. Namque (*vt*  
auctor est Alexander Aphrodiseus in Problematis) cupidus ama-  
toris non diuturna est, nec omnino stabilis, sed euagatur ac mu-  
tabilis est: & *vt* scitè canit Propertius, non frustra ventosas alias  
addunt Cupidini: Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda.  
**F**lammis & sagittis armatus.] Cupidinem faces tenentem, & sagit-  
tis armatum figurant, propterea quòd exuritur cor amatoris.  
Sagittas autem ideo gestat, quòd radios emitit, tāquā sagittas,  
amator in amasiam. Ipsa porro iaculo similis est, quòd in aman-  
tis corpus iaculaetur. Quæritur in controversiis, auctore Quintili,  
cur Cupido puer, cur volucer, cur sagittis & face armatus sit. **G**e-  
nuina. Inatiua, insita, ingenita. *Et tota illa perlata.*] Cùm Venus  
ad filium Cupidinem fabulam illam totam pertulisset, quæ de-  
æmulatione pulchritudinis inter ipsam & Psyche diuulgabatur,  
filium precata est, *vt* hanc iniuriam vindicaret, & Psyche infor-  
tunio amoris malè mulctaret. *Per ego te, inquit.*] Deprecatio est  
matri ad filium, qua exorabilia omnia & ad impetrādum poten-  
tissima continentur. Rogat enim per maternos affectus, per sagit-  
tas Cupidineas vulnere amabili fodicantes, per mellita ardantis  
facis incendia. **V**redines.] ardores & vstrinas mellea dulcedine  
medicatas. Vrit quidem amor, sed cum dulcedine: vulnerat, sed  
cum suauitudine. Plaut. de amore inquit: Amor inelle & felle est  
fœcundissimus, gustu dat dulce, amarum ad satietatem usque ag-  
gerit. Plin. in 12. refert, succum trifolij infusum corpori, facere  
vredinem. Ambros. vstriginem appellat, quas Lucian. noster vre-  
dines. *Tue parenti.*] mihi Veneri. **C**ontumacem.] rebellem, & mihi  
reluctantem. **V**irgo.] Psyche. **E**xtrēmi.] despiciatissimi, postre-  
missimique. **H**iantibus.] patulis ac plenioribus. Hiantem oratio-  
nem intelligi vult M. Tul. lapsabundam & fluctuantem, nec vi-  
llis vinculis astrictam. **O**ras.] loca litoralia & extremas regiones.  
Soluere oram est, ex ora & litore nauigium in mare deducere, &  
enauigare sublatis anchoris, & funib. nauticis resolutis. Sunt qui  
oram, funem nauticum interpretantur.

*Ecce iam profundi maris vdo resedit  
vertice: & ipsum, quod incipit velle, sta-  
tim, quasi pridem præcepit, non mora-  
tur marinū obsequium. Ad sunt Nerei  
filiae, chorum canentes: & Portunus cœ-  
rulis barbis hispidus, & grauis piscoso*

*Vdo resedit ver-  
tice.] Sicut fasti-  
gium & summæ  
& infimæ partis  
dici potest, sicut  
altum & mare  
& cœlum dici-  
mus, ita vertex  
pro altitudine*

summa & infima  
vſurpatur : sicut  
hic ponitur ver-  
tex pro profundo  
& imo maris. Pro-  
priè vertex est cō-  
torta in ſe aqua,  
quò etiam intel-  
lectu hic locus ac-  
cipi posſet. Pars  
ſumma capitis

vertex nomina-

tur: auctor Quintil. Vertices homini bini tantūm ſunt, vt docet Plinius. Vortices & vorſus dicebat antiquitas. Scipio etiam Africanus per literam e vertices, & versus, primus dicitur protuliffe. *Et iſum quod incipit velle.*] Sensus eſt: Numinia marina ſtatim präſtō ſunt, & id obedienter exequuntur, quod Venerem velle intelligunt, perinde ac ſi iam pridem präcepiffet. *Nereiſi-  
tiae.*] Nereides Hesiodus, Homer. Maro noster, poëtae omnes no-  
minatim Nereides innumerās percenſent. *Chorum canentes.*] Multorum vocibus conſtat chorus, ita vt ex plurimis vnuſ red-  
datur, ſiatque concentus ex diſſonis: auctores Seneca & Macrobi.  
Chorum à chara, id eſt lāticia dici, autumat Plato lib. 2. de Legi-  
bus. Chorea verò tripudium ſimul & concentus ſignificatur. *Por-  
tunus.*] Deus eſt marinus, qui portubus präest. Fabula notiſſima.  
Athamas enim post furorem à Iunone immiſſum, cum occido  
Learcho, Melicertain quoque alterum filium vna cum vxore  
nomine Ino perſequeretur, illi ſe in mare präcipitarunt, & vo-  
luonate numinum in Deos verſi ſunt: Ino in matrem Matutam,  
quaꝝ Græcè dicitur Leucothea: Melicerta in Portunum, qui Græ-  
cè Palæmon appellatur. A Portuno Portunalia dicta. Sunt au-  
tem feriæ & dies Portuno dicatus, cui eo die ædes in portu Ty-  
berino facta eſt. *Cæruleis barbis.*] Colore cæruleo Dij marini figu-  
rantur, vt mari ſint concolores. *Sola.*] Corrige, *Sala ia.* Error lite-  
ræ minutulus quidē, verūm ſententiæ diſparilitas maxima. Sala-  
ciā autē finxit antiquitas eſſe Neptuni vxorē, quaꝝ inferiorē aqua  
maris eſſe dixerūt. Venilia quoq; Neptuno adiuncta eſt, & vt in-  
terpretatio fabulosę theologie demōstrat, Venilia nuda eſt ex eo  
dicta, quod ad litus veniat: ſicut Salacia quod in ſalum redeat. au-  
ctor diuus Aug. in 7. de Ciuitate Dei. qui in quarto quoq; ſic scri-  
bit: *Quid eſt quod mare Neptuno tribuitur, terra Plutoni?* & ne  
iſpli quoq; ſine coiugib. remanerēt, additur Neptuno *Salacia*, *Plu-*  
*toni*

toni Proserpina.inferiorē maris partē Salacia tenet, terra inferio rem Proserpina. M.Varro Salaciæ Venilix que breuiter commen- minit his verbis: Salacia Neptuni à solo, Venilia à veniendo. *Pa- lemōn.*] Portunus, Melicerta, de quo iam dictum est: in cuius honorem Isthmia celebrari tradunt Græci auētores, quibus victor corona pinea coronabatur. Palæmonem delphino vehi scitè dicit, cū constet delphinos puerorum per mare vectores extitisse, cū Arion fidicen nobilis delphino insidens in Tænarum per- latus, res sit clara multorum monumentis. *Persulantes.*] Quid si legas, *persulcantes*, quasi sulco quodam atque vestigio inter natan dum signantes. Potest tamen, *persulantes*, legi: vtraque enim le- ctio proba est, vtraque recipitur.. *Tritonium.*] Tritonis effigies sic à poëta describitur: Frons hominem præfert in piscem definit alius. Tiberio principi nunciauit Olysiponēsum legatio, visum auditū in quodam specu concha canentem Tritonem, qua nascitut forma. Sunt autem Tritones, vt poëtæ docent, tu bicines Neptuni. Sunt auctores, Tritonas cum buccinis fastigio Saturni ædis suppositos: quoniam ab eius commentatione histo- ria clara, & quasi vocalis facta est, cū antè muta fuisset & ob- curta. *Concha sonaci.*] Inter genera concharum, quæ multifaria sunt, conchæ quædam memorantur ad buccinam recurvæ, vt do- cer Plin. his tritones buccinant. De hoc concharum genere sic scribit Ouid. Caua buccina sumitur illi Tortilis, in latum quæ turbine crescit ab imo. Nos quoque tales curiosè sumus contem- plati, figura videlicet turbinatiore. Videtur autem imitatus esse ingenioissimum poëtam, sic scribentem in primo Metamorph. Cœruleum Tritona vocat, conchâque sonaei Inspirare iubet. Quidam codices Nasoniani non sonaci habent, sed sonanti: ve- rūm hoc elegantius, tersius, nitidius est. *Buccinat.*] Buccinare est, tuba canere. Buccina, vt scribit Caper grammaticus, tuba est, qua signum dat buccinator. Buccinus verò ipse cantor agni- ficatur. Hieronym. in epistola ad Dardanum, buccam vo- cari apud Hebræos asserit organi genus, quæ per diminutio- nem buccina dicatur. Apud Vegetium lego buccinam dici tu- bam, quæ in semetipsam æreo circulo flectitur. A buccina, buccinatores dicti, qui (vt idem refert) ornamentum erat to- tius legionis ingressu conflictus, & eius reditu. Hinc per meta- phoram decentem buccinator usurpatur pro laudatore, ac præ- cone. M.Cicero filius in epistola ad Tyronem: Quod polliceris te buccinatorem fore existimationis meæ, firmo id constanti- que animo facias licet. Apud Plin. buccinum est tuba & concha: Sic enim scribit in 9. Buccinum minor concha, ad similitudi-

nem eius buccini quo sonus editur. *Solis inimici.*] Sol inimicus est Diis aquaticis, cuius flagrantia infestantur. Ideoque Tritonū vnum serico tegmine ardorem solis defendebat: sicut in vsu pris-  
corum fuerunt vmbellæ, quibus soli obsistebant. *Domine.*] Vene-  
ris. *Prægerit.*] antegerit & præfert. *Biges.*] Bigas significat: sic e-  
niam appellantur equi duo iuncti. Quidam codices habent, *currus*  
*býnges:* quæ lectio purior est, & visitatior, eodem tamen intel-  
lectu.

*Cupiens nuptiarum.*] Quædam nomina, ut inquit Diomed. forma participiorum genitio eo casu iunguntur: ut fugitans lirium, & sitiens gloriae, appetens pecuniae, & alia id genus sextenta. *Fabré p. litum.*] simulachra absolute effigata mirantur quidem mortales, sed nulla cupiditate veneria: nisi forte quispiam similis sit Alcidæ Rhodio, qui amore raptus Cupidinis Praxitelici, simulachro cohæsit: atque in eo cupiditatis indicem genituræ maculâ reliquit. Alter quo que sic adamauit Venerem à Praxitele fabrefactam, ut in ea simile amoris vestigium extaret. *Diffama-*

*Interea Psyche, cum sua sibi perspicua pulchritudine nullum decoris suum percipit. Spectatur ab omnibus, laudatur ab omnibus: nec quisquam, non rex, non regius, nec de plebe saltem, cupiens eius nuptiarum petitor accedit. Mirantur quidem diuinam speciem, sed ut simulachrum fabré politum mirantur omnes. Olim duæ maiores sorores, quarum temperatam formositatem nulli diffamarant populi, procis regibus despontæ, iam beatas nuptias adeptæ: sed Psyche virgo vidua domire residens, deflet desertam suam solitudinem, ægra corporis, animi saucia: & quamvis gentibus totis placitam, ostendit in se suam formositatem. Sed infortunatissime filie miserrimus pater, suspectatis cœlestibus odij, & ira superum metuens, Dei Milesij vetustissimum percontatur oraculum: & tanto numine precibus & victimis ingrate virginis petit nuptias & maritum. Sed Apollo, quanquam Græcus & Ionicus, propter Milesiæ conditorem, sic Latina sorte respondit:*

*Montis in excelsi scopulo desiste  
puellam,*

*Orna:*

Ornatam mundo funerei thalamī.

Nec spes generum mortali stirpe creatum,

Sed sauum atque ferum, vipe-reūmque malum:

Qui \* pinnis volitans super æthera, cuncta fatigat,

Flamināque & ferro singula debilitat:

Quem tremit ipse Iouis, quo numina terrificantur,

Flumināque horrescunt, & Stygiae tenebræ.

Rex olim beatus, affatu sanctæ vaticinationis accepto, piger, tristisque retrò domum pergit, suaque coniugi præcepita sortis enodat infausta. Miseretur, fletur, lamentatur diebus plusculis: sed diræ sortis iam urgent terti effectus. Iam feralium nuptiarum miserrima virginis choragium struitur: iam tenebris lumen astræ fuliginis cinerem arcessit: & sonus tibiae Zygæ mutatur in querulum Lydiy modum: cantisque latris Hymenæi lugubri finitur vulnus: & puella nuptura deterget lacrymas ipso suo flammæo. Sic affectæ domus triste fatum, cuncta etiam ciuitas congregebat, luctuque publico confestim congruens edicitur iustitium.

rum, sponsus. Spondere, ut docet M. Varro, est dicere à sponte, id est voluntate. Vnde responderet, despondet, despensor, & despensa inclinantur. Hinc consponsus quoque dictus, qui idem faciat, similiter obligatur. Qui sponserat filiam, despondisse diceba-

rant. ] diuulgant, rumorēmque dissipauerant.

*Procis regibus.* ] Græci μηνῆς procos vocant: est enim procare, poscere. Vnde

procis, vxorium petitores: & meretrixes procaces dixerunt, pro ultro citrōque poscere. Hinc antiqui reciprocare dixerunt, pro ultro citrōque poscere.

*Desponsæ.* ] desponsata ex ritu formulariæ sponsaliorum. Nam ut scribit Ser. Sulpicius in lib. de doti bus, qui uxorem ducturus erat, ab eo, unde ducenda erat, stipulabatur, eam in matrimonium ductum iri: qui datus erat, itidem sponsabatur datum. Is contractus stipulationum sponsionum que dicebantur sponsalia. Tum quæ promissa erat, sponsa appellabatur: qui sponserat ductu-

tur : quod de sponte eius, id est voluntate exierat. Sic despontisse animum quoque dicitur , ut despontisse filiam pro eo quod est mori velle, & suæ spontis ac vitæ statuere finem. Liuius in 3. Nec ipsi solùm desponderant animos, sed contemni cœpti erant à finitimiis populis. Plaut. M. Varro, Seneca, aliique ex priscis scripto ribus, hoc verbum in hoc significatu decenter usurpat: & à Columella dictum est , Desponderis sapientiam , pro desperaueris. *Vidua.*] non quæ olim virū habuerit, sed quæ virū inuenire non poterat, & ita sola sine coniuge in viduo thoro solitudinēq; degebat. *Ægra corporis.*] Honestæ locutio, & apud veteres visitissima: æger animi, æger corporis, saucius animi, pro animo & corpore archaismos est. *Suspectatis odiis.*] cùm suspecta haberet odia Deorum, & ex ira superum id filiæ suæ infortunium accidere suspicaretur. *Dei Milesii.*] Id est, Apollinis. Miletos Ioniæ Asiaticæ caput est, Lelegeis anteà & Anactoria nominata, vbi fuit oraculum Apollini, Didymæo sacrum, quod Branchidarum appellant. Id à Xerxe incensum est: quemadmodum cætera templo omnia, excepto Ephesiæ Dianæ delubro. Postea Milesij templum construxerunt omnium maximum , quod propter magnitudinem remansit sine recto. Apollo autem in oraculo Milesio colebatur, cognomine Didymeus : quod copiosè , nec diligenter explicatum leges in Suetonij commentariis. Miletus nomen indidit conditor Miletus. Apollinis filius, de quo Ouidius: Mœnia constituit positoris habentia nomen: *Ingratæ.*] inamabili, & nulli gratæ: ne potè quæ à nemine expeteretur. *Quamquam Græcas & Ionicas.*] Athenienses ex responso Apollinis Delphici, consilio totius Hellados, id est, Græciæ, colonias duodecim vno tempore in asiam deduxerunt, summam imperij potestatem dantes Iono, quem Apollo Delphicus suum filium in responsis est professus. Is colonias eas in Asia deduxit, à cuius nomine Ionia regio est appellata. auctor Vitruvius in quarto. Hinc meritò Apollo Milesius dicitur Græcus & Ionicus. Lingua Ionica inter quinque Græcorum linguas vna est notissima. *Conditore.*] Paulò ante diximus, Mile tum Apollinis filium conditorem fuisse & nuncupatorem Milesiæ ciuitatis. Strabo verò à Neleo, qui Pylius fuit, Miletum conditum esse tradit. Vitruvius refert, ab Iono Ephesum Miletum, & reliquas Ioniæ ciuitates constitutas fuisse. Id placè constat, Miletum conditorem Græcum exitisse. *Latina sorte.*] Latino oraculo, responsōque. Ita M. Tullius lib. 2. De diuinatione: Sors ipsa referenda sit ad sortes. Item , Sors edita est opulentissimo regi Asiae. Idem, eleuans fidem oraculorum : Latine , inquit , Apollo nunquam locutus est: negatque credendum , Apollinis oraculo Pyrro

Pyrrho esse responsum, Aio te *Aeacida Romanos* vincere posse.  
*Mundo.*] mundum ornatum muliebrem vocant, de quo supra.  
Sensus est oraculi: Ornetur, inquit, Psyche non ornatu felicium  
nuptiarum, sed mundo connubij funebris & infortunati, tan-  
quam virum habitura sit ferum, saevumque ac funereum. Hic  
autem Cupido significatur, qui stirpe non mortali, sed diuina  
procreatus, fuit bacchabundus per pectora medullasque mor-  
talium, qui veneno vipereo & dulci melle conditus, gustus dul-  
cedinem propinat, amarum autem venenatumque virus ad sa-  
tietatem usque aggerit. *Cuncta fatigat.*] in hanc sententiam ait  
Proper. Hic Deus & terras & maria alta domat. & ab Ouid. de  
Cupidine decenter dictum est: Tu superos, ipsi sumque Iouem, tu  
numina ponti Vieta domas, ipsi sumque regit qui numina terræ:  
Tartara quid cessant? *Flamma.*] Job faciem. *Ferro.*] Job sagittas. *Io-*  
*nis.*] Qui nunc Iupiter dicitur, apud priscos Iouis recto casu dice-  
bantur. namque à iuuando Iouem appellauerunt: & quod est in  
elisis aut immutatis quibusdam literis Iupiter, id plenum atque  
integrum est Iouis pater. Simili quoque nomine Diiouis dictus  
est, & Veiovis: verum Diiouis à iuuando nominatus, quasi nos  
die ac vita ipsa afficeret & iuuaret: contra Veiovis dictus, qui  
non iuuandi potestatem haberet, sed vim nocendi. In versu illo  
Enniano, Iouis pro Iupiter recto casu dicitur: Mercurius, Iouis,  
Neptunus, Vulcanus, Apollo. *Et Stygiæ tenebrae.*] Tanquam Diij  
quoque inferni amore possessi ac capti sint, sicut Pluto Proserpi-  
nam deamauit. *Rex.*] pater Psyches. *Affatu accepto.*] cum sortem  
responsumque vaticinij Apollinis accepisset. *Enodat.*] Bene eno-  
dat: sunt enim nodosa & flexiloqua Apollinis oracula: unde &  
Loxias cognominatus, id est obliquus cum vera obscuris inuol-  
uat. Diuus Hieronymus meminit Apollinis Loxię. *Quidam Lo-*  
*xiam cognominari solem tradunt, quod obliquum circulum ab*  
*occasu ad orientem peragit. Maretur.*] fletur. Verba impersona-  
lia ad omnes generaliter pertinent: ideoq; plus quam passiua ver-  
ba significant: vt apud Virg. Undique totis usque adeo turbatur  
agris. & illud, Itur in antiquam syluā. Nonne, vt inquit *Quintil.*  
propriae cuiusdā rationis est, cui simile fletur accipimus. *Tetri ef-*  
*fectus.*] Lego teter effectus, ne solœcismo & imparilitate dehone  
fetur oratio. Teter autē effectus accipitur pro impio, crudeli &  
euitabili. Lucretius absinthia tetra dixit, amara intelligi volens.  
*Choragium instruitur.*] instrumentum apparatur. Choragiū enim  
generali vocabulo dici potest instrumentum cuiuslibet rei, & ap-  
paratus, à verbo Græco *χορηγία* quod significat suppedito expen-

sas, subministrōque. Vnde & choragus pro exhibitore, cuius apud Plautum & Tranquillum mentio est: & id nos in commentarijs latissimè explicauimus. Festus Pompeius choragium esse dicit, instrumentum scenarum: quod itidem funeris dici commodissimè potest. Libro quarto Rheticorum ad Herennium, choragium gloriæ, pro apparatu *ācupat* gloriæ & duriter usurpatur. *Tæde lumen.*] Fax, inquit, nuptialis in faciem funerariam demutatur. *Sonus tibiæ zygiaæ.*] Tibiam nuptialem, qua in solennitate nuptiarum uti solemus, zygiam scitè ac eleganter appellat, quasi coniugalem: sicut & Iuno zygia nominatur, quæ Iuga & Iugalis à nostris dicitur: Cui vincla iugalia curæ: Oratori licet per synecdochen ponere nuptiales tibias, pro totis nuptijs, in quarto Rheticorum ad Herennium. De parte totum sic intelligitur: Non illæ te nuptiales tibiæ eius matrimonij commonebant? Nam hic omnis sanctimonia nuptiarum uno sono tibiatu intelligitur. Apud veteres & in nuptiis & in funeribus tibiæ, tibicinæque adhibebantur. Hinc illud apud Ouidium in 9. Fastorum: Cantabat phanis, cantabat tibia ludis, Cantabat moestis tibia funeribus. Annotant grammatici, tibiæ canete solitas in funere puerorum, sicut in funere virorum canebat tubæ. Sisticines appellatos accepimus, qui apud ritos canere soliti essent, hoc est, vita functos, & finitos, & sepultos, quos siccinnistas quoque dicunt. Siccinnium enim genus veteris saltationis fuit, saltabundi autem canebant in funere defuncti. Lucius Aetius appellari siccinnistas ait, nebuloso nomine. Ideò autem nebuloso dixit, quod siccinnium cur diceretur obscurum esset. Quidam non legunt Zygiae tibiæ, sed Gingrinæ, ex Festo & Solino: qui tradunt, gingrinas tibias esse breviores, quæ subtilioribus modulis resonant. Dici autem hoc nomine à verbo gingrire, quod est anserū vocis proprium. gingeriato quoque tibicen à priscis dictus. Sed verior lectio est, & congruentior, tibiæ zygiaæ, quam gingrine. Infrà suo loco de Iunone Zygia dicetur. *In querulum Lydij modum.*] Musica quæ appellatur Lydia, luctui & flebili querimoniae accommodata est. Dorica vero constans ac bellicosa, & virilitate quasi quadam prædita: contrà Phrygia mollis est, atque animu distrahit, religionique potissimum conueniens. auctor Aristot. in 7. Politicorum. Quod & Apuleius noster in Floridis significanter ostendit, cum ait: Seu tu velles Æolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum. Lydios modulos primus inuenit Amphion, Dorios Thamyras Thrax, Phrygios Maisias Phryx. Plin. auctor. Plato lib. 3. de republica, harmonias Lydias querulas esse tradidit, easque

eaſque vnā cum Iōnicis improbat , tanquam molles & etenues . Eſt etiam ſenſus : ſonus , inquit , tibiæ nuptialis demutatur in mo- dulos Lydios , queſtulos ſcilicet & lamentis accommodatos , tan- quam nuptiae . Psyches fetales ſint futuræ , & lugubres . *Suo flam- meo .* ] Flammeum velamentum nuptiale eſt , quo amicitur noua nupta , flammearij à Plauto dicti , infectores flammæ coloris : ſi- eut crocotarij , infectores coloris crocei . Plin . in 21 . Lutei , inquit , coloris video honorem antiquissimum in nuptiis flam- meis totū fœminis confeſſum . Apud poëtas omnes crebra ineti- tio eſt flammæ orum nuptialiū . In decretis quoq[ue] canoticiis 30 . quæſtione 1 . traditum eſt , fœminas , dum maritantur , ideo flam- meo velari , vt ſe notierint ſemper ſuis maritis ſubditas eſſe . Quia etiam vitta nubentes inuicem copulantur , quæ candido purpu- reoque colore contexta eſt : quippe candor eſt ad mundiciem vitæ , purpura ad ſanguinis posteritatem ſignificandam . Psyche verò detergens lacrymas ſuo flammæo , præſagium facit connubij infortunati . Illud obiter annotatu digoū , vittam , ſive te- gumentum capit is muliebre , dici Latinè calanticam , Græcè *καλαντικόν* . Homeruſ in 5 . Odyſſeæ canit , Inonem , ſive Leuco- theam Deam *τείχη πύρον* Vlyſſi naufragio accommodasse , ad eu- dendum maris periculum . Auson . in petiocha Homericā , quod ille *τείχη πύρον* dixit , calanticam interpretatur . Verba Ausoniij appo- ſui , quæ ſunt hæc : Ino calanticam , capiti ſuo demptam , natanti accommodat : cuius ille ſubſtentatu , ad Phæacum litus euadit . Calanticæ meminit & M. Tul . in Clodium . Edicitor iuſtitium . ] Lu- tus publicus dicitur iuſtitium , vt docet Fulgentius Placiades . Apud Liūium frequenter leges ; in rebus aduersis indictum eſſe iuſtitium : quod mox ex rebus proſperioribus remitte- batur .

*Sed moniti cœleſtibus parendi neceſ- ſitas miſellam Psychem ad destinatam pœnā efflagitabat . Perfeciſ igitur fer- lis thalami cum ſummo moerore ſolenni- bus , toto proſequente populo , viuam producitur funus : & lacrymosa Psy- che comitatur non nuptias , ſed exequias ſuas . Ac dum maſti parentes , & tanto malo perciti , nepharium facinus perfi- core contantur , ipsa illa filia talibus eos*

*Mileſiam .* ] Le- gendum videtur , miſellam , quod epi- theton Psychæ cum primis con-uenit : vel lege , ne- ceſſitas Milesid , vt ad ſortem oracu- li Milesij refe- ratur . Necceſſitati autem , quam nec Deus quidem ſu- perat , parendum

esse, præcipiunt  
Plato & Plotinus.  
Parcas ~~aridæ, nunc~~, id  
est, Necessitatis filiæ  
dixere. Proverbum Græ-  
cum est, dignum  
scitu memoratū-  
que ~~άριστην οὐδὲ~~  
~~διοι μάχονται~~: id  
est, aduersus ne-  
cessitatem nec  
Dij quidem pu-  
gnant. Feralis tha-  
lami. ] feralium  
nuptiarum, lugubrisque connubij.

**V**iuum funus. ] At-  
tende elocutionis  
elegantiam. Nam  
cùm funus nisi  
defuncti nos sit,  
tamen viuum fu-  
nus eleganter ap-  
pellat, cùm ipsa  
Psyche viuens,  
perinde tamen ac  
mortua, effterri,  
nec tam in nu-  
ptias ire, quām in  
exequias videba-  
tur. Perciti. ] commoti.

**P**rosequente populo. ] Respexit ad veram  
pompam funebrem, in qua more prisco procedit funus, homines  
sequuntur, quasi post ipsum defunctum morituri, subsequutur  
que: à quibus dicebatur, Vale, nos te sequemur. Hinc exequias  
dici autumat Donatus, enarrans illud Terentianum: Funus inter-  
rim procedit, nos sequimur. Verum enim uero hoc tempore or-  
dine præpostero præcedunt homines in pompa funebri, subse-  
quente cadaueret: isque mos apud municipes meos solennis ferè  
est, qui tamen auctoritate defenditur. Namque diuus Hierony-  
mu, scribens ad Paulam super dormitione Blefillæ, indicat, or-  
diuem pompa funeræ præire solitum autem cadaueret & sanda-  
pilam.

adhortatur vocibus: *Quid infelicem,*  
*senectam fletu diutino cruciatis?* *quid*  
*spiritum vestrum, qui magis meus est,*  
*crebris eiulatibus fatigatis?* *quid lacry-*  
*mis inefficacibus ora mihi veneranda*  
*fœdati?* *quid laceratis in vestris oculis*  
*mea lumina?* *quid caniciem scinditis?*  
*quid pectora, quid ubera sancta tun-*  
*ditis?* *Hic erunt vobis egregie meæ for-*  
*mositatis præclara præmia.* Inuidia ne-  
pharia lethali plaga percussi, sero sentis.  
Cum gens & populi celebrarent  
nos diuinis honoribus, cum nouam me  
Venerem ore consono nuncuparent,  
tunc dolere, tunc flere, tunc me iam quasi  
peremptam lugere debuistis. Iam sentio,  
iam video, solo me nomine Veneris per-  
isse. *Ducite me, &, cui sors addixit,*  
*scopulo stite.* Festino fœlices istas nu-  
ptias obire: festino generosum illum mar-  
ritum meum videre. *Quid differo? quid*  
*detrecto venientem, qui totius orbis exi-*  
*tio natus est?* Sic profata virgo, conti-  
nuit: ingressuque iam valido pompa po-  
puli prosequentis se se miscuit.

pilam. Sic enim inquit: Ex more parantur exequiae, & nobilium ordine praeunte, autrum feretro velamen obtenditur. *Mea lumen.*] Laceratio oculorum in parentibus, quasi redundat ad oculos filiarum: & ex pietatis affectu, quicquid parentes torquet, id perquam discuriat natus. *Quid caniciem scinditis.*] Moris est in luctu, comam diuellere, & capillos discindere. Ut apud Homerum in *Io. Iliados*, inducitur Agamemnon Homericus, & idem Actianus, scindens dolore identidem intonsam comam. *Tunditis.*] plausu scilicet, & manuum percussione. *Hic.*] Pro haec, locutio Apuleij peculiaris. *Præmia.*] pœnæ, angores, nam  $\tau\delta\mu\epsilon\sigma\tau\alpha$  præmia sunt, ut in bonam & in malam partem accipientur. Præmiatores apud antiquos dicti, nocturni prædones. *Letali plaga.*] nimis rüm plágæ & vulnera inuidia lethalia sunt, & mortifera, de qua apud Silium Hannibal haec: O ditum exitium mortalibus, ô nihil vñquam Crescere, nec magnas patiens exurgere laudes. Inuidia. *Tunc dolere.*] Sic apud Liuium Hannibal: Risus hic nequam adeò est intempestivus, quam vestræ istæ absurdæ atque abhorrentes lacrymæ sunt. Tunc flesse decuit, cum adempta nobis arma, incensæ naues, interdictum extremis bellis est: illo enim vulnere concidimus. *Nomine Veneris.*] Dum Psychen nomine Veneris appellabant, & prorsus ut Deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur. *Sors addi.*] oraculum Apollinis Milesij adiudicauit, assignauitque. *Festino.*] Exornatio est, quæ in Rhetoricis repetitio nominatur, Græcè Anaphora dicta. ut illud: Scipio Numantiam sustulit, Scipio Carthaginem deleuit, Scipio pacem peperit. *Profata vir.*] Sic locuta Psyche.

*Itur.*] Sit. Virgil. Itur in antiquam syluam. *Constitutum.*] præscripto sortis & oraculi. *Desete.*] Lego, deserunt, hoc est, relinquent, & solitariam quasi dimittunt. *Præluxerant ante tēpus.*] scilicet illuxerant, cum prius quam nuberet, fæces coniugales in-

flammascent. Dicitur seruus domino p̄t̄ lucere, qui antedominum noctu gestat cereum accensum. Apud Plautum est, *Luces cereum: pro eo quod est, luce re facis, & baiulas*

*deflentem, mitis aura molliter spirantis Zephyri, vibratis hinc inde laciniis, & reflato sinu sensim leuatam, suo tranquillo spiritu vehens, paulatim per deuexa excelsa vallis subdita, florentis cespitis gremio leniter delapsam reclinat.*

*lucentem cereum. Domitionem.]* domum regrediuntur. domitio enim dicta, quasi itio domum. De hoc antē dictum est. *Perpetuae no.*] In luctu ac squalore tenebrisque nocturnis ex mōre parentes Psyches fuisse significat. Sinon apud Virg. Afflictus vitam in tenebris luctuque trahebam. Mos est dolentium, vt fugiant lucem, & in tenebris degant. M. Tul. in exilio mōrens & lugens, sic scribit ad Atticum: Odi, inquit celebritatem, fugio homines, lucem aspicere vix possum. Syfigambis Darij māter, audita Alexandri morte, sese perpetua nocti dedit, & cibo pariter abstinuit & luce. *Mitis aura Zephyri.*] Zephyro, qui Fauonius à Latinis nominatur, maritantur viuiscentia ē terra. Hic est genitalis spiritus mundi, à fouendo dictus. vt prodit, & vt refert Plin. ver inchoat, aperitque terras, tenui frigore saluber. Aristot. in Problematis, Fauonium esse autumat illum, serenum, gratissimum ventorum omnium, eundēmque lenissimum: qui duobus potissimum temporibus spirat, vēte & autumno. Igitur meritò dixit Apuleius, vestabulo Zephyri leuatam Psychen, & in gremio cespitis illius aura leniter reclinatam esse. Flat autem Zephyrus ab occasu æquinoctiali. Quidam chelidoniam vocant, ac hirundinis visu, quæ Græcè dicitur chelidon. Nonnulli ornithiam, ob aduentum auium quas Græcè ὄρνιθας appellant. Flat enim ad 8. calendas Martij, quo tempore hirundo visitur, & aues aduentant. Apud Plin. mendose leges, orithiem, pro ornithiam, in 2. Natur. hist. *Vibratis laciniis.*] Expressit id quodventi vi fieri videmus: vt scilicet vestis, & potissimum muliebris, reflato sinu expandatur, & in orbem quasi osculatur. *Subditæ.*] Scopulo illi subiectæ, in quo Psyche constiterat.

ARGY



## ARGUMENTVM LIBRI

## QVINTI.

Hic quintus liber continet Psyches domicilium, Cupidinis amorem, sororum Psyches visitationem. Earundem subsequitur inuidia: cuius impulsu Psyche credula, maritum Cupidinem vulnusculo percudit: ex quo deuoluta è culmine beatitatis, fit erumpnosa. Quam Venus infesta atrociter exagitat. Tandem post multiplices exhaustas erumpnas, fit coniunx sui Cupidinis. Nuptie celebrantur in cælo, inter cœlicolas.

**T**Oro roscidi graminis.] Psyche animo saucia, & æstu mentis perturbata, tādem dulciter quiescit in toro herbosō, & somni illice ac suo sābulo. Alludere videtur ad tori etymologiam, qui, vt autem, à tortis herbis dictus est;

**R**Syche teneris & herbosis locis, in ipso toro roscidi graminis, suauè recubans, tanta mentis perturbatione sedata, dulcē conquieuit. Iamque sufficienti recreato somno, placidiore surgit animo. Videt lucum proceris & vallis arboribus consumum: videt fontem vitro latice placidum, medio luci meditullio. Propè fontis ad lapsum domus regia est, ædifica ta non \*humanis, sed diuinis manibus ac artibus. Iam scies ab introitu primo, Dei cuiuspiam luculentum & amoenum videre te diuersorium. Nam summa laquearia citro & ebore curiosè cauata, subeunt aurea columnæ: parietes omnes argenteo calamine continguntur, bestijs & id genus pecudibus occurrentibus ob os introeuntum. ne factitium est. Dulcē.] dulciter: vt suauè pro suauiter, no-

men pro aduerbio , locutione vstatissima. *Proceris arboribus.*] Quædam arbores proceritate maximè commendantur & vetustate: ut in Hercynia sylua vltitas robotum celebratur. Procerissimæ arborum abietes esse fruntur. Refert Plin. abietem admirationis præcipuæ visam esse in napigio Caij principis, cuius quoque crassitudo quatuor hominum vlnas complectentium impiebat , & trabs è larice longa pedes centum viginti bipedaliter crassitudine, æqualis quoque intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo, fastigium ad cacumen æstimantibus. *Meditullio.*] Ante dictum est, meditullium dici loci medium. quod & medianum dici potest: namque Viætruius medianas columnas, medianam testudinem , medianæ epistyla , quæ in medio sunt domus, appellat. *Nam summa laquearia.*] Descriptio est graphicæ luculentii domicilij, quo Psyche diuinitus accipitur. Cæterum cum egresiones tempestiuæ maiorem in modum reficiant, recreentque letores, tempestiuum videtur & opportunum , hoc potissimum loco Roscij mei Mini Pôticulanum summatis explicare : cuius topothesia haud sanè multum distat ab hac Cupidinis diuersorij descriptione. Villa est pulcherrima, magnificentissimâque villarum in Bononiensi territorio, secessu ab urbe plus minus septem millibus passuum : quod iter vel homini ignauo commodum est, sese qui horæque curriculo peragit : potesque peractis quæ agenda in urbe fuerint, matutinis negotiis , illuc transcurrere ad horam prandii. Extructa est in valle, quam Rhenanam vocant. Aditur via non una. Prætereuntibus viatoribus præbet fornicatus effigiem non tam prætorii, quam castelli, pinnis curriculisq; conspicui. Statim ab ipso introitu haud dubie assuerabis, principis id cuiuspiam & summatis viri luculentum esse diuersorium. Introeuntibus à vestibulo statim occurrit cauū ædium amplissimum , quod à lateribus variisque habet ambulacra fornicate, à fronte scalas binas, quæ laterculo structæ, latissimè exspaciætes in areolam quasi coœunt. Vbi in summum peruenieris, quod mirum est, in plano consistis: & cum altè ascenderet te putas, sentis te nihil ascendisse: est enim in cliuo clementer & sensim surgerem constructa. Multa in hac villa, ut potè capacissima, sunt membra , ex architecturæ symmetria subtiliter & magnificenter extructa: non minus ad hospites communiter & lautè accipiendos, quam ad usum patris familiâs. Magnam capit voluptatem, nec minorem admirationem , quisquis hanc villam angulatim lustrat. Nec parùm multi, tam alienigenæ, quam indigenæ , visendi studio petunt Ponticulanum , idque mira;

mirabundi contemplantur: vbi cœnations, cubicula, ambulationes, gynæcea, andronites, pergulæ, oculos reficiunt ac oblectant. Quæ sigillatim describere non est operis instituti, quæ volumine priuati dicato forent explicanda. Illud in præsentia mi nimè prætereundum, nec minori admiratione dignum, quâm inspectione, qnòd ex omnibus villa membris supernè infernèque iuxià scaturiunt aquæ salientes, erumpuntque: vbique lymphæ præstò sunt, tam visibus villaticis, quâm voluptariis seruientes. In areæ viridarij meditullio fons est marmore excultus, extruetusque, vnde aqua perennis continenter emicat, & fistulatim excussa sese in auras per tubos ducta ejaculatur. Prope fontem subest piscina pisculenta, in qua pisces de manu hominis cibum capiunt. Intra villa septum canalis strctilis ex Rheno deriuatus, intra sepimenta lapidea conclusus fluit. vbi molæ molendiariae frumenta conficiunt & serræ aquariæ materiam sectilem mechanico artificio assulatim dissecant. Cùmque sit nauicula-rum patiens, in eo ambulant cymbæ, & ludibundos vectores vehunt. Inter cætera illud spectatissimum, quod maceria atque adeò murus crassitudine tanta, vt bini iuncti euntes oriose inambulare possint, altitudine ferè decempedali, longitudine stadiorum circiter quaternum, instar aggeris & munimenti obiectus est violentiæ furentis Rheni coercendæ: qui hâc obire coercitus suffrænatusque intra alueum labi cogitur, nec vineam latissimam prætorio annexam potest populari, quæ illo sepimento vallata vberimos vineaticos fructus quotannis fundit. Nemo non talia spectans censet, impendia regum talibus substructiōnibus vix sufficere potuisse. Sepissimè ego inambulâs supra hoc sepimentum, vna tantum ambulatione ac redambulatione nauitem discutere consueui, & stomachum cœnatoriae fami præparare. Antequâm villam regrediaris, est area laxissima: intra cuius maceriam est, equile, centum ferè equorum capax, quo commodissimè stabulat equitum principale. Etenim cùm magnificus sit & hospitalis Roscius meus, quotannis illustrem principem nostrum Iohannem Bentivolum cum comitatū principali, nec non & principis filios hospitaliter, laute, eleganter accipit. In angulo eiusdem areæ est peristerotrophium ( vulgo columbarium vocant ) luculentatî villa respondens, quod pipiones affatim suggerit. Adde cœli temperiem, qua omnis æstatis flagrantia mitigatur, inclemencia canicularis clementissima aura lenitur: vnde fit, vt diuersorium sit maximè estuum, quia minimè est æstuosu. Si libet piscari, præstò sūt omnia instrumenta pescatoria, & Rhenus pescosus subest. Si libet aucu-

pari, planicies lata aucupantium votis respondet. Vis religiose  
 Deum matutinis orationibus salutare, adnexum penè est lateri  
 villæ delubrum religiosum, vbi sacerdos ad nutum Dominici  
 cum mysteria obit, cui minuscula villa cum horto olitorio ancil  
 latur. Cùm vero discreta lux & certa obseruatio vitam homi  
 num quasi ordinatam reddat, & negotia digerat atque disponat,  
 in fastigio Ponticulani prætorij horologium longè conspicabile  
 positiū est, quod horas diurnas nocturnaq; equa lance describēs,  
 tintinabulōq; denuncians, non patitur obrepere errorē satagenti  
 bus: mirēque conductit ocio disponendo, & excitandis in opera  
 mortalibus. Hæc obiter dicta sint de Ponticulano. Quod ut car  
 ptim summati inque describerem, subinuitauit occasio, & Roscius  
 mei mutuus amor aurem vellicans, quo nihil elegantius, abso  
 lutius, quo mihi nemo est amicior, nec iucundior, nec charior.  
 Id quod M. Tul. de Attico suo scribit: etenim Roscius mihi alter  
 est Atticus. Et sicut ille Ciceronē sustentauit, ita hic mihi vni  
 cum est præsidium, amicisque auxiliarius, consiliarius, & peculia  
 ris patronus. Hic est ille Minus Roscius, vbiique librorum meo  
 rum celebratus, nec pro merito vñquam satis laudatus: qui om  
 nib. naturæ ac fortunæ bonis cumulatus, qui prudentia, consilio  
 præsentissimo, facundia exemplari, doctrina hac elegantiore  
 perpolitus, nulli nostrorum ciuium est secundus, quem illustres  
 principes mei Bentiuoli cum maximo patre clarissimi filij tanti  
 faciunt, quanti præterea neminem: de quo, vt olim hendecasyl  
 labo verissimè lusi, dici meritissimè potest, Orator bonus & bo  
 nus senator. Qui, vt est in parœmiis Græcorum, cùm sit ἀγαθὸς  
 δέλλασσα τοξεὺς ἀρρεβός, id est, bonorum mate, & bonorum cumu  
 lus, haud dubiè dominus est Ponticulano dignissimus: diceręq;  
 vere & merito possumus, O villa magnifica quam pari domino  
 dominaris. Ceterum cùm lex rusticationis sit, ne villa fundum  
 querat, néve liceat minus arare quam verrere ville ponticulang  
 subserviunt laxissima latifundia, quibus fruges vberimæ & vi  
 na gene osa progignuntur: & cùm quatuor sint vini colores, al  
 bus, fulvus, sanguineus, niger, vinum illuc sanguinei coloris haud  
 dubiè ad principatum peruenit, estque inter vina dulcia primæ  
 notæ, hominumque paucorum. Hoc quotannis peculiariter  
 Roscius meus, vt est munificus, condonat regulis Bentiuolis pa  
 tri filiisque seiucentim. Me quoque principibus æquiparans,  
 eadem vinaria liberalitate prosequitur. Huic ego vino, sicut  
 Livia Augusta Pucino, acceptos refero annos vite plusculos.  
 Idem me quotannis propè solenniter in illum amoenissimum  
 eccecum, quo nihil amoenius noui, euocat, post indictas ferias

literarias: vbi & genialia colimus, & voluptati meracissima indulgemus, tum corpus, tum animum vicissatim refouentes: non tamen sine suavissimo librorum comitatu, & pastu, sine quibus nulla est solida voluptas. Libuit in hoc diuersorium de industria diuertere, vt tu, qui libellos meos omnis studiose lectitas, & per te cæteri lectors norint, qui sit Roscius in meis voluminibus: cuius prætorium Poniculanum non absurdè domicilium voluptatis, atque hospitium Psyches videri potest: quod graphicè & luculenter hoc in loco Asinus noster, non asinali, sed philosophica curiositate prescribit. Sed nos institutas iam commentationes exequamur: cum non ab re sit, in transcurso amicis satisfacere, varietatibus commentarios distinguere, & legendis velut amœna diuerticula querere. Ceterum quæ hoc in loco à Lucio nostro dicuntur, ex auro & argento celata in hac imaginaria domo, ea magis luxuriantis ingenij fertilitate quadam dicta sunt, quam ex historica veritate: quamuis Homerus Menelai regiam auro, electro, argēto, ebore, fulgere prodiderit. Laquearia autem, vt ad commentatoris officium revertamur, sunt cameræ cubiculorum, tricliniorūmque: alio nomine lae-  
cus & laquearia nuncupata. Citro.] Theophrastus, & post Theophastrum Plinius, prodiderunt, templorum contignationes ex citro arbore apud veteres factas fuisse, ob immortalitatem materiae in tectis, contra vitia omnia incorruptæ. Mensis citreis nihil apud eruditos celebratus. Inter pauca nitidioris vitæ instrumenta arbor citri est. Subeunt. Fulciunt ac sustentant. Argēto cerlamine. ] celatura argentea. Lectos totos operiri argento, luxuria commenta est. Miratur Plin. in auto celando inclaruisse neminem, argento vero multos. Ob os.] ad os, ad faciem.

Mirus prorsum magna artis homo, in semideus, vel certe Deus, qui magna artis subtilitate tatum\* effigiauit argentum. Enim vero panimenta ipsa lapide preioso cœsim diminuto, in varia pictura genera\* discrimina turvehemē ter. Iterum ac sèpius beatos illos, qui super gemmas & monilia calcat. Nam cætrae partes longè latèque dispositæ domus, sine pretio pretiosa, totique\* parietes solidati massisaureis, splendore proprio co-

Efferauit.] Lego, effigiauit, hæc enim purior mundiorque lectio est: vt effigiauit ex pomis, variis figuris simulachrisque effinxit argentum, ad ornamentum diuersorij. Quod si legas efferauit, expone, inferas & ferarum imagines effinxit.

Quod verò ait, homo, immò semideus, vel certè Deus, amplificatio est, qua per incrementum decenter crescit oratio. Cæsim diminuto. ] pavimenta, nominata lithostrota, signare videtur, quæ ex pænulis crutis testulisque fieri solent. Celebrissimus fuit in pavimentis conficiendis Xenodus, qui pavi mentum fecit paruis è testulis, tinctisque in varios colores, in quo purgamenta coenæ, quæ converti solent, veluti relicta fabrefecerat: ob id asaroton vocatur, quasi veri non possit. Et hoc intellectu accipienda sunt verba Pliniana ex libro 36. quæ aliquam multi peruersè legunt, & perperam interpretantur. Discri minantur. ] distin-

rufcant, ut diem suum sibi dominus faciat, licet sole nolente: sic cubicula, sic porticus, sic ipsæ valvae fulgeant. Nec secius opes ceteræ maiestati domus respondent: ut equidem illud recte videatur, ad conuersationem humanam magno loui fabricatum cœleste palatum. Initata Psyche talium locorum oblectatione, propius accessit: & paulò fidenter, intra limen sese facit. Mox, perlestante studio pulcherrimæ visionis, miratur singula: & altrinsecus adiunctora sublimi fabrica perfecta, magnisque congesta gazis conspicit. nec est quicquam, quod ibi non est. Sed præter ceteram tantarum dinitiarum admiracionem, hoc erat præcipue mirificum, quod nullo vinculo, nullo claustro, nullo custode, totius orbis thesaurus ille muniebatur. Hic ei summa cum voluptate visenti offert sese vox quedam corporis sui nuda: Et quid, inquit, domina tantis obstupecsis opibus? tua sunt hic omnia. Prohinc cubiculo te refer, & leclulo laßitudinem refoue, & ex arbitrio lauacrum pete. Nos, quarum voces accipis, tuæ famula, sedulè tibi præministrabimus: nec \* corpus curate tibi regales epulae morabuntur.

guuntur, variantur. Iterum ac sæpius. ] Sensus est, non solum semel, sed bis, ter, ac sæpius dicas, illos esse beatissimos, qui pedibus gemmas conculcant: tanquam aurum & gemmæ sint summum humani generis bonum, sicut vulgus opinatur. Ille autem calcare

calcare dicitur gemmas & monilia, qui graditut super pavimenta preciosa. Sic Statius in Syluis: *Calcabam nec opinus opes.* Illi quoque gemmas calcare dicuntur, qui calciamentis addunt marginas. Plinius taxans luxum foeminarum, sic scribit in nono: *Neque enim iam gestare margaritas, nisi calcent, ac per vniiones ambulent, satis est.* *Dispositae.*] Digestæ & per membra ordinatae. Omnia ædificiorum probationes tripartitæ considerantur: id est, fabrili subtilitate, magnificentia, & dispositione. Cum magnificenter opus perfectum aspicitur, dominus impensa laudabitur: cum subtiliter, officinatoris probabitur exactio: cum vero dispositæ & secundum symmetrias, tunc erit gloria architecti. *Sine pretio pretiosæ.*] pretiosam domum sine pretio fuisse dicit, quoniam satis nullo pretio taxari poterat: vel quia ficticia erat, ut pretiosa non tam esset quam videretur. *Diem suum.*] Domus nostræ diem habent & lucem beneficio solis. Hæc vero domus suo proprio splendore luminosa, peculiarem sibi diem, & quasi suum faciebat, ut etiam citra solis lumen lucida foret. Consimile est illud Ambrosij ex quarto Hexameri: *Habet enim & dies suam lucem, quæ præcessor est solis.* Sidon. Diuersorum, inquit, in Aquilonem patescit. Habet diem, non habet solem. *Opes cæteræ.*] Qualis erat domus, talem fuisse suppellectilē, instrumentūm que domesticum significat. Domus enim pro dignitate instruenda est. *Præstante.*] aliciente. *Altrinsecus.*] In altiori domus parte. Horrea autem suspendi, & in editiore domus parte extrui, precipiunt. Suprà diximus, horrea non tam frugum, quam gazæ & opum esse repositoria. *Quod & Iurisconsultus euidenter ostendit,* Tit. de officio præfecti vigilum, his verbis: *In horreis homines pretiosissimam partem fortunarum suarum repnnunt.* *Corporis sui nuda.*] hoc est sine corpore, & (ut Graecè dicitur) somatos, id est incorporea. Hunc autem ~~ædificator~~ intelligi volo, impalpabile, pro ut vulgus intelligit. Namque atomos, id est incorporeum, auctore Origene, dicitur id, quod solidum & palpabile non fuerit. *Prohinc.*] Ideoque. Vide an. *proin*, potius sit legendum, quod vñstatius est. *Nec corporis uratæ.*] Quid si legas, *corpus curatæ*, hoc intellectu: vbi curaueris corpus lauacro & balneis, præstò tibi erunt regales epulæ paratæ. Annotandum est, quod corpus curare hic accipitur, pro lauacro & balneis refouere: alias, curare corpus, est cibo reficere. Seruius, enarrans illud Virgilianum ex 4. Georgicorum, Tum tecta pertunt, tum corpora curat, sic exponit: Sanè curare corpus, si de hominib. dicimus, & cibo & lauacro intelligimus, aut alterutro: si de

apibus, tantum cibos accipimus. Apud Liuium & historicos ferre semper catare corpus ad cibum refertur. Sidonius: Archimagirus, inquit, aduentans, qui tempus instare curandi corpora moneret. Hinc illud quoque memoratissimum: Quid est quod tu habitior sis, quam equus tuus? quoniam, inquit, ego me curo, statius seruus equum meum curat. Cato boves curatores dixit, propinguiores, habitioresque.

*Informes.*] sine forma, inuisibilis,

& incorporeas.

*Diluit.*] resolutus,

tollit. Diluere cri-

mina dicitur ora-

tor in actione fo-

rensi, refutans re-

fellensque obie-

cta. Dilutum vi-

num, aquatum di-

cunt, quasi aquæ

mixtura resolutum,

debilitatumque.

Diluis helleborum,

dixit Persius: dilu-

tum absynthium

Lucretius, in po-

tionem resolutum.

*Semirotondo.*] Hemicyclon signata

videtur, de quo

M. Tul. in Lælio:

Cum sape multa

narraret, tum me-

mini domi in hemi-

cyclo sedente.

Verbum de verbo

expressum est: nā

Latino vocabulo

semirotondum i-

dem est, quod

Græco hemicyc-

lon vocant: est

autem coenatio

*Sensit Psyche diuinæ prouidentia beatitudinem: monitusque voces informes audies, & prius somno, & mox lauacro fatigationem diluit. V isque statim proximo semirotondo, sug gestum propter, instrumentum coenatorum rata referuntur suo commodum, libens accumbit. Et illicò vini neclarei, eduliorumque variorum fercula copiosa, nullo seruiente, sed tantum spiritu quodam impulsa subministrantur. Nec quenquam tamē illa videre poterat, sed verba tantum audiebat excedentia, & solas voces famulas habebat. Post opimas dapes, quodam introcessit, & cantauit inuisus: & alius cithara pulsauit, que videbantur nec ipsa. Tunc modulatae multitudinis conferta vox aures eius affertur: ut, quamvis hominum nemo pareret, chorus tamen esse patet. Finitis voluptatibus, vespera suadente, concedit Psyche cubitum. Iamque prouecta nocte, & clemens quidam sonus aures eius \*accedit. Tunc virginitali sua, pro tanta solitudine metuens, & pauet, & horreficit: & quouis malo plus timet, quod ignorat. Iamque aderat ignobilis maritus: & thorum inscenderat, & uxorem sibi*

sibi Psychem fecerat, & ante lucis extortum properè discesserat: statim voces subiculo præstolatae, nouam nuptiam interfectæ virginitatis curant. Hic diutino tempore sic \* agebant: atque (ut est natura redditum) nouitas per assidua consuetudinem delectionem eius commendarat: & sonus vocis incertæ, solitudinis erat solatium.

effigie circali dimidiati, vnde & nomen. Consimiliter sigma mensa, vel potius cœnaculum est, instar semirotondi & lunatis testudinis, à similitudine literæ Græcæ duto vocabulo. de

quo Epigrammatarius: Septem sigma capit, sex sumus, adde Lepsum. item expressius: A spice lunata scriptum testudine sigma, et si perperam multi legunt signum. Lampridius in Heliogabalos: Sigma, inquit, de croco stravit, cum summos viros vocaret ad prandium. Eadem dictione idem s̄pē vtitur. Quidam hemicyclon accipiunt pro sella, quæ dimidiati circuli formam habet, sed male. Sidonius, Solij capacis hemicyclon ponit: intelligi volens vas balneare fuisse semirotondum instar sphæræ mediæ, & figura orbis dimidiati. Propter. ] propè, iuxta. sic Virg. Lucret. cæteri, hanc particulam usurpat. Cœnatorum. ] Lego, cœnatorum. Nam instrumentum cœnatorum dicimus, quod ad cœnam instruendam est accommodatum: & ita instrumenti cœnatorij appellatione cōtinebitur omnis cœnaticus apparatus. sicut de instrumēto rustico, & instrumēto histriónico, pro apparatu, crebra mentio est. Inuisus. ] non visus, nec spectabilis ulli. M. Tul. in oratione de Aruspicio responsis: Occulta, & maioribus non inuisa solum, etiam inaudita sacra, inexpibili scele-re peruerit. Alias inuisus, odiosus significatur. Fulgentius inuisè dixit, per aduerbiā, pro eo quod vulgo dicitur inuisibiliter. Verba Fulgentij sunt hæc ex Mythologis: Nocte adueniens maritus Veneris, præliis obscurè peractis, ut inuisè vespertinus aduenerat, ita crepusculo etiam incognitus discedebat. Quæ videbatur. ] Iunctim lege, vt sit vnum colon: Quæ videbatur nec ipsa. Est enim sensus, alium cithara pulsasse, quæ & ipsa, sicut citharædus, erat inuisa, minimèque videbatur. Conferta vox. ] Chorum intelligit, de quo Seneca & Macrob. sic referunt: Non vides quām multorum vocibus chorus constet? vñus tamen ex omnibus sonus redditur. Aliqua illic acuta est, aliqua grauis, aliqua media. Accedunt viris fœminæ, interponuntur tibiæ: singulorū illic latent voces, omniū apparēt, fit concentus ex dissonis. Chorum à chara, id est, læticia nominatū esse,

auctoritate Platonica iam docuimus. *Pareret.*] appareret, viseretur. Signare autem videtur dæmonas ministeriales, qui cum sint corpore aërio, minimè conspiciuntur. Ex quo est illud Homerum de Minerua: Soli conspicua est aliorum nemo tuerit. Omnis spiritus, teste Tertulliano, ales est, atque volaticus: ideoque momento ubique sunt: quorum operatio est, hominis euer-sio. *Quod ignorat.*] Ex naturali affectu hoc dictum est: quo sit, ut ignota plus timeamus, etiam si minus metuenda sint. *Ignobilis maritus.*] ignotus, incognitusque. Alias humilis ac sordidus. Nobilem antiqui pro noto ponebant. & quidem per G literam pronunciantes. Actius in Diomedē: Ego me Argos referam: nam hic sum ignobilis. Sicut econtrariò ignobilis pro ignoto accipitur. Plautus in Pseudolo: Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis. Liu.poëta: Ornatus incedunt gnomili ignobiles. *In ende-rat.*] Corrigere inscenderat. significat enim, maritum ascendisse in thorum geniale in: sic enim dicitur lectus nuptialis. *Vxor m fece-rat.*] honesto velamento indicat, Cupidinem cum Psyche concubuisse, tanquam non solus consensus faciat nuptias, sed & concubitus. *Voces.*] quæ famularum ministerio fungebantur: quod totum, ut diximus, ad operationem dæmonum videtur referendum. *Præstolatae.*] præstò astantes, apparentes, obsequibiles. Præstò lari enim modò significat præstò esse, iungiturque cum dativo: alias expectare, & tunc exigit accusativum. *Redditum.*] comparatum, institutumque naturali affectione. *Solitudinis solatum.*] quia scilicet voces illæ supplebant vocem contubernialium.

*Indefesso.*] in ex-hausto, nec unquam desinente. *Consenescabant.*] Itidem Plautus: macesco, consenescō, tabesco miser. Senium quoque antiqui pro tristitia & mœrore & luctu ponebant. M. Tullius: Ciuitas senio con-fecta est. *Affas-sum.*] colloquium atque cōgressum. *Infis.*] loquitur.

Interea parentes eius indefesso lu-  
ctu atque mœrore consenescabant. La-  
tiusque porrecta fama, sorores illæ ma-  
iores cuncta cognorant: properaque mœ-  
stæ atque lugubres, deserto Lare, cer-  
tati ad parentum suorum conspectum  
affatumque perrexerant. Ea nocte ad  
suam Psychen sic infit maritus (nam-  
que preter oculos, & manibus & au-  
ribus sentiebatur:) Psyche dulcissima,  
& chara vxor, exitiabile tibi pericu-  
lum minatur Fortuna senior: quod ob-  
seruandum pressiore cautela censeo.  
Soro-

Sorores iam tuæ mortis opinione turbata, tuumque vestigium requirentes, scopulum istum protinus adiere. Quarum si quas fortè lamentationes acceperis, neque respondeas, immo nec prospicias omnino. Ceterum mibi quidem grauisissimum dolorem, tibi vero summum creabis exitium. Annuit, & ex arbitrio mariti se facturam spopondit. Sed eo simul cum nocte dilapo, die totu lacrymis ac plangoribus misella consumit: se nunc maximè prorsus perisse iterans, quæ beati carceris custodia septa, & humanae conuersationis colloquio viduata, ne sororibus quidem suis de se mœrentib. opem salutarem ferre, ac ne videre eas quidem omnino posset. Nec lauacro, nec cibo, nec ulla denique refectione recreata, flens ubertim, decessit ad somnum. Nec mora, cum paulo maturius lelum maritus accubans, eamque etiam nunc lacrymantem cōplexus, sic expostulat: Hiccine mihi pollicebare Psyche mea? Quid iam de te tuus maritus expecto? quid spero? Et perdia, & pernox, nec inter amplexus coniugales desinis cruciatus. Age ianunc ut voles, & animo tuo damnoſa poscenti pareto: tamē memineris mea & seriæ monitionis, cum cœperis serò pœnitere. Tunc illa precibus, dum se morituram comminatur, extorquet à marito, cupitis annuat: ut sorores videat, luctus mulcat, ora conferat. Sic ille nouæ nuptæ precibus veniam tri-

Præter oculos.] Sentiebatur enim tantum corporali, sed oculis minimè poterat videri. Adiere.] Legendum est, aderunt. Cum nocte dilapo.] Euolauit Cupido, cum nox iam finiretur. Dicimus eleganter, surgo cum sole, id est hora matutina: dilabor cum nocte, id est, abscedente nocte & ipse abscedo. Beati carceris.] Beatum carcerem appellat domicilium illud luculentum & amoenum, sed quo tamē perinde ut carcere inclusa contineretur. Itidem Statius de psittaci cauea loquens inquit: Vacat ille beatus Carcer, & angusti nusquam conuicia recti. Ego carcerem beatum & honoratum appellare soleo, mansionem magistratum bimestriū in palatio: unde de die egredi non da-

tur, nisi pompa  
liter egrediantur.  
*Vbertim.* } abunde  
& largè. Catullus:  
Vbertim thalami  
quas intra limina  
fundunt. *Refectio-*  
*ne.* } Inter refectiones corporis optima  
est cibus &  
balneum. *Expostu-*  
*lat.* } accusat, &  
queritur. Nam  
expostulare, ut do-  
cet Donatus, est  
querelam apud  
eum ipsum depo-  
nere, de eo ipso  
qui fecit iniuriā:  
postulare autem,  
querelam dicere  
de altero apud al-  
terum. Terent. Ut  
cum eo hanc in-  
iuriam expositu-  
lem. *Hiccine.* }  
hæccine, taliāne.  
*Et perfida.* } Cor-  
rige, perdia. Per-  
dius enim, perdia,  
perdium, dicitur  
per totum diem pertinax & permanens, sicut pernox, per totam  
noctem perseverans: vnde & luna pernox in plenilunio dicta est,  
tota nocte collucens. A. Gellius in secundo: Socrates, inquit, per-  
dius & pernox hisdem in vestigiis stabat. Nunc Psyche accusatur  
a marito, quod dies totos noctesque lacrymis cruciatibusque  
consumat. *Dannosa poscenti.* ] Permissio est, cum occulta inhibi-  
tione. Nam poscit Psyche congressum sororum & praesentiam:  
qua res illi damnosa futura est. Serò pœnitere. ] Seræ pœnitentiae  
comes est dolor & lacrymæ, cum nulla præstò est medela. Qui  
Occasionem pingunt, illi comitem iungunt Metamœam: hoc  
est, pœnitentiam, quæ Dea est, facti & non facti pœnas exigens.  
Cupitis

*Cupitis annuat.*] impetrat à marito, ut desideriis suis & petitionibus assentiatur. Cupita enim, quæ cupimus, dicuntur. *Nouæ nupæ.*] Psyches. Identidem.] frequenter. *Fortunarum sugesta.*] diuinitatum bonorumque fastigio & culmine. *Effictum.*] Legendum est, effictum: quod aduerbum est, significans vehementer & enixe. *Simili rectura.*] Facito, inquit, ut Zephyrus, quemadmodum huc me vexit molliter leniterque, sic & sorores quoque meas parili vegetatione huc deportet. *Sistat.*] exhibeat, collocetque. *Oscula suatoria*] Exornatio est, quæ Latinè Compar dicitur, Græcè Isocolon. Inibi quoque est homœoteleutō, id est, similiter desinens: qua exornatione similes exitus sunt, similisque structura. *Cohibentia.*] quasi vinculo nexique alligantia. *Hic etiam blanditus.*] Aliás, hinc etiam blanditiis. *Tuæ Psyches dulcis anima.*] Allusio est ad Psyches nomen, quo anima significatur: quasi anima amicæ maritus sit. Plautinus amator inquit: *Anima est amica amanti.*

*At illæ sorores percontatae, scopulum locumque illum, quo fuerat Psyche deserta, festinantes adueniunt: ibique deflebant oculos, & plangebant ubera: quoad crebris earum eiulatibus saxa cautesque parilem sonum resultarent. Iamque nomine proprio sororem miseram ciebant: quoad sono penetrabili vocis vulnabilis per prona delapsæ, amens & trepida Psyche procurrit è domo.* ¶ *Quid ( inquit ) vos miseris lamentationibus nequicquam affligitis? Quam lugetis, adsum. Lugubres voces desinete, & diutinis lacrymis madentes genas siccate tandem: quippe, cum iam possitis, quam plangebatis, amplecti. Tunc vocatum Zephyrum, precepti maritalis admonet. Nec mora, cum ille parens imperio, statim clementissimis flatibus innoxia vectura deportat illas. Iam mutuis amplexibus, & festinanti-*

*Deslebant oculos.*] longo largo que fletu & vberitate lacrymatum oculos foedabant, & quasi perdebant. *Plangebant.*] palmis tundebat. plangere enim, persecutere est: & planctus, ipsa percussio. *Silius; Liuentia planctu Brachia.* Ouid. *Plangebant corpore terram.* *Eiulatibus.*] lamentationibus & foemineo vulnalu, quod lessum veteres dixerunt. Hinc lex illa 12. *Tabularum, Mulieres ne lessum funeris ergo habento.* Quæ vox significat, ne  
Cc j

mulieres lugubrem eiulatiōnem lamentatiōnēmque in funere habeant. Super qua re iam satis ac super. *Parilem sonum resultarent.*] Echo, quam Au-sonius scitissimè dixit aëris & linguae filiam, resultat, redditque vo-ces reciprocas in-ter eautes & mon-tium flexus, in concauis vallium sinibus, ubi aér scinditur, in aqua-liter resultat. O-lympiæ arte mi-

rabili fuit porticus quedam, heptaphonon appellant, quia septies eadem vox redditur. Cyzici quoque sunt turres septem, quæ ac-ceptas voces numerosiore repercussu multiplicabant: nomén-que huic miraculo Echo est à Græcis datum. Ηχη enim Græcè resono dicitur, & Ηχη sonus. Fabulantur, Echo amore & deli-cias rurestris Panos esse: quod mystico intellectu significat, har-moniam cœli, quæ soli amica est, quasi omnium sphærarum de quibus nascitur moderatori. Pana autem solem esse, prudentio-nes intelligunt. Alexander Aphrodiseus ideo Echo à Pane ada-matam fingi interpretatur, quoniam Pan pastor quidem fuit, qui primus Echūs rationem causāmque vestigauit, sicut Endy-mion lunæ. Vnde eius amore captus, fama traditur. *Ciebant.*] In-uocabant, clamabantque. Cit, Plinio verbum est, pro mouet, euo-catque. *Penetrabilis.*] Autumat Seruius, penetrabile dici, quod pe-netratur, penetrare vero, id quod penetrat: quæ differentia an-tis proba sit, non discutio. Eruditi ferè omnes penetrabile id di-cunt, quod penetrat, ut penetrabile telum, & penetrabilis sonus. Virg. Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum. Horat. quoque prosaica (quæ necessitate metrica soluta est, & libera) penetrabile manuult dicere, quam penetrale: cùm penetralia di-gantur loca interiora, penitioraque in ædibus. *Genus.*] Signifi-canter

cancer locutus est: nam genæ lacrymis propriè madent, quæ sunt oculorum tegumenta. Insecta non habent genas, de quibus aliubi suo loco satis multa. *Innoxia vellera.*] Zephyrus ci- tra noxam illam & periculum vexit sorores ad Psychen. *Festi- nantibus sauiis.*] *ἀνύπατε* & impropriè. nam savia sunt libidinum, vel amorum: sicut oscula officiorum, basia pudicorum affe- ctuum. Suauari est, impudico basio & Yenerio exosculari. Dimi- nutium sauij est, sauiolum. Catullus, Sauiolum tristi tristius hel- leboro. *Sedata.*] cohibitæ, retentæque. *Postliminio.*] postea, & ex interuallo posteriore quadam reuersione. De postliminio suprà copiosissimè. *Prolectante gaudio.*] Iuxta illud, Lacrymo præ gau- dio: sc̄, vt inquit Seneca, an habet lacrymas magna voluptas. *Tectum succedite.*] per datiuum à Virg. dictum est: Quare agite & tectis iuuenes succedite nostris. *Animas cum Psyche.*] Tanquam animæ ab anima foueantur, & recreentur. *Locumque.*] Subscribe verbum, Ostendit, ne trunca & defectu verbi claudicans oratio- nis structura sit. *Auribus.*] Hoc ideo dicit, quia voces famulaban- tur, quæ oculis minimè visibles, auribus tantum sentiebantur. *Inhumana.*] non humanæ, ac per hoc diuinæ cœlestisque mensæ. Aliàs inhumanaus, crudelis dicitur, & inamabilis. *Lanticys.*] Lau- ticiam dicunt epularum magnificentiam & apparatum, vt s̄æpe diximus. *Nutrirent inuidiam.*] Inuidia nutriti dicitur præcordiis hominum, quando in dies, immò in horas, vel potius in momē ta gliscit atque exuberat, & quasi ex alimonia incrementum ca- pit. *Curiosè percunctari.*] Ex sententia catholica est illud: Nemo curiosus, qui non sit maleuolus.

*Nec tamen Psyche coniugale illud præceptum ullo pacto temerat, vel pecto- ris arcanis exigit: sed è re nata confin- git, esse iuuenem quendam, & specio- sum, commodum \* lanostim barbitio ge- nas inumbrantem, plerumque rurestri- bus & montanis venatibus occupatum. Et, ne qua sermonis præcedentis labe consilium tacitum proderetur, auro fa- ëto, gemmosis que monilibus onusfas eas, statim vocato Zephyro tradit reportan- das. Quo protinus perpetrato, sorores*

*Coniugale præ- ceptum.*] Mandatum mariti erat, ne de forma coniugis querere vel- let. *Exigit.*] ex- pellit, eiicitque. *E re nata.*] ex oc- casione, & rei o- blatae consilio. *Commодum.*] iam- iam, runc tunc pu- bescensem. *Lano- stim.*] Emendo, la- nofo: vt iunctim. *Gc ij*

legas, lanoso barbitio: hoc intellectu, quod erat iuuenis prima barbae lanugine & flore genas vestiens: id enim lanosum barbitium significat. Alibi barbitium quoque pro barba decenter usurpat: Hircino, inquit, barbitio philosophum mentiebatur. Rurestribus.] rusticis & agrestibus. Auro facta.] Aurum & argentum factum id dicimus, quod non in massa, non in lamina, non in signato, non in suppellectili, non in mundo, neque in ornamentis sit. Si factum aurum legatum est, omne ad eum pertinet cui legatum est, ex quo auro aliquid est effectu, siue id sua, siue alterius visionis causa paratum esset, veluti vasa aurea, emblemata, signa, aurum muliebre, & cetera, quae his rebus sunt similia. Sed si infectu aurum legatum est, quod eius ita factu est, ut eo ad rem ad quam comparatum est, non possit

vii

egregias domum redeentes, iamque gliscantis inuidiae felle flagrantes, multa secum sermonibus mutuis perstrebat. Sic denique infit altera: En orba & saua & iniqua Fortuna, hiccine tibi complacuit, ut utroque parente prognatae, diuersam sortem sustineremus? & nos quidem, que natu maiores sumus, maritis aduenis ancillae deditae, extores & Lare & ipsa patria degamus, longe parentum velut exulantes: hanc autem nouissima, quam foetu satiante postremus partus effudit, tantis opibus & Deo marito potita, que nec uti recte tanta honorum copia nouit? Vidisti, soror, quanta in domo iacent, & qualia monilia, que primitent uestes, que splendicant gemmae, quantum praterea passim calcatur aurum. Quod si maritum etiam tam formosum tenet ut affirmat, nulla nunc in orbe toto fælicior viuit. Fortassis tamen procedente consuetudine, & affectione roborata, Deam quoque illam Deus maritus efficiet. Sic est hercules: sic se gerebat, ferebatque. Iam iam sursum respicit, & Deam spirat mulier, que voces ancillas habet, & ventis ipsis imperat. At ego misera, primum patre meo seniorem maritum sortita sum: dein cucurbita\* caluorem, & quoniam puero pumiliorem, cuncta domum seris & catenis obditam custodientem.

vt sine refectione, quodque ab eo patre familiâs infecti numero fuerat, id videtur legatum esse: auctor Vlpian. De auto facto infecto que meminit poëta illo versu: Sunt auri pondera facti Infectique. Ser. ita existimat, aurum vel argentum factum id videri, quo commodè vt possimus. *Gemmatis.*] plenis, ex gemmisque contextis. Gemmosum monile, quasi totum è gemmis dici videtur: gemmatum verò, gemmis distinctum, ornatumque. *Egregie.*] Ironicôs. *Gliscantis.*] crescentis. gliscere enim, increscere est. Silius: Gliscit Eliseo violentior ira tyranno. Hinc glires dicti sunt, qui somno gliscunt, & pingues efficiuntur. Glisceras antiqui nominauerunt mensas lautas & opiparas, quasi gliscentes, id est crescentes per iostuctionem epularum. *Felle.*] Ouid. in descriptions Inuidiæ sic inquit: Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno. *Orba.*] Fortunam cæcam exoculatamque fingi nullus ignorat. Aristot. in Problematis, diuitias refert ab hominibus prauis potiusquam bonis haberi, ob fortunam cæcam, quæ discernere quod melius est non potest. Pacuvius: Cæcā, inquit, fortunam ob eam rem esse volunt, quia nil cernat quod sese applicet. Græcè dicitur τύχη τυφλὴ κακοφύτης, tanquam non solum cæca, sed etiam surda sit: quæ (ut scriptum legimus in tabula Cebetis) in lapide quodam rotundo consistit, propterea quod incerta atque instabili sunt illi munera. Qui à fortuna subleuantur, hi αγεθλωτύχιοι, id est, bonam fortunam nuncupant: ab illis verò qui pessum deiiciuntur, τύχη κακη, id est mala fortuna nominatur. *Hoccine.*] hoc ne. *Vtroque parente.*] hisdem parentibus & natalibus pares, sorte dispares sumus. *Natu maiores.*] Priuilegium quasi quoddam & prærogativa primogenituræ est, ut utrū verbo Ecclesiastico rum, ut maior natu & primogenitus minorib. natu honoratior sit. Hinc in Canonicis scripturis scriptum legimus, quemadmodum Esau vendidit fratri Jacob primogenita, & primatum. Apud viuersos homines, teste Herodoto, institutum est, ut maximus natu liberorum obtineat principatum: sed interdum plus potest pollētque vis, quam ius. *Ancillæ dedita.*] Indignatio est mulieribus, quod non vxorum loco, sed quasi ancillarum sint apud maritos: cum in maritali coniugio iucundissima viræ societas iniri debeat: & ut Xenophon, & mox Cicer. non inutiliter differuerunt, & à Columella repetitum est, nihil in domo coniugali apud priscos diuiduum conspiciebatur, nihil quod aut maritus aut fœmina propriè iuris sui esse diceret: sed in commune conspirabatur ab utroque. & ferè domesticus labor fuit matronalis, cum forensibus exercitationibus, ut extraneis ma-

titus destinaretur. Auctor est Plutarch. in Problematis, ex veteri Romanorum instituto vxores maritis nec molere, nec coquiniam facere oportere: quæ ministeria ancillaria prorsus sunt, & seruilia Non parum multi sunt, qui vxores habent non ut uxores, sed ut ancillas: qui imperiosissimos dominos agunt, non maritos. Vnde sit saepe, ut omnis amor coniugalis in odium exitiale vertatur. Societas viri & vxoris, ut auctor est Aristot. in 8. Ethicorum, similis est aristocratico imperio: vir enim imperat uxori pro dignitate. Apud Barbaros, ut idem refert in primo Politicorum, foemina & seruus eodem gradu habentur. Caput mulieris est vir: & existimare debet vir, mores mariti esse legem vitæ suæ, impositam à Deo per coniunctionem matrimonij. Præterea, ut in Oeconomicis traditum est, oportet matrem familiâs dominari omnibus, quæ intra domum sunt: nec viro decorum videtur esse, ea scire quæ intra ædes fiant. *Extorres.* Extra genitale solum amandatae, & quasi exules. *Longè parentum.* Procul à parentibus. *Postremus partus.* Conquestio est, quod Psyche cum sit nouissima, & postremo fœtu progenita, beator sit sororibus primigeniis. Eruditi autem deroiores esse fœtus, qui nascuntur nouissimi. Ad quod Virgilius illud grammatici referunt: Extremam, ut perhibent, Ceo Enceladōque sororem Progenuit. Vbi extremam exposuit Servius, pro pessimam: tanquam pessimi sint ultimo loco geniti. *Quanta.* Job magnitudinem, & pondus. *Qualia.* Job materię precium. *Splendicant.* Splendent, & radiant. *Affectione raborata.* Consuetudo, ut inquit Lucret. concinnat amorem: ex consuetudine affectio coniugalis raboratur: amor præsentia gliscit, absentia fit euanidus. *Lælius apud Ciceronem:* Auxit, inquit, breneuolentiam consuetudo. & à Propertio decenter dictum est: Crescit enim assidue spectando cura puellæ: *Quantum oculis,* animo tam procul ibit amor. *Sursum re.* Diuina meditatur, & ad ecclesiastia mentem vertit. *Deam spirat.* Diuinos spiritus, & ferociam Deæ congruentem præ se fert. sic Silius: Et fratrem spirat in armis. *Seniorem maritum.* Et nupta & vidua est quæ nubit seni, ut inquit scitissime Plautus. *Cucurbita caluorem.* Fulgentius Placiades hunc ex Apulejo locum citans, legit, cucurbita glabriorem, & quo quis puero pumiliorem: quæ sane lectio nitidior est, ut exponas glabriorem, pro depilatiorem, cutisque nitidioris: glabrum enim depilatum dicimus, & leuem. Tales sunt senes, calui scilicet, & omni capillitio depopulati. Instar cucurbitarum, quæ ( ut nemo non videt ) glabrae sunt, & leuore polituraque lubrica. *Plautus in Aulularia:* Tu gallum, si sapis,

si sapis, glabriorem reddes, quām volsus lūdus est. Glabreta Cōlumellæ dicuntur loca denudata arboribus, & herbis viduata. Glabrescere est glabrum fieri. idem Columella. Herbæ etiam ungulis atteruntur, atque ita glabrescit & fit idonea frumentis area. Quadrupedum, vt inquit Plin. dorsa pilosa sunt, ventres glabri. Pumiliorem. ] molliorem atque eneruationem: pumilos enim dicunt, auctore Placiade, molles atque enerues. Alias pumilos, qui & pumiliones, dici paruulos, coacteque breuitatis, nullus ignorat: quos vulgo, Graeco tamen vocabulo, nanos vocant. Memorat Plin. pumilionum genus in omnibus animalibus esse atque etiam inter volucres. Idem auctor est, pumilionum infelicitatem in arborum quoque genere dici. Quicunque horoscopum habuerint in 3. parte scorpii, erunt natura gibbosí, ridiculi. Seris & catenis. ] In hanc sententiam est illud Satyrographi: Pone seram, cohibe. Nam zelotyporum & seniorum ferè hic mos est, vt seris obdant fores, & pessulis, catenisque cuncta diligenter occludant: cùm tamen impudica seruari non possit, pudica non debeat. Ignorant videlicet miseri mariti, Iouem per impluviū descendisse ad Danaēm, quam pater incluserat intra turrim æneam, vallaueratque sepimento inexpugnabili. Obditam. ] Occlusam, obseptamque. Obdere, opponere est, operire, occludere. Apud Horat. Latus obdit apertum, dictum est pro obiicit, & offert.

Suscipit alia: Ego vero maritum articulare etiam morbo complicatum, curuatumque ac per hoc rariissime venerem meam recolentem sustineo, plerunque detortos & duratos in lapidem digitos eius perfricans, fomentis olidis, & panis folidis, & foetidis cataplasmati manus tam delicatas istas adurens, nec uxoris officiosam faciem, sed \* modice laboriosam personam sustinens. Et tu quidem soror\* vides quam patienti, vel potius seruili (dicam enim liberè quod sentio) hic perferas animo: enim uero ego neque sustinere ulterius, tam beatam fortunam collapsam indignè. Recor-

*Articulari morbo.* ] Senes imbelles, ægroti, sunt inamabiles vxoribus, iniucundi: ut potè qui parùm diligenter fundum vxorium collere possint. Quo in numero in primis sunt podagrici, & articulare morbo complicati: quibus ex præscripto medicorum Venere interdictur. Scribit Cornel. Cels. quosdam

articulorum morbo laborantes, cum toto anno à vino, mulso, Venere sibi temperassent, securitatem totius vita consequutos. Vitia autem articulorum in manibus pedibusque frequentiora largioraque sunt, quam in podagratis, chiragrisque esse consueverunt. Ennius poëta articulari morbo perit, ut Eusebius chronographus docet: de quo Quintus Serenus sic memorat; Ennius ipse pater dum pocula siccat iniqua, Hoc vitio tales fertur meruisse dolores. Plin. rerum omnium, & peculiariter medi cinæ curiosus, condidit opusculum de Medicina: in quo docet, betam ex melle & ficu impositam morbis articularibus mederi: item folia vitium trita, admixtâque farinæ hordeaceæ. Cura-

dare enim quam superbe, quam arroganter nobiscū egerit, & ipsa iactatione immodece ostentationis, tuimentem suum prodiderit animum: deque tantis diutius exigua nobis in vita proiecerit: confessimque præsentia nostra granata, propelli, & efflari, exhibilarique nos iusserrit. Nec sum mulier, nec omnino spiro, nisi eam pessum de tantis opibus diecero. Ac si tibi etiam, ut par est, inacuit nostra contumelia, consiliū validum ambae requiramus. Iamque ista quæ fecimus, non parentibus nostris, ac nec ulli demonstremus alijs: immo nec omnino quicquam de eius salute norimus. Sat est, quod ipsæ vidimus, quæ vidisse paenituit, nedū ut genitoribus & omnibus populis tam beatum eius differamus præconiū. Nec sunt enim beati, quoru diuinitas nemo nouit.\* Sciat se non ancillas, sed sorores habere maiores. Et nūc quidem concedamus ad maritos: & Lares pauperes nostros sed planè sobrios, reuissamus: denique cogitationibus pressioribus instructæ, ad superbiam puniendā firmiores redeamus. Placet pro bono duabus malis malū consiliū: totisque illis tā pretiosis muneribus absconditis, comā trahentes, & perinde ut merebantur, ora lacerates, simulatos redintegrat fletus. Ac sic parentes quoque, redulcerato prorsus dolore, raptim deterrētes, vesania tureida, domus suas cōtendunt: dolū scelestū, immo vero parricidium, struen-

*struentes contra sororem insontem.* sum. ] distortum  
& vi morbi incut

uum factum. *Duratos in lapidem digitos.* ] ob id chiragra lapidosa non minùs verè, quām decenter nuncupatur. Persius : Sed cum lapidosa chiragra Fregerit articulos. *Fomentis olidis.* ] Inter fomen ta podagræ fœtida est simus pauorum, qui ( vt refert Hier. in 2. contra Iouinianum) podagræ feruorem mitigat. Podagræ quoque medetur lapago herba asperi succi, grauis odoris : quæ & mollugo vocatur. Præcipue verò phycos thalassion, id est, fucus marinus, non podagræ modò, sed omnibus articulorum morbis imponitur, priusquām arefiat. Tradit Plin. in libr. medicinæ, bululum simum cum aceti fœce, & simi caprini cinerem cum axun gia vetere, podagræ auxiliati. auctor est Celsus. Forinentis calidis opus esse, vbi podagræ dolor vehemens vrget, citra tumorem. Scribit Galenus, se curasse podagricos sanguinis missione, hoc est phebotomia. Plin. noster podagræ morbum peregrinum esse tradit, qui insanabilis non est credendus: quippe quoniam in multis & sponte desinit, & in pluribus cœratae sunt podagræ frigidæ, quæ fomentis calidis curantur. sunt rubentes, id est calidæ, quas refrigeratotia medicamenta demitigant. In hanc sententiam consimiliter ait Sidonius Apollinaris: Taceo, inquit, chiragricas manus vincetas cataplasmatum pannis, tanquam cestibus involutas. Vigesima octaua Aquatij parte quicunque habuerit horoscopum, auctore Materno, podagricus erit. Fœminas neque caluescere, neque podagricas fieri, scribit Hippoc. in Aphorismis. Quod tamen in quibusdam secùs contingere solet, ex luxu & intemperantia. Idque Seneca castigatione censoria taxat in fœminis. *Fœtidū cataplasmatis.* ] Cataplisma dicitur emplastrum. Hoc enim genere malagmata, pastilli, quos trochiscos Græci vo cant, continentur : de quorum doctrina subtiliter differit Cor. Celsus in 5. qui in quarto, imponendum cataplisma præcipit articulibus morbis, quod refrigeret. Hæc autem cataplasmata bono epitheto fœtida dicuntur, cùm sint omnia ferè talia, fœtuna & graueolentia. Meritoque dixit Hippoc. in lib. de flatibus, medicinam autem esse sordidam, cùm medicus res fœdas fœtidasque tractare cogatur. Refert Plinius pluribus malagmatibus eos uti, qui podagræ malo laborant. *Vxoris faciem.* ] Quæ nupta est, vt inquit Apostolus in epistola ad Corinthios, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. *Videris.* ] Accentu acuto prima syllaba pronuntiatur, vt videris exponas pro videbis: quæ locutio apud eruditiores est frequētissima. Sicut in Euāgelio quoq; legi debet: *Quid ad nos, tu videris.* *Quod male literati sacerdotes,*

Latinitatis prorsus ignari, in quorum labris solœcismi barbaris-  
mīq; scaturiūt, perperā enunciant media producta, in propatulo  
in ecclesia racitantes. Quos ego dū tā putidē, tām q; barbariē frin-  
gutientes inaudio, mecum dicere soleo, Tu vidēris, scilicet bestia  
& insensatis. Verū sicut in Decretis canoniciis commoneimur,  
& ab Augustino præcipitur, in sacerdote malle debemus verio-  
res, quam disertiores audire sermones : nec antistites irridere, si  
aliquos fortè animaduertimus vel cum barbaris nisi vel solœ-  
cismis Deum inuocare, vel eadem verba quæ pronunciant non  
intelligere, pertubatēque distinguere. *Hic*] Hęc, locutione Apu-  
leio propè peculiari. *Collapsam indignę.*] Tanquam ad Psychem  
tanta felicitas accesserit im̄merentem, indignāmque fortunā  
bonis. *Afflari, exibilarique.*] Quia à Zephyro vento reportatae  
sunt, amandataeque, idèo ait decenter & nitidē sese afflari, exi-  
bilarique iussas, quasi flatu venti & sibilo asportari. Sine flatu  
enī & sonore, quod Græci φθύγομαι vocant, venti non spirant.  
Alias afflare est, animam instar flatus exhalare : & sibilare, sibi-  
lis explodere, & insectari : nam sicut boni plausu! excipie-  
bantur, ita mali exibilabantur. Hinc illud Horatianum, Populus  
me exibilat, at mihi plaudo Ipse domi. Quod nos dicimus sibi-  
lare, veteres sifilare dicebant : cuius verbi maledica significatio  
est, & contumeliosa. inde sifilatores dicti, qui sibilis explodunt.  
*Nec sum mulierum.*] Mulierum est proprium inuidere, irasci, fure-  
re, vltionem parare : iuxta illud, Vindicta nemo magis gaudet  
quām scemina. *Pessum deiecero.*] pessum dedero, deieceroque in  
præcipitum. Lucan. Sidentia pessum Corpora. Inactuit, pupugit, ex-  
citauit indignationem. *Quæ vidisse paenituit.*] Mos est inuidorū,  
vt alienis bonis tabescant, & ex alienā felicitatis inspectio-  
ne macerentur, iuxta illud Horatianum, Inuidus alterius ma-  
crescit rebus opimis. Quid. de inuidia, Intabescitque videndo  
Successus hominum. *Differamus preconium.*] inuulgamus, publi-  
cemusque: differre enim diuulgare est, diffamare. Plaut. Ego hic  
te pipulo differam. Vbi pipulum accipitur pro conuicio, declina-  
tum à pipatu pullorum. *Non sunt bea.*] Sententia ex opinione vul-  
gi ducta est, existimantis diuinitarum fructum esse splendorem  
& noticiam. Sic Seneca: Diuitiae neque ostentandas sunt, neque  
diffimulandas : quoniam iactare diuitias infruniti animi est, abs-  
cōdere timidi. Diuitię apud sapientē virū in seruitute sunt, apud  
stultum in imperio. Felicitas illorum bracteata, personata, sup-  
parata decentissimè dicitur, qui vulgò & forinsecus diuites vi-  
dentur, cùm sibi & intrinsecus pauperes sint. Beatitas hominis  
non in opinione vulgi sita est, sed in ipso : multi tamen ad  
opī-

opinionem vulgi viuentes, ostentant iactantq; diuitias, ut ex illis vulgo notis beati videantur. Hinc est, quod preciosam vstem nemo fermè induit domi, quam nullus sit inspecturus. Non ancillas.] Inuidiose dictum, tanquam ancillarum loco, non sororum habitæ essent apud Psychen. *Lares pauperes.*] domicilia nostra: quæ si ædibus Psyches comparentur, sint oppidò pauperes. *Duadus malu malum consilium.*] Sicut duo boni uno meliores sunt, quod & Aristot. refert in tertio Politicorum, ita duo mali, & potissimum foeminæ, peiores uno sunt, efficaciorésque ad malum consilium obeundum. Non caret effectu, quod volueret duæ. Hercules ille robustissimus, non valuit pugnare similiter aduersus duos, hydram scilicet & cancrum: à quibus cùm angerentur, Iolai nepotis sui implorauit auxilium: cuius rei meminuit Plato in Euthydem. Proverbium quoque apud Græcos est frequens *εοι ηεκανε τεχες διο:* id est, Neque Hercules contra duos super quo ita fabulantur: Herculem, cùm Olympicum agonem instituisset, fidem propriis viribus, aduersus duos depugnasse, victumque esse: fuerunt autem illis nomina Laius & Pherandrus, quos quidam Creatum & Eurytum vocant. Duæ ergo malæ foeminæ, malis consiliis instructæ, accinguntur ad sororem Psychen pessum deiciendam, & extantis fortunis eliminandam. *Et merebantur ora.*] ut viderentur ex affectu sororio pietatem colete. Sed ex improbitate genuina merebantur esse ore lacerato, & facie discepta. *Redulcerato dolore.*] renouato, metaphorâ ab vlcere quod obductum rescinditur, & nouo quasi vlcere recrudescit.

*Interea Psychen maritus ille, quem nescit, rursum suis illis nocturnis sermonibus sic commonet: Vidēne quantum tibi periculum velitatur Fortuna eminus? Ac nisi longè firmiter præcaues, mox cominus congredietur. Perfidæ lupula magnis conatibus nefarias insidias tibi comparant: quarum summa est, ut te suadeant meos explorare vultus: quos, ut tibi sepe prædicti, non videbis, si videris. Ergo igitur, si posthac pessima illæ Lamæ noxijs animis armatae venerint, (veniet autem scio) neque*

*Quem nescit.]* Ideò Psyche mari- tum nescire dic- tur, quia formam eius oculis non v- surpat, sed tactu tantum sentit. *Ve- litatur.*] obiectat, & in te iaculatur: ab exemplo veli- taris pugnæ trans- latum verbum. Vnde & velitatio dicta, conten- tio, & vltro ci- trisque probro- rum obiectatio.

Plaut. Nescio quid  
velitati estis inter  
vos. Turpilius:  
Comparce verbis  
velitare, ad rem  
redi. De velitibus,  
qui sunt milites  
leuis armaturæ:  
vnde velitari &  
velitatio inclinan-  
tur. Veget. Liu. Sa-  
bellic. cæteri. Ab  
Ouid. dictum est:  
Nondum calefa-  
ctu velitis hasta  
solum. Velitares  
hastas primus Tyr-  
thenus inuenit.  
*Eminis.*] procul.  
*Cominus.*] propè.  
*Perfidè lupula.*] A-  
lupa per diminu-  
tionem dicitur.  
Nomen est pro-  
brosum, in soro-

omnino sermonem conferas: & si id to-  
lerare pro genuina simplicitate, proque  
animi tui teneritudine non potueris, cer-  
tè de marito nil quicquam vel audias,  
vel respondeas. Nam & familiam no-  
stram iam propagabimus, & hic adhuc  
infantulus uteru gestat nobis infantem  
alium, si texeris nostra secreta silentio,  
diuinum, si prophanaueris,\* mortalem  
nuntio. Psyche florebat, & diuina so-  
bolis solatio plaudebatur, & futuri pigno-  
ris gloria gestiebat, & materni nominis  
dignitate gaudebat. Crescentes dies, &  
menses exenteis anxia numerat: &  
sarcina nescia rudimenta miratur, de-  
breui punctulo tantum incrementulum  
locupletis uteri. Sed iam pestes illæ, te-  
terrimeque furie anhelantes vipereum  
virus, & festinantes, impia celeritate na-  
uigabant.

ribus Psyche. Non videbis si videris.] Psyche si maritum vidisset,  
illumi amplius visura non erat: & quod mirum est, illo tantisper  
frui poterat, donec non videret: cum videre coepisset, vsu priuaba-  
tur. *Lamiae.*] infames probrosæque sorores. De significatu Lamia-  
rum, in primo commentario fusiis uberioriisque perscripti. *Genu-  
na.*] insita & ingenita. Ouid. Tantaque simplicitas puerilibus af-  
fuit annis. A. Gel. fabulam Plauti genuinam vocat, quam intelli-  
gi vult maxime Plautinam, & ab ipso Plauto quasi generatam.  
*Infantulus uteru.*] Vterum Psyches appellat infantulum, ob an-  
nos puellares, & ætatem pend infantilem. Sed texeris.] Lege, si re-  
xeris. *Diuinum.*] Hic distinguendum est, vt sit sensus: Psychen con-  
cepisse in utero infatæ, qui diuinus futurus est, si secreta Cupidinis  
silencio religioso considererit: mortalis vero, si arcana inuulgauerit,  
detexerit. Hoe enim significat prophanaare, quasi polluere ceri-  
monias secreta, & inter prophanos enarrare. *Diuinae sobolis.*] Ta-  
quamparitura esset immortalem, & Deum. Gestiebat.] latabatur:  
alias cupiebat. Gestire enim modò cupere, modò lätum esse.

Exornatio rhetorica est, quæ Latinæ Compar dicitur, Græcè Iso-  
colon. Sarcinæ. } prægnationis, & concepti foetus. Pnnctulo. } Reim  
obscenam operculo decenti conuelauit. Nam sicut iectu serpentis extuberatum sit corpus, sic vulnusculo & punctione genitium uterū fœminæ intumescit, & locuples sit, ac fœcundus ex conceptu. Pestes illæ. } sorores Psyches: quas condigne & pestes & viperas vocat: cùm nihil pestilentius, nihil venenatus esse possit,  
fœminis in sororem furentibus, & exitium sorori meditantibus.  
Teterrime } crudelissimæ, impiissimæque.

Tunc sic iterum momentarius matutus suam Psychen admonet: Dies ultimus, & casus extremus, & sexus infestus, & sanguis inimicus iam sumpsum arma, & castra communuit, & aciem direxit, & clasicum personauit: iam mucrone disticto ingulum tuum nefaria tua sorores petunt. Heu quantis urgemur cladibus, Psyche dulcissima! Tu nostri que miserere: religiosa que continentia, domum, maritum, tēque, & istum parvulum nostrum imminentis ruinæ infun-  
tio libera: nec illas scelestas fæminas, quas tibi, post internecinum odium, & calcata sanguinis fædera, sorores appellare non licet, vel videas, vel audias, cùm, more Sirenum scopulo prominentes, funestis vocibus saxa personabunt. Suscipit Psyche, singultu lacrymoso sermone incertans: Iam dudu, quod sciam, fidei atque parciloquii mei perpendisti documenta: nec eo secius approbabitur tibi nunc etiam firmitas animi mei. Tu modo Zephyro nostro rursum præcipe, fungatur obsequio: & in vicem denegatae socras anæta imaginis tuae, redde saltem conspectum sororum, per istos cin-

Momentarius. }  
Eleganter momentarium matutum vocat Cupidinem, qui momento aderat, momento sentiebatur. Momentum dicimus à temporeculum. Hinc Quintil. momenta apis tapina dicta. Pli. momentum thuris, momentum resinæ, aliarumque rerum, frequenter usurpat pro modo & pauxillo: interdum momentum accipitur pro pondere & efficacia in rebus ob- undis, Lucan. Non pondera rerum. Non momenta sumus. Sexus infestus.] fœmineus: & ad sorores Psyches referendum. Castra communuit. ] Translatio omnis est à re militari,

in qua arma sumuntur, castra mouentur, aries dirigitur, & classicum canitur. Dicimus autem clas sicum, & tubam bellicam, & sonum bellicum. Virgil. Classica iamque sonant, it bellō tessera signum. Classici vero homines dicti sunt primae classis, & qui amplissimo censu censebantur: vnde per translationē classici scriptores, pro clarissimis primariisque accipiuntur. *Continentia.*] Ut te ipsum contineas à prodendis arcanis, & mariti facie reuelanda. *Iustum parvulum.*] quem scilicet in utero gestas. *Prins.*] Corrigere post. *Internecium.*] exitiale, pestiferūmque. Plin. scribit, aspidas habere internecinum bellum cum ichneumone. Internecionem dicimus extictionem, occisionēmque. A. Gel. in 3. Is cum omni domo, familia, fortunāque omnibus suis ad internecionem usque deperiret. *Sanguinis.*] Sororiae necessitudinis. *More Sirenum.*] De Sirenis fabula notissima, quas poëtæ tradunt suavitate cantus pellexisse nauigantes in perniciem. Hinc Epigrammatista Sirenes vocat hilarem nauigantium pœnam, & crudele gaudium. Apud Homerum, Sirenes Vlyssem inuitant hoc carmine, quod

nameos & undique pendulos crines tuos, per teneras & teretis & mei similes genas, per peclis nescio quo calore feruidum. Sic in hoc saltem parvulo cognoscam faciem tuam, supplicis anxiè pīs precibus erogatis germani complexus indulge fructum, & tibi deuota dicataque Psyches animam gaudio recrea: nec quicquam amplius in tuo vultu requiro. Iam nil officiunt mihi nec ipsæ nocturnæ tenebrae. Teneo te meum lumen. His verbis & amplexibus molibus decantatus maritus, lacrymāsque eius \* crinibus detergens, falurum spopondit: & prauertit statim lumen nascentis diei. Iugum sororium consponse factionis, nec parentibus quidem visis, recta de nubibus scopulum petunt illum, precipiti cum velocitate: nec venti ferentis opera presentiam, licentiosa cum temeritate profiliunt in altum. Nec immemor Zephyrus regalis edicli, quamuis inuitus suscepas eas gremio spirantis aure, solo reddidit.

M. Tul.

M. Tul. Latinitate donauit: O decus Argolicum, quin puppim fle  
 etis Vlysses, Auribus ut nostros possis agnoscere cantus. Idem  
 Mar. Tul. lib. 5. de Finibus autimat, non vocum suavitate Sire-  
 nas, aut nouitate quadam cantiuncularum reuocare solitas eos  
 esse, qui præteruehebantur: sed quia multa se scire profitebantur,  
 ut homines ad earum saxa discendi cupiditate adhaerescerent.  
**Commemorant** cosmographi, insulas Sirenulas, in quibus Sire-  
 nes habitauerint, quas alij in tractu Pelotio consedisse ferunt:  
 non enim satis constat, in Sicilia, an in Italia fuerit Sitemum do-  
 micilium. Stadius opinatur in Sicilia constitisse, à quo Siculæ vir-  
 gines nominantur, cùm ait in 2. Syluarum: Nec si terge minum  
 Sicula de virginе carmen. Tres autem Sirenes fuisse creduntur:  
 quarum una voce, altera tibiis, tertia lyra concineret. Secun-  
 dum veritatem meretrices fuisse creduntur, quæ transeuntes  
 quoniam ad egestatem deducebant, fictæ sunt illis inferre nau-  
 fragia. Has Vlysses obturata ceræ crassamento aure transisse  
 dictus, quia metetricias blandicias contempsit. Hinc illud Saty-  
 rographi: Qui Siculos cantus effugit remige surdo. Fulgentius  
 Mythologus Sirenas Græcè, tractorias Latinè dici autimat. Tres  
 autem idèò singit, quia amoris illecebria tribus modis trahitur,  
 aut cantu, aut visu, aut consuetudine. **Scopulo promi.**] Sic Sirenes  
 in scopulis mansisse produntur. Virg. Iamque adeò scopulos Si-  
 renum aduecta subibat. A Hieronymo prouerbialiter dictum,  
 Sirenos scopulos obturata aure transito. **Incertans.**] infringens,  
 nec explicans, neque absoluens verba præ singultu & lacrymis.  
**Fideri.**] Legendum, fidei. Parciloqui] Scio, inquit, te iam experi-  
 mento didicisse, me neque largiloquam, nec multiloquam esse,  
 sed sermonis deparcam, & nihil effutientem, quod rebus tuis ob-  
 fit. fœminæ enim natura sunt loquutileiae & lingulacæ: & vt à  
 poëta antiquo dictum est, Nulla inuenta est muta in omni seculo. Hinc præceptum illud saluberrimum *γυναι μητ' αἴ ποτε περι-  
 σθέται*, id est, fœminæ nunquam arcana credideris. *κανόνι  
 της φύσεως*, leue est genus fœminarum. Parciloquium, à parcitate  
 loquelæ dictum, sicut pauciloquium, & econtrario multilo-  
 quium: quæ vitia in amatoribus esse asserit Plaut. **Inuicem  
 ima.**] in locum imaginis tuæ, quam mihi denegatur contem-  
 plari, vicatia succedat fororum conspectio. **Cinnameos.**] odo-  
 ratissimos, suaveolentiam cinnami spirantes. **Mei similis.**] Sicut in Psyche erant genæ lœuore decentes & inuestes, sic & in  
 Cupidine tales sentiebantur, cuius flosculus est perennis, &  
 genæ sine barba. **In hoc par.**] Optat filium nasciturum patri  
 consimilem fore. Sic Dido Virgiliana: *Siquis mihi paruulus auja*

Luderet Æneas, qui te tantum ore referret. *Errogatus.*] rogando exoratus. *Germani com.*] sororij. *Psyches anima.*] Allusio ad nomen Psyches, quo anima significatur. *Decantatus.*] quasi cantamine quodam præuinans, pressusque. *Præuertit.*] lumen discessu suo anticipauit, præuenitque exortum diei, ne in die luminoso conspicuus foret, & spectabilius. *Iugum sō.*] Eleganter nomine iugum sororij sorores duæ significantur, animis corporibusque sociatæ: sicuti iugum boum dicimus. Allusio videtur esse ad iugum Horatiæ, sub quo capite ad operto missus est Horatius sororicius, quod Sororium tigillum vocant: de quo Liuus, Dionysius, cæteri. *Consponse.*] colligatae, connexæque mutua pactione, sponsos antiqui dicebant, fide mutua colligatos. *Recta.*] scilicet via: absoluta locutio. In obsceno carmine, Modo assis faciunt eūntque recta. *Operte.*] expectantes præstolatæ. In altum.] in altitudinem infimam, & præcipitium. altum enim dicimus de imo & summo.

*Incontatae.*] non moratae, sine con-tatione vila & mo-ra. *Prædam.*] Psy-chem, quam ve-luti prædam in-uadebant. *Thesau-rum frau.*] sicut in thesauro diuitiæ abditæ reponun-tur, sic in pectori-bus istarum veluti in thesauro abdi-tæ latebant frau-des & doli. *Adu-lantur.*] blandiuntur. Veteres adu-lat dicebāt, quod nunc dicimus adu-latur. Luc. Longè alio pacto ganni-tu vocis adulant. M. Tul. in 2. Tuscu-lana in carmine Æschyli: Sublime aduolans pinnata

At illæ incontatae, statim \* conserto vestigio domum penetrant: complexæque suam prædam, sorores nomine men-tientes, thesaurumque penitus abdita fraudis vultu lato tegentes, sic adulant: *Psyche*, non ita ut pridem paruula, & ipsa iam mater es. *Quantum putas bo-ni nobis geris in ista perula?* quantis gaudijs totam domum nostram hilariabis? O nos beatas, quas\* in tantis au-reis nutrimenta latabant: qui si paren-tum, ut oportet, pulchritudini responde-rit, prorsus Cupido nasceretur. Sic affe-ctione simulata, paulatim sororis inua-dunt animū. Statimque eas lassitudine via sedilibus refotas, & balnearum va-porosis fontibus curatas, \* pulcherrime triclinio, mirisque illis & beatis eduli-bus atque tucketis oblectat. Inbet citha-ram logui, psallitur: tibias agere, sona-tur: choros canere, cantatur: qua nullo prese[n]te,

præsente, cuncta dulcissimis modulis animos audientium remulcebant. Nec tamen scelerarum fœminarum nequitia, vel ipsa mellita cantus dulcedine molita conquieuit: sed ad destinatam fraudum pedicam sermones conferentes, disimulanter occipiunt sciscitari, qualis ei maritus, & unde natalium sectacula proueniret. Tunc illa simplicitate nimia, pristini sermonis oblita, nouum commentum instruit. Atque, maritum suū de prouincia proxima, magnis pecuniis negotiantem, iam medium cursum attis agere, interspersū rara canicie. Nec in sermone isto tantillū morata, rursum opiparis muneribus eas onustas, ventoso vehiculo reddidit. Sed dum Zephyri tranquillo spiritu sublimatae domum redeunt, sic secum altercantes: Quid, soror, dicimus de tam monstroso fatue illius mendacio? Tunc adolescens, modo florēti lanugine barbam instruens: nunc atate media, candenti canicie lucidus. Quis ille, quem temporis modici spacium repentina senecta reformat? Nil aliud repieres, mi soror, quam vel mendacium istam pessimam fœminam confingere, vel formam mariti sui nescire. Quorum utrum verum est, opibus istis quam primum exterminanda est. Quod si viri sui faciem ignorat, Deo profetto denupsit, & Deum nobis prægnatione ista gerit. Certe si diuinū pueri, quod absit, hac mater erit, sta-

cauda nostrum adulat sanguinem. Verbum compositorum est ex accedendo & ludendo. In ista perula.] in utero & ventre, qui vicem petæ præberet, receptaculumque est foetus conceptus. Perā, cuius diminutivum est petula, gestamentum est Cynicae familiæ: id enim Diogeni & Antistheni Cynicis philosophis pera est & baculus, quod regibus diadema, quod imperatoribus paludamentum, quod pontificibus galerus. Crates villas ornatissimas una perula mutauit, & supellectilem Cynicam, hoc est baculum & peramylorò divitiis abiectis appetiuit. Hilarabis.] gaudio & hilaritate perfundes. Hilariitudinem pro hilaritate veteres dixerunt. Plautus: Onera te hilatitudine. Hilarescere quoque

pro hilarari, & lætum fieri surpant. Hilaria apud antiquos dictus est dies festus in æ qui noctio verno; quo tempore iam omnia exhibilarescūt. Hinc Vopiscus in Aureliano: Hilari bus, inquit, omnia festa & fieri scire debemus, & dici. Lætabunt. Lætas facient, & lætificabunt. Liuius in Ægistro: Iam ne oculos specie lætasti op tabili? [affectione] dilectione sororia, & germanitatis affectu. Vaporosis.] calidis, & vapore mulcentibus, quales in balneis expetimus. Auctor est Victruius, medicamentosas esse aquas vi calidas. Miris edulis, ] Ideò mira edulia vocat, quia præstò parata erant, nec tamen apparebat quibus ministrantibus importarentur. Olim Numa Pompilius, vocatis conuiuis,

tim me laqueo nexili suspendam. Ergo interim ad parentes nostros redeamus, & exordio sermonis huius \* concolores fallacias ad texamus. Sic inflammatae, parentibus fastidienter appellatis, & nocte turbatis vigiliis perditæ, matutinò scopulum per uolant: & inde soliti venti presidio vehementer deuolant, lacrymisque pressura palpebrarū coactis, hoc astu puellam appellant: Tu quidem fœlix, & ipsa tanti mali ignorantia beata, sedes incuriosa periculi tui: nos autem, que pernigli curarebus tuis excubamus, cladibus tuis miserè cruciamur. Pro vero namque comperimus, nec te, socia scilicet doloris, casusque tui, celare possumus, immane colubrū, \* multimodis voluminibus serpente, veneno noxio colla sanguinante, bian te ingluwie profunda, tecū noctibus latenter acquiescere. Nunc recordare sortis Pythicae, que te trucis bestiæ nuptijs destinatam esse clamauit. Et multi coloni, quiq; circumsecus venantur, & accolere plurimi videre eū vespera redeuntem ē pastu, proximiq; fluminis vadis innatantē. Nec diu blandis alimoniarū obsequijs te saginari omnes affirmat: sed, cū primū pregnationē tua plenus maturauerit uterus, opiniore fructu præditā deuoraturū. At hic iā tua est existimatio, utrum sororibus pro tua chara salute solicitis ad sentiri velis, & declinata mor te no-

*te nobiscum secura periculi viuere, an  
sanissimæ bestiæ sepeliri visceribus.  
Quod si te ruris huīus vocalis solitudo,  
vel clādestinæ Veneris fætidi periculo  
sique concubitus, & venenati serpentis  
amplexus delestant, certe pia sorores  
nostrum fecerimus.*

vi magica effecit,  
vt repente fercula  
omnifaria præstò  
essent, & mensæ  
omni apparatu  
conuiali instru-  
ctissimæ specta-  
rentur: quod sane  
mirum miran-  
dumque apparuit.

*Tacetis.] regalibus cibis & escis, de quibus antè diximus. Citha-  
ram loqui.] Sic Virgil. Obloquitur numeris septem discrimina vo-  
cum. Psallitur.] canitur: psallo citharistæ apud Suet. dicuntur, citha-  
ra canentes. Chorus canere. } qui ex multorum vocibus dissonis  
symphoniam faciunt, atque concentum. Pedicam.] laqueum, &  
tendiculam: sunt enim pedicæ, laquei quibus pedes illaque-  
antur. Virg. Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis. Nota-  
lum.] Legè, natalum: quæ rebant enim, quib. natalib. ortus esset  
maritus psyches, & qua secta propagatus. Namque à secta secta  
cula deriuatur, quasi sequela quædam & propagatio natalium.  
Commentum.] excogitatum fictumque mendacium. Pristini sermo-  
nis oblitera.] Vetus verbum est, mendacem memorem esse oportere.  
Inter sparsum ra.ca.] Domitianus: Comam, inquit, in adoles-  
centia senescentem forti animo fero. Idem caput cuiusdam va-  
riete capilli subrutilum, & canicie interspersum, profusam  
niuem mullo dixit. Canicies, teste Plin. homini tantum est, &  
equis, sed homini semper à priori parte capitinis. Tempora, ut Ale-  
xander Aphrodiseus & Aristot. tradunt, primò canescunt. Hinc  
illud Maronianum: Temporibus geminis canebat sparsa sene-  
ctus. Contrahitur autem canities inopia & exilitate caloris. Russi  
homines celerius quam nigri canescunt. Tantillum.] minimum  
Tunc adolescentis. } Secum malæ sorores bonam sororem crimi-  
nantur, tanquam mendacem & vanidicam: quæ cum prius  
dixisset maritum suum iuuenem esse speciosum, nunc repente  
eundem dicat senescentem canescere. Ætatem med. } Ætatem  
mediam vocat, quæ media est inter iuuentam & senectam, quam  
Auicenna nominat ætatem pulchritudinis, quæ ferè est à 30. usq;  
ad 40. annum. Eadem ætas consistendi nominatur Hippocratis  
in aphorismo secundo. Consistentes facilè in diem ferre au-  
tumat, quos Græcæ appellat ἀπόγενον. Media ætas, ut tra-  
dit Celsus, tutissima est, quæ neque iuuentæ calore, neque sene-*

statis frigore infestatur. Plaut. in Aulularia: post medium etatem  
 qui medium uxorem dicit domum, nomen est libero posthu-  
 mus. *Candens.* albicante. *Et Deum gerit.* ex Deo enim & im-  
 mortalē Deam & immortalem geri consectarium est. Silius:  
 Tunc ô nate Deum, diuōsque dature beatos. *Hic mater an.*  
 Hæc Dei mater appellabitur, & se matrem diuini filij nomina-  
 ri audiet. *Nexili.* à nectendo nexilis laqueus dictus: sic & vestis  
 nexilis, cuius usus fuit ante vestimenta textilia. Lucret. *Nexilis*  
 antè fuit vestis, quām textile tegmē. *Quām colores.* parior lectio  
 est, & planior, si legas, *concolores*, quasi consimiles, congruentēs.  
 que. *Fastidienter.* cum fastidio. Fastidiosē aduerbum est: an-  
 tiqui tædulum interdum pro fastidioso, interdum quod om-  
 nibus odio esset, ponere soliti sunt. *Coactis.* sic Terentius: Hæc  
 verba una mehercile falsa lacrymula, quam oculos terendo mi-  
 serè vix vi expresserit, restinguat. *Pressura.* expressione. *Appel-  
 lant.* alloquuntur. Alias appellare dicitur creditor debitorem,  
 quando creditam pecuniam reposcit. Alphius scenerator, dice-  
 re solebat, bona nomina fieri mala, si nunquam appelles. Quint.  
 in s. Et pauper eras, & tu maximē à creditoribus appellabis.  
 Hoc intellectu est illud possum à Satyrographo: Sed pensio cla-  
 mat, Posce, sed appellat puer unicus. Alias appellare est idem  
 quod prouocare: vt appello Cæsarem, prouoco ad populum.  
 Notissimus est apud iurisconsultos titulus de appellationibus.  
*Tanti mali ignorantia.* Sorores aiunt Psychen beatam sibi videri  
 ex eo, quod mala sua ignoret, nesciatque quibus periculis obno-  
 xia sit. Apud Senecam ait Oedipus: Iners malorum reme-  
 dium ignorantia. *Incuriosa.* secura & negligens. *Immanem  
 col.* Hoc commento mendaciōque flagitioso subuertere conan-  
 tur simplicem Psychen, fingentes se habere pro comperto, mari-  
 tum Psyches serpentem esse enormitate terribilem, ingluie &  
 veneno formidandum. De Olympiade Alexandri Magni matre  
 traditum est, eam cum serpente concubuisse, ex eoque concubitu  
 Alexandrum Magnum esse conceptum. Consimilis fabula pro-  
 didit, Scipionem, diuinæ stirpis virum, progenitum esse ex  
 immanis anguis concubitu, qui cum Pomponia matre creditus  
 est concubuisse. *Multinodis.* Iunctum legendum: vt volumi-  
 na multinoda accipias, pro nodosa, & nodis multis implicata.  
*Voluminibus.* spiris sinuosis. Virg. sinuatque immensa volumi-  
 ne terga. *Colla sang.* habentem collum sanguineum. Figura  
 poëtica. *Hiantem.* ore patulo, &, vt veteres dicebant, hie-  
 tanti. *Ingluise.* ingluuiem ventris capacitatē esse inter-  
 pretatus Seruius, enarrans illud Virgilianum: *Improbis in-*  
gluuiena

gluuiem ransque loquacibus explet. Ego opinor ingluuiem pro priè dici sinum gutturis, & capacitatem, in auibus potissimum, quò merguntur recentia cibaria: vt galline, palumbes, columbe, perdices habent. Cætera ferè carent eo sinu, sed gula patentiore utuntur: vt gracci, cotui, cornices. Albertus Magnus, recentioresque scriptores, pappam id in auibis appellant. Plin. sinum, & in onocrotalis uterum. Ingluuiies pro voratrina & gulositate usurpat. *Sortis pī.*] oraculi Apollinei. *Bestie nuptijs.*] Verba oraculi sunt hæc: Nec spes generum mortali stirpe creatum, Sed sauum atque ferum, vipereumque malum. *Circumsecus*] in circuitu, à lateribus huiusc loci & regionis. *Accolæ.*} vicini, contermini, accolas propriè dicimus fluuiorum & montium, vt accola Padi: & accipitur pro eo, qui habitat prope locum descriptum. *Maturauerit.*] maturam fecerit, exactis mensibus legitimæ partitionis, & maturi foetus. *Hic.*} hæc. *Vocalis solitudo.*} propter voces, quas Psyche famulas habebat sine corpore, & ita callidissimè eleuant bona, quibus illa beata visibatur. *Clandestina Veneris.*} quia furtim Cupido, nec ulli conspicuus, coibat cum Psyche. *Nostram fecerimus.*} existimabimur functæ officio nostro, quod pias sorores decet.

Tunc Psyche misella, ut potè simplex, & animi tenella, rapitur verborum tam tristum formidine: & extra terminum mentis sua posita, prorsus omnium mariti monitionum, suarumque promissionum memoriam effudit, & in profundum calamitatis se se precipitauit: tremensque, & exangui colore luria, tertiana verba semianimi voce substrepsens, sic ad illas ait, *Vos quidem charissimæ sorores, ut par erat, in officio vestræ pietatis permanetis: verum et illi, qui talia vobis affirmant, non videatur mihi mendacium fingere. Nec enim unquam viri mei vidi faciem, vel omnino cuiatis sit noui: sed tantum nocturnis subaudiens vocibus, maritum incertus status, & prorsus lucifugam tolerans.*

*Animi tenella.*} animo puellari, tenero, molli: archaismos est. *Memoriam effudit.*} Consimiliter Plautino Sosie exciderunt præ formidine mandata dominica. *Lurida.*} pallida & lurore deformata. *Exangui colore.*} Ex metu sanguis & calor inimum perfugint, deserentes loca exteriora, vt docet Aristoteles in Problematis: Unde fit, vt metuentes pallescant,

& quasi exangues conspiciantur. Ex eodem timoris affectu veter soluitur, & libido virinæ lacebit: quia videlicet calor ex superis in imo defluens, & ex summis ad intima penetrans aluum mouet, & vesicam. Tertiata verba. ] Eleganter verba tertiata appellat imperfecta, lapsantia, & ex pa-

uore nutabunda: quando scilicet homo exanimatus, non integræ verba enunciat, sed vix tertia quæque profert, mediis ex perturbatione quasi deuoratis suppressisque: est enim affectus hic naturalis. Semianimi voce. ] attenuata, & quasi intermortua ex formidine. Par. ] æquum & iustum. Cuiatis. ] cuius gentis & patriæ. nomen gentile est. Cuias dicitur, & cuiatis. Priscianus in 12. Non solum cuias, sed etiam cuiatis proferebant, communī genere. Plaut. in Penulo: Quid sit, cuiatis, vnde sit, ne parseris. Lucifugam. ] Lucifugos & lucifugas dicimus, fugitantes lucem, alumnos tenebrarum, & tenebricosa vita gaudentes. M. Tul. lib. 2. de Finibus: Lucifugi, maledici, monstrosi etiam, alijs amatoris levitatis dediti. Sen. lucifugas homines appellat, qui contra naturam viuunt, hoc est, de die dormiunt, nocte vigilant, & ad cereos ac lumina viuunt quos eleganti vocabulo lychnobios quoque appellat, quasi lucernarios, & ad lucernam viuentes. Fulgentius: Quamvis coniux lucifuga sororios ei comminando veraret aspectus. Marito. ] Lege maritum. Consentio, inquit, maritum meum esse bestiam aliquam, prout vos rectè asseritis. Neque. ] Corrige, meq; Est enim sensus: absterret me, quo minus eum aspicere possim. Periclitanti. ] in periculo constitutæ, aliâs, periculū, hoc est experimentū facienti. Subsistite. ] succurrite, subuenite. Incrus. ] negligentia & ignauia. Scitum Catonis Tusculani illud est: Cultus, inquit, magna cura, magna virtutis incuria. Apud priscos, si quis passus esset agrum suum sterilescere, cùmque haberet derelictū, is notabatur incuriæ, hoc est impolitiæ.

Gladii

Gladius fr. ] Tota locutio est ex translatione ducta, ut & latibula machinarum, & gladij fraudium, & portae animi patentes, per metaphoram decentem dicta intelligentur.

Sic denique altera: *Quoniam nos originis nexus pro tua incolumentate periculum quidem ullum ante oculos habere copellit, viam, quæ sola dedit iter ad salutem, diu diuq; cogitatā, monstrabimus tibi. Nouaculam praecutam, ad pulsum etiam palmule lenientis exasperatam, tori qua parte cubare consueisti, latenter absconde: lucernāmque cincinnem, completam oleo, claro lumine præmicantem, subde aliquo claudentis aulae tegmine. Omnique isto apparatu tenacissime dissimulato, postquam sulcatos intrahens gressus cubile solitum conscenderit, iamque porrectus, & exordio somni prementis implicitus altum soporem flare coepit, toro delapsa, mudiq; vestigio pensilem gradum paulatim minuens, cæcæ tenebrae custodia liberata lucerna, præclari tui facinoris opportunitatem de luminis consilio mutuare: & anicipiti telo illo, audaciter prius dexteras sursum elata, \* nixu quam valido noxijs serpentis nodum ceruicis & capitatis\* abscinde. Nec nostrum tibi deerit subsidiū: sed cum primum illius morte salutem tibi feceris, anxiæ prestolabimur: cunctisque\* ipsis socijs tecum relatis, votiuis nuptijs hominæ te iungemus homini. Tali verborū incendio flammata viscera sororis iā prorsus ardantis deserentes \* ipsæ, proiunus tanti mali confi-*

*Originis nexus.] vinculum, coniunctioque necessitudinis sororij. Nexus remotiori quadam significative, & vulgo parum nota dixerunt veteres oblicationem, quæcunque per æs & librā fit, idq; nocti dicebatur: auctores, Helius Gallus, M. Varro, & Festus. Hoc intellectu illud M. Tul. ex i. de Oratore accipiendum est: Nexorum iura versantur in causis centumuiralibus. Commentator in curiosè inscitèq; locum Ciceronis exponit: Nexus æs vocatur pecunia, quæ per nexus obligatur: & nexus homo, qui cum liber esset, pro pecunia quam debebat, operas suas in seruitute locabat, donec solueret. De nexis ob æs alienum, longa mentio apud D d iiiij*

*Linium. Nouacula.* } ferramentum tonsorium est, vulgo notissimum, de quo Epigrammata: Hoc sa-

*nium sibi etiam eximie metuentes, flatus alitis impulsu solito porrecta super scopulum, illico pernici se fuga prori- piunt; statimque consensis nauibus abeunt.*

latandra notet, vel scena nouacula nudet. *Ad pulsum.* } vt vel minima manus impulsione fecerit vitalia, vt potè acie acutissima acerrimaque exasperata. *Exasperatam.* ] cote exacutam, sic Silius: *Saxo* que exasperatensem. Sic & Tacitus: *Saxo exasperatur ferum.* Auctor est Plin. cotes ferro acuendo laudatas fuisse Creticas, secundo loco Laconicas, quæ vtræque oleo indigebant. Inter aquarias Naxiæ lavis maxima fuit. Ex oleo & aqua Cilicæ cotes pollent. Repertæ sunt & in Italia aqua trahentes aciem acerrimo effectu. *Concavam.* } concinna breuitate complectilem, *Premiansem.* } splendicantem ac lucentem. *Oleo.* } Oleum è nubibus iuglandibus, quod vñibus lucernarum hoc maximè tempore accommodum est, caryinon vocant. *Aulæ.* } Lego aulæ, vt sit sensus: lucernæ lumen occultandum esse, contegendumque tegumento aulææ vndique sepientis. Aulæam enim fœminino genere sic dicimus, vt aulæam neutro. Quintus Curtius: Nec quicquam eorum quæ inuicem iactata erant rex ignorabat, cum post aulaam, quæ lectos obduxerat, starer. Sunt autem aulae panni & vela picturata, & versicolore textura spectabilia, quæ Græcis quidem vocabulis, sed apud Latinos vñitissimis, peripetalismata & peristromata nominantur. Aulæa autem dicta esse tradunt ab aula Attali regis, in qua primùm inuenta sint, postquam is populum Romanum scripsit hæredem. Hinc Attalica à Propertio cognominata, illo versu: *Nobilis aulæis porticus Attalicis.* Plin. auctor est, Attalum regem primum inuenisse aulam vestibus intexere: vnde, inquit, est nomen Attalicis. Aulæa purpureo colore distincta, & simulachris hominum intexta fuisse testis est Poëta, cum ait: *Purpurea intexti tollant aula Britanni.* Belluata tapetia dixit Plaut. à textura belluarum, quæ in aulæis hoc genus decenter, graphicèque intextuntur. *Suleatos.* } periade ac maritus Psyches sit coluber sinuosus volumenibus serpens, & incessu soleum faciens. Quoniā de fulco fit mentio, nodus Ausonij enodandus est, qui inter griflos indissolubiles meritò habetur, quē nos olim plausibiliter dissoluimus, etaculaūmūsq; Versus Ausonij est hic in epigrammate ad Pau- lum: *Eris Pierias patitur litare sotores, Nunquā ipse torquet auli- ea.* In durabus dictionibus singularum literarum corruptela, to-

tum

sum corrumpit indecoratque sensum poetum, & maximas te-  
nebras lectoribus offundit. Ego vero verbum illud litare emen-  
dolirare, cum alioquin litare eliminet claudicans metrica com-  
pago: & illud aulica corrigo aulaca, hoc intellectu & sensu. Phœ-  
bus, inquit, iubet verum loqui, qui quamvis interdum Musas de-  
lirare permittat, & a recto sulco discedere, ipse nunquam flectit  
sulcum, nec aberrat. Lirare (quod & lerare) dicuntur rustici, cum  
arant tertia aratione iacto semine: id est, ut Varronis verbis utar,  
cum tabellis ad vomerem similiter & satum frumentum ope-  
riunt in potcis, & sulcant in fossas, quo pluvialis aqua dilabitur.  
Liras vocari a rusticis tradit Columella, cum sic aratum est, ut  
inter duos latius distantes sulcos medius cumulus secum sedem  
frumentis prebeat. Dicamus planius & explicatius, lirare & sul-  
care, quod dum sit ab agricola, saepe sulcus parum rectus duci-  
tur, saepaque colonus a recto tramite devius aberrat. Vnde, ut  
docet Plin. noster, appellata deliratio est, quæ senilis est stultitia:  
& delirare dicimus, insanire senes, quasi a recto recedentes: & de-  
lirium, ipsam insaniam. Musæ ergo lirant a recto sulco deerran-  
tes, cum ipse Phœbus nunquam torqueat aulaca: id est, nun-  
quam flectat sulcum, nec fiat erraticus sulcus: Græco voca-  
bulo dicitur *αὐλαξ αὐλακος*, aulax aulacos. Ex hac nostra interpre-  
tatione elucefecit iam, opinor, locus Ausonij tenebrisissimus,  
& squalore deterso splendescit. *Intrahens.* Jtrahens. *Somni pre-  
mentis.* Altior quies & vehementior somnus est primus, quam  
nouissimus, implicatusque pressius grauiusque corpora mor-  
talium. De quo Poëta: Tempus erat, quo prima quies morta-  
libus ægris Incipit, & dono diuîm gratissima serpit. *Soporem  
flare.* Sic Virg. Extructus toto proflabat pectore somnum.  
M. Tull. in epistolis ad Atticum: Marcellus, inquit, candidatus ita  
stertebat, ut ego vicinus audirem. M. Tull. in Antonium est illa  
luculentia descriptio. Namque ipsum offendebunt temulento  
sopore profligatum, totis pectoralibus stertentem, ruetulosos  
spiritus geminare. Obiter satyrici poëtae versus est discutien-  
dus, quem grammatici per incuriam transmittunt, nihil oc-  
cultioris intellectus subesse suspicantes. Versus ex i. satyra  
Iquenalis notissimus est ille: Doctus & ad calicem vigilanti  
stertere naso. Quis non exponit, doctus stertere vigilanti naso,  
quod simulet maritus se dormire, cum vigilet, ut imputitius  
mœchetur uxori? Verum attende quid ego in eum sensum ex-  
cogitauerim. Homo quanto altiore somno dormit, tanto  
sonantius stertit. Sonus autem ille stertentis & ronchus sit  
naso: unde festiuiter, nec minus eleganter & scite dicitur

hominis dormientis & stertentis nasus vigilare, cum clamosus  
 sit & obstreperus. Hoc ex Plautina lectione obseruauimus. Sic  
 enim in Milite scriptum est: An dormit Scedrus intus? non  
 naso quidem, nam eo magno magnū clamat, tetigit calicem.  
 Evidenter docet Plaut. nāsum vigilantēm dici, & esse in homine  
 dormiente: nam cūm dormiens quietus taceat, nāsus ipse non  
 taceat, sed clamat: & qui clamat, vigilare dicitur, non dormire. Ex  
 hac Plautina elegantia & sensu nimirūm trāstulit id satyrogra-  
 phus, Vigilanti stertere nāso: quod totū urbanissimē dictum  
 est, quanto enim magis maritus vxoris mœchæ stertebat, vel ster-  
 tere se simulabat, tanto magis nāso clamabat, vt ita fidem face-  
 ret somni. Talis autem nāsus vigilans scitissimē dicitur. Qui  
 aure est neque sūcta, nec hispida, elegantiam poëticam percipit,  
 & inuentis nostris plausibiliter assurgit. Pensilem gradum. ] suspen-  
 sum, libratur inque, ne scilicet strepitu pedum & sonitu excitari  
 possit. Pensilia appellat M. Varro poma, quæ suspensa sunt ex la-  
 cunari, quæ mox ad edendum descendere cogimus. Plin. vna  
 pensiles probat, quæ decerpitæ diu pependere, qua ventilatione  
 etiam utiles fiunt stomacho, ægrisque:nam & refrigerant leui-  
 ter, & fastidium auferunt. Idem balineas Sergij Oratae pensiles  
 fuisse dicit. Idem hortos pensiles tradit Thebis Ægyptiis fuisse  
 extuctos. Curtius, Strabo, cæteri, celebrant hortos pensiles Baby-  
 lonicos, memorantque inter mundi miracula, qui in edito su-  
 pra murum arcis positi visebantur. Sostratus architectus, primus  
 omnium pensilem ambulationem Gaudi fecisse traditur. Paulu-  
 latim. ] à paululo, aduerbiū fit paululatum, idem significans  
 quod paulatim, minutatim, pedetentim. Mutare. ] cape, sume.  
 Anticipi telo. ] nouaculam præacutam intelligit, cuius ictus an-  
 ceptus est, & mortiferus. Dici etiam potest telum anceps, dupli-  
 cem habens aciem, & utrinque acutum, vt est bipennis. Audaci-  
 ter. ] quod nōs audacter dicimus, dixit audaciter, quod ex regu-  
 la grammatices eleganter est. de quo Caper grammaticus:  
 Sic audacter Latinum est, sed audaciter melius est, quia nomi-  
 na in x literam terminata, in aduerbiis, iter, affiuntur, vt atrox  
 atrociter, ferox ferociter, velox velociter, & sic audax audaciter:  
 verūm consuetudo, domina rerum, & maximē verborum,  
 obtinuit, vt audacter passim dicatur. Nexus quam va. ] conatu  
 valentissimo. Nodus cervicis. ] quo scilicet caput cervici con-  
 nequitur. Ictis socius. ] Famulitum intelligit, neque taetile ne-  
 que visibile, quod Psyche ancillabatur, præstisque erat. Ho-  
 minem te. ] appellatione hominis mas & fœmina continetur.

Ser. Sulpitius epistola ad Ciceronem : Paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. Illud Satyrographi quis ignorat? Clames licet, & mare cœlo Confundas, homo sum. *Conpnium.*] proximitatem. *Flatus alius.*] Zephyrus signifatur, cuius flatum alitem vocat, ob celeritatem & quia venti singuntur à poëtis alati & volatici. *Pernici.*] veloci & rapida: alias pernix dicitur perseverans.

At *Psyche* relictæ sola, nisi quod infestis Furiis agitata, sola non est æstu pelagi similiter mœrendo fluctuat: & quamuis statuto consilio, & obstinato animo, iam tum facinorosæ manus admouens, adhuc incerta consilijs titubat, multisq; calamitatis sue distrahitur affectibus. Festinat, differt, audet, trepidat, diffidit, irascitur: & quod est ultimum, in eodem corpore odit bestiam, diligit maritum. Vespera tamen iam noctem trahente, precipiti festinatione nefarij sceleris instruit apparatus. Nox aderat, & maritus aderat, primisque Veneris prælijs\* velitatis altum soporem descenderat. Tunc *Psyche*, & corporis & animi alioquin infirma, fati tamen sautia subministrante, viribus roboratur: &, prolata lucerna, & arrepta nouacula, sexum audacia mutauit. Sed, cum pri-  
mum luminis oblatione tori secreta clauerunt, videt omnium ferarū mitissimā dulcissimāq; bestiā ipsum illum Cupidinem formosum. Deum formosè cubantem: cuius aspectu lucerne quoque lumen hilaratū increbuit, & acuminis sacrilegi nouacula prænitebat. At vero *Psyche* tanto aspectu deterrita, & impos-

*Sola non est.*] Psyche sola erat, & non sola, nam ex habitu sororum sola relictæ videbatur: sed cum à furiis intrinsecus vexaretur, sola dici non poterat. *Fluctuat.*] sic Virgil. Magno curarum fluctuat æstu. Plautius amator eleganter ait, se maritimis motibus agitari à Cupidine. Sic enim curæ huc & illuc rapiunt mentem, ut æstus fluctuant & agitantur. *Differt, audet.*] varijs affæctus, & inter se contrarij, miseram Psychen dissipabant: qui decenti verborum varietate explicantur in foemina. Sic apud Plautū Alcesim - chus affectib. multiiugis distrahitur, in Cistellaria.

*Bestia.*] sic enim credebat, persua-  
fa inductaque va-  
framentis soro-  
rius. *Veneru prælijs*  
*velitatus.*] Decen-  
ter & satis aptè  
significat, Cu-  
pidinem cum Psy-  
che primos con-  
cubitus exercuisse.  
Nam ut veli-  
tes milites hastis  
velitaribus præ-  
liantur pugna ma-  
uertia, sic bella-  
tores Veneris pre-  
lio Venerio con-  
grediuntur. Nam-  
que & Veneri sua  
sunt bella, vide-  
licet nocturna,  
& conflictus a-  
matorijs, de qui-  
bus poëta: At non  
in Venerem se-  
gnes nocturna-  
que bella. & à  
Martiale dictum  
est: O qua præ-  
lia, quas vtrin-  
que pugnas, Fœ-  
lix lectulus & lu-  
cerna vidit. De  
hac re sie Fulgen-  
tius: Nocte ad-  
veniens maritus,  
Veneris præliis  
obscure peractis.  
*Sexum uadacia mu-*  
*tauit.*] quæ ob se-  
xum fœmineū in-

animi, marcido pallore defecta, tre-  
mēnsque decedit in imos poplites; & fer-  
rum querit abscondere, sed in suo pe-  
tore. Quod profecto fecisset, nisi ferrum  
t. more tanti flagitijs, manibus temeraria  
delapsum euolasset. Tamque lassa, salu-  
te defecta, dum sapientis diuini vultus in-  
tuetur pulchritudinē, recreatur animi.  
Videt capit is aurei genialem cæsariem  
ambrosia temulentam, ceruices lacreas,  
genasque purpureas, pererrantes crinū  
globos decoriter impeditos, alios ante-  
pendulos, alios retropendulos: quorum  
splendore nimio fulgorante, & ipsum lu-  
men lucerne vacillabat. Per humeros  
volatilis Dei pinna roscida, micanti flo-  
re candicant: & quamvis\* alijs quies-  
centibus, extima plumula tenelle ac deli-  
cate, \*tremula resultantes, \*inquiete  
lasciuiunt: cæterū corpus glabellum,  
atque luculentum, & quale peperisse  
Venerem non pœnitet. Ante lectuli pe-  
des iacebat arcus, & pharetra, & sagit-  
tae, magni Dei propitia tela. Que dum  
insatiabili animo Psyche satis curiosa  
rimatur atque pertractat, & mariti sui  
miratur arma, depromit unam de pha-  
retra sagitiam, & puncto pollicis extre-  
mam aciem periclitabunda, trementis  
etiam nunc articuli nixu fortiore pupu-  
git altius, ut per summam cutem rora-  
uerint parvula sanguinis rosei guttae.  
Sic ignara Psyche, sponte in Amoris in-  
cidit amorem.

firma & meticulosa esse debebat, hæc ex audacia in virum refor-  
 mata esse videbatur, & quasi virago facta, dum facinus virile ca-  
 pessit. Fœminæ enim naturaliter pauidiores sunt, viri animosio-  
 res: vnde mulier, vt Varro interpretatur, & memorat Lactantius,  
 immutata litera velut mollier: sicut vir à vi nominatus est, quod  
 maior in eo vis est, quam in fœmina. *Dulcissimam bestiam.* } Nulla  
 inter animantes omnis dulcior, nulla mitior est Cupidine, cu-  
 ius mellitæ blanditiæ & illicia dulcissima illaqueant animos  
 mortalium, & possessos in mancipatu tenent. *Lumen increbuit.* ]  
 Ex hoc intelligi vult miram pulchritudinis exuberantiam in  
 Cupidine, cuius aspectu & splendore splendor lucernæ fieret  
 hilarius, fulgentiorque, & nosacula magis ac magis splendesceret,  
 & nitore nimio radiaret. *Prænitibat.* ] Valde nitebat, splende-  
 baturque. *Pallor defœcta.* ] exanimata, & præ formidine viribus  
 destituta: & quasi lipothymia, hoc est animo linquente deficiens.  
 Mareidum autem pallorem appellat ab effectu, cum ex metu  
 marcesceret, & languidior facta esset, nec sui compos. *In mos pop-*  
*plites.* ] In hanc sententiam est illud Ouidianum: Poplite succi-  
 duo genua intremuere, fugitque Et color & sanguis, animusque  
 reliquit euntem. *Recreatur animi.* ] refouetur animo, ac refocilla-  
 tur. Archaismos est. Sic enim veteres loquebantur, & ta-  
 lium locutionum referti sunt eruditorum libri, *Genalem cesa-*  
*riem.* ] Descriptio graphica luculentaque est formæ Cupidinis,  
 à quo velut canone & lege quadam lineamenta omnis pulchri-  
 tudinis petenda sunt: sicut olim à staro Polycleti, artifices linea-  
 menta artis petebant, velut à lege quadam, quam ob id Canona  
 vocant. Huiusce canonis Polycletei mentio quoque fit à Gale-  
 no: sed vulgus medicorum id parùm rectè percipit. *Ambrosia temulenta.* } vt significaret copioso vnguento perfusam fuisse  
 Cupidinis comam, & quasi ingurgitatem, emphaticos temulen-  
 tam dixit. Sicut enim temulentus, hoc est ebrios homo fit vini  
 largitate, sic cæsaries larga vnguenti copia madens & saturata,  
 dici potest temulenta. Temulentum autem, ebrium dici quis  
 ignorat? & temulentiam, ebrietatem, à vino quod antiqui teme-  
 tum appellauerunt: auctores Plinius, Gellius, cæteri. Scripsit  
 Cato, ideo propinquos fœminis osculum dare, vt scirent an te-  
 metum olerent, id est, vinum. *Ambrosia.* } *au. & v. v.* dicitur im-  
 mortalis. vnde ambrosiam pro Deorum vnguento usurpant  
 poëtæ, & pabulo diuino. Martialis: Iuppiter ambrosia satur  
 est, & nectare viuit. Ouid. de equis Solis scribens ait: Ambro-  
 siam pro gramine habent. Apud Ciceronem in secundo de Ora-  
 tore: locabatur, inquit, Catulus, præsertim cum ita dicat ipse,

vt ambrosia alendus esse videatur. Plin. lib. 25. ambrosiam herbam esse refert, quam quidam botrym vocant, simplici caule, odore non iniucundo. Ambrosius choraules, ambrosiae comae, ambrosius liquor, à poëti usurpatum, omnia scilicet ab eodem fonte deducta: ex quo Ambrosius deriuatur, id est, immortalis & diuinus. *Impeditos.* {decenter implicatos, nodatosque. *Antepenatus.*} Hos capillos antiqui antias appellauerunt, qui in frontem demissi sunt, alio nomine capronei nominantur, quasi à capite proni. Apulcius in Floridis: iam primum, inquit, crines eius præ multis antiis, præ multis caproneis anteuentuli & propenduli. *Volatici Dei.*] Cupidinis, quem aligerum & volaticum poëtae singunt. Causam refert Alexander Aphrodiseus in Problematis: quoniam scilicet cupiditas amantium non diurna est, nec omnino stabilis, sed volatrica & mutabilis euagatur: præterea quasi alii animi amantium attolluntur. *Rosidae.*] quasi rote conspersæ, vel potius colore roseo splendicantes. *Aliis.*] Corrige, *alis.* alas enim quietentes & immotas in Cupidine fôpito fuisse significat: cum tantum plumulæ illæ tenetiores moliorésque tremore quodam agitarentur. *Extimæ.*] exteriores. sicut intimus dicitur interior, ita extimus exterior, & pro extremo ponitur, ut in Apologia: Extimo mundi tergo degit. A. Gel. Circulos minimos qui axem extimum tangunt. *Inquietæ.*] mobiles. *Glabellum.*] sine pilis, ac leuore terfissi mum. *Lectuli pedes.*] ingens copia est rerum sine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, sed alienis: ut canem, & venaticum, & marinum, & coelestem dicimus, sic pedem & nostrum, & lecti, & carminis. Mutuamur enim aliena, quotiens singulis singula assignare non possumus: auctor Seneca lib. 3. de Beneficiis. *Magni Dei.*] Cupidinis. Plato in Symposium: Magnus Deus est amor, & apud homines Deosque mirandus. Idem post paulò, Amorem magorum dæmonem esse automat. *Rimatur.*] explorat. *Periclitabunda.*] pertentans, ac periculum faciens, an sagittæ cuspis foret penetrabilis. *Nisu.*] conatu. *Rorauerint.*] instar roris manauerint, fluxerintque. Rorarij apud antiquos appellantur milites, qui primi prælium committebant: à rore dicti, quod antè rorat, quam pluit. *In Amoris amorem.*] alterum Deum Cupidinem, alterum dilectionem significat. Ex eadem elegantia, cupidine Cupidinis flagrans, id est, cupiditate Dei Amoris exæstuans.

*Effictum inhibens.* ac immodicè desi  
deras. Quod enim

Tunc magis magisque cupidine flagrans Cupidinis, prona in eum effictum inhibens, patulis ac petulantibus suauis

festināter ingestis, de somni m̄sura me-  
tuebat. Sed dum, bono tanto percita, sau-  
cia mēte fluctuat, lucerna illa, sine per-  
fidia pessima, sine inuidia noxia, sine  
quod tale corpus contingere, & quasi ba-  
siare & ipsa gestiebat, euomuit de sum-  
ma luminis sui stillam furentis olei su-  
per humerum Dei dextrum. Hem au-  
dax & temeraria lucerna, & amoris vi-  
le ministeriū! ipsum ignis totius Deū a-  
duris: cūm te scilicet amator aliquis, ut  
diutius cupitis etiā nocte potiretur, pri-  
mus innuenerit. Sic inustus exiluit Deus,  
visaq; detecta fidei collunie, prorsus ex  
oculis & manibus infelicissimae coniugis  
tacitus anolauit. At Psyche statim re-  
surgentis eius crure dextro manib. am-  
babus arrepto, sublimis euectionis ap-  
pēdix miseranda, & per nubilas plagas  
penduli comitatus, extrema consequia,  
tandem fessa delabitur solo. Nec Deus  
amator humi iacentē deserens, innolauit  
proximā cupressum, déque eius alto ca-  
cumine sic eām grauiter commotus affa-  
tur: Ego quidē, simplicissima Psyche, pa-  
rentis meae Veneris preceptorum imme-  
mor, quae te miseri extremique hominis  
\*deuictā cupidine, infimo matrimonio  
addici insserat, ipse potius amator aduo-  
lauit tibi. Sed hic feci leuiter scio: & pra-  
clarus ille sagittarius, ipse me telo meo  
percussi: tēq; coniugē meā feci, vt bestia  
scilicet tibi viderer, & ferro caput ex-  
cideres meum, quod istos amatores tuos

desideranter ni-  
mis appetimus, id  
ore hianti & patu-  
lo injuadere so-  
lemus. De som-  
ni mensura. ] ne  
sominus, quo so-  
poratus erat Cu-  
pido, fieret bre-  
vior. Euomuit. ]  
stillam olei. Ful-  
gentius: Scintil-  
lantis olei despū-  
tamento mari-  
cum succendit.  
Ex nimio autem  
olei alimento no-  
tamus accidere  
lucernis accensis,  
vt stilla liquoris  
decidat; sicut si-  
dera, vt inquit Plin,  
igneam vim red-  
dunt, abundantia  
alimento tracti  
humoris, cum de-  
ciduae visuntur.  
Præsigium est fu-  
turae hyemis, scin-  
tilla lucernæ. vn-  
de ait poeta: Testa  
cūm ardente vi-  
derent. Scintil-  
lare oleum, & pu-  
tres concrescere  
fungos. Plin. quo-  
que ait, pluviae  
nuncios esse in  
lucernis fungos.  
Ignis Deum adu. ]  
Quod incredi-  
bile videri po-

test, id à lucertia  
factitatum est, vt  
scilicet vreret Cu-  
pidinem, qui Deus  
est vredinum, & i-  
gnis numen, qui  
exco igni carpit  
vitalia amatorū,  
& occulta inflam-  
matione præcor-

dia populatur in tantum, vt homo verè amans totus ignis fiat  
iuxta illud: Quæritis ignem? ite huc. quæritis, ignis homo est.  
Meritò autem lucerna fingitur interuenire rebus Cupidineis, si-  
quidem amor (vt inquit Fulgentius mythologus) quid aliud nisi  
flamma fertur? extinguitur lucerna amatoria, quando vapore  
ætatis extincta, libido commotitur, & omnis calor ratè iuuentu-  
tis igniculus tepidæ vernalis tatis algescit ingenio. *Amator in-  
uenerit.*] Lucernam festiuiter ait ab amatore, iuentum, vt ad il-  
lius lumen voluptate veneria per noctem potiretur: iuuat enim  
lux & lumen amatores, in colluctatione veneria. De hac lucerna  
ait Propertius: Quam multa opposita narramus verba lucerna.  
De hac Martialis, quam cubicularem vocat: Dulcis conscientia le-  
ctuli lucerna, Quicquid vis facias licet, tacebo. Iuentum ama-  
toris idoneum lucerna est, cum totus ardescit, totus sit flami-  
nuous. Celebratur scriptoribus lucerna appellata polymykos, à  
multitudine harium, sive angulorum, quibus ellychnia complu-  
scula (sic enim fôniculi dicuntur in lucernis) accens, illustrant  
triclinia. Tales sunt lychni penes, laquearibus dependentes,  
quorum flammis noctis tenebrae illuminantur. De lucerna po-  
lymyxo est illud Epigrammatarij distichon: Illustrum cum tota  
meis conuiuia flammis, Totque geram mykos, una lucerna vo-  
cor. Ab hac lucerna lychnidem puellam Psychen appellat Ful-  
gentius, quasi lucernariam. *Inustus.*] Exustus, vestigatusque. *Collu-  
nie.*] Foeditate, flagitióque. *Enectionis appendix.*] Appendix dicitur,  
quod est adiunctum, quasi ex alio pendeat. M. Tullius in  
Hortensio corpus esse tradit appendicem animi. ~~et non eius~~ ap-  
pendicula nominatur. Psychen ait fuisse appendicem Cupidinis,  
dum euhíetur, sustolliturque volatu, quando eius inhærens pedi-  
bus pendula visebatur. *Consequia.*] A consequendo dicta, quasi  
sequa quædam, & conséctatrix. *Cypressum.*] arborem scilicet  
feralem, & Diti sacram, & ideo funebri signo ad domos plesi-  
tam. *Simplicissima.*] Castigatio, qua Cupido Psychen incessit, que  
ob sim-

ob simplicitatem fallacibus sororibus nimirum credidisset: & quibus inducta, circumscripta, decepta est, dum simplicitet nimis & procliviter crudelitatem suam illis addixisset, oblitera mariti mandatorum. Est autem credulitas deceptionum mater, ut inquit Fulgentius. Parentis.] matris. Addici.] mancipari, & addicetam obnoxiamque tradi, ut non tam libero quam seruili matrimonio iungereris. Pertusi.] Cupido, qui alios percutere solet sagittis vrentibus, scipium eodem telo percussit, dum in amore rem Psyches exardescit. Telo meo.] Proverbium Graecum est, πυραύτες μόροι, de his qui se telo suo percutiunt, sibique ipsi existium parant. Est enim pyrausta, bestiola volucris, quae lucernis vtrro aduolat, ignique crematur: unde Aeschylus scite dixit, μέγην πυραύτες μόροι, id est, stultam pyraustam mortem, quae scilicet vtronea se cremat. Caput excideres.] Sic enim suaserant sotores, ut Psychie caput abscinderet nouacula serpenti. Amatores oculos.] Oculi in capite Cupidinis siti, amatores merito Psyches dicuntur, quoniam amor per oculos delabitur. Nam, ut inquit Propertius, Si nescis, oculi sunt in amore duces. & ab Ecclesiasticis scriptoribus oculi in coitionum pleni esse traduntur. Quintilianus quoque in ea declamatione, cui titulus est, Cæcus in lamine: Sunt, inquit, oculi tota nostra luxuria. Hi nos in omnia quotidie vitia præcipitant: mirantur, adamant, concupiscunt. Apud philosophos amoris definitio est, pulchritudinis fruendæ desiderium: hac autem per oculos fruitur. Hic.] haec. Idem.] frequenter. Conciliatrices egregie.] cum ironia dictum. Actum.] confessim, sine dilatione. aduerbiū temporis est. Virgilii: Tum cætera reddet Actum pius Æneas. Quid. Quos e- quidem actum: sed quid prædicere penam Attinet?

*Psyche* verò humi prostrata, & quantum visu poterat, volatus mariti prospiciens, extremis affligebat lamentationibus animam. Sed ubi remigio plumæ, captu maritum proceritas spati⁹ fecerat alienum, per proximi fluminis marginem precipitem se dedit. Sed mitis flumen in honorem\* Dei, scilicet qui ipsas aquas vovere consuevit, metuens sibi, confessim eam innoxio volvime super ripam florentem herbis ex-

Caput. ] remigium, inquit, alarum cum in altum Cupidinem sustulisset, alienum fecerat à captione, ne iterum manibus Psyches prehendi posset. Dixit autem remigio plumæ, ex Virgiliana translatione, qui canit in 6. Remigium ala-

rum, posuitque  
immania templo.  
Captu dixit, qua-  
si captione, pren-  
sionéque. Qui-  
dam legunt, ra-  
pium: sed prior le-  
ctio venustior.

*Aquas rrere.* ]

Cum aquæ ele-  
mentum igni con-  
trarium sit, &  
ignem suapte na-  
tura restinguat:  
eleganter dictum  
est, aquas exuri  
flamma Cupidi-  
nis, qui Nymphas  
aquaticas peræ-  
pe inflammauit,  
& amoris incen-  
dio flagrantes red  
didit, ut poëtæ  
canunt. *Innoxio*

*volumine.* ] ver-  
tigine & volubi-  
litate, nihil Psy-  
chen penitus læ-  
dente. *Superci-  
lium.* Altitudinem  
summitatemque  
marginis amni-  
cæ. Sic Virgil. Ec-  
ce superculo cli-  
uosi tramitis vna-  
dam Elicit. *Can-  
nam Deam.* ] Fa-  
bulam signat, que  
canit, nym-  
pham nomine Sy-  
ringa amatam  
fuisse à Panè deo  
pastorali: eam-

posuit. Tunc forte Pan Deus rusticus  
iuxta supercilium amnis sedebat, com-  
plexus hic humo. Cannam deam, eamq;  
voculas omnimas edocens recinere.  
Proxime ripam vago pastu lasciuiunt,  
comam fluuij tondentes capella. Hir-  
tuosus Deus sauciam Psychen, atque  
defectam, ut cunque casus eius non ins-  
cius, clementer ad se vocatam, sic per-  
mulcet verbis lenientibus: Puella scitu-  
la, sum quidem rusticanus & opilio, sed  
senectutis prolixæ beneficio multis ex-  
perimentis instructus. Verum si rectè  
conieclo, quod profecto prudentes viri  
diuinationem autumant, ab isto tituban-  
te & sepius vacillante vestigio, deque  
nimio pallore corporis, & aßiduo\* sus-  
piratu, imò & ipsis mærentibus oculis  
tuis, amore nimio laboras. Ergo mihi  
ausculta: nec te rursus præcipito, vel  
ullo mortis accersito genere peritas.  
*Luētum desine,* & pone mærorem: pre-  
cibusque potius Cupidinem Deorum  
maximum percole; &, vipotè adolescen-  
tem delicatum luxuriosumque, blandis  
obsequijs promerere. Sic locuto Deo pa-  
store, nullo sermone reddito, sed adora-  
to tantum numine salutari, Psyche per-  
git ire. Sed ante quā multū via la-  
boranti vestigio pererrasset, inscio quo-  
dam tramite iam delabente, accedit  
quandam ciuitatem, in qua regnum ma-  
ritus unius sororis eius obtinebat. Qua-  
re cognita Psyche, nuntiari presentiam  
suam

*suam sorori desiderat. Mox inducta, alternis amplexibus mutua & salutationis expletis, percontanti causas aduentus suis, sic incipit.*

que in arundinem demutatam esse, cùm amatorem insequentem fugitaret. Tunc Pan

fistulā ex cāna glu-

tino cērē compedit. Græco vocabulo ἄρνη fistula nominatur. Plin. syringam calamum vocat, fistulis utilissimum, qui totus concavus est. Auleticon verò tibialem: Græcē enim αὐλός tibia est. Idem ait calamos aucupatorios vocari zeugitas, nescio aut melius exeugitæ dicantur. Nam ιχθύοις aucupor, ιχθύος viscum, ιχθύοντας aucupem significat. Ab eodem Plin. donax calamus nominatur, qui fruticofissimus est. Græcē enim ἄρνης calamus & arundo significatur. A canna fit cannatum, quod est harundinetum. *Retine re.*] Commodior lectio est, recinere. Canna enim fistularis recinit, hoc est, canendo reddit voces omnimas. Ad marem reca-  
nunt, dixit Plin. de perdicibus scribens. *Vago pa.*] libera pastione. *Hirtuosus.*] Pan significatur, qui villosus & hirtus pingitur. Nam Pan in naturæ similitudinem formatus esse traditur: vnde & Pan dictus, id est omne. Habet cornua in radiorum solis & cor-  
nu lunæ similitudinem. Rubet eius facies, ad ætheris imita-  
tionem. In pectore nebridem habet stellatam, ad stellarum imagi-  
nem. Pars eius inferior hispida est, propter arbores, virgulta, & fe-  
ras. Caprinos p̄des habet, vt ostēdat terrę soliditatem. Fistulam  
ex septem calamis compactam, propter harmoniam cæli ex se-  
ptem tonis constantem. Auctor est Herodotus, Pana inter octo  
Ægyptiorum Deos nominari, cuius simulachrum caprina facie,  
hircinisque crutibus figuretur. Mendesij Pana in primis veneran-  
tur, apud quos caprarij in præcipuo sunt honore. Pan vocatur  
Mendes lingua Ægyptiaca. Olim audita est vox à nauticis in ma-  
ri, magnum Pana mortuum esse. *Tondentes cap.*] carpentes: ete-  
nim à carpendo capræ nominatae, quarum saliuæ & morsus est  
arborum venenum: oiliuā mque, quam lamberit capra, statim ste-  
rilescere. M. Varro & Plin. prodiderunt. Apud Græcos prouer-  
biū est, ἀρνία, capra cælestis: de fortunatis, quibus preſtō est  
quicquid concupiscent. Cui consimile est illud quoq; νέπος αὐγά  
στιας, id est cornu copiæ. *Puella citula.*] Verba Panos rusticani  
Dei, ad Psychen: quam scitulam appellat, quasi dicas venustulam  
& elegantem. Teren. in Andria: Scitus puer est natus Pamphi-  
lo. Vbi à Donato exponitur, elegans & pulcher, quem Græci  
οπίλος dicunt. Hinc aduerbiū scitè, quod est eleganter & pul-  
chrit̄. *Opilio.*] Opiliones pastores ouium dici quis ignorat, qui

illud tantum legit vulgatissimum: Venit & opilio , tardi venere  
bubulci? Græcè dicitur μαλεβότης. *Experimentis infra.*] Longa æ-  
tas, vt inquit eleganter Plaut. sapientia condimentum est. Diu-  
nationem autem, ] Coniectura diuinatio quædam est , dicta à  
coniectu, id est, directione quadam rationis ad veritatem. Vnde  
etiam somniorum atque omnium interpretes coniectores vo-  
cantur. auctor Quintil. *Titubante vesti.*] Titubans vestigium, pal-  
lor immodicus, suspiria crebra, indicia sunt amoris. Olim Eras-  
istratus medicus ex coniectura consimili amorem deprehen-  
dit inclusum Antiochi medullis: qui ægritudine amatoria ta-  
bescens, in lecto cubans, accedente Stratonice, quæ visendi causa  
ad eum frequenter ventitabat, tanta repente perturbatione oc-  
cupabatur, vt defectum vocis, rubore in vultus, intuitum oculo-  
rum, sudores acutos, motum incredibilem venæ, cunctaque alia  
signa ( quæ Sappho de amatoribus refert ) intueri in adolescenti  
liceret: statimque post hæc deficiente pedentem sensu , ingens  
pallor toto corpore diffundebatur. Hæc obseruans consultissi-  
mus medicus scienter coniectauit Stratonices amore captum  
esse Antiochum: vafricia quadam atque astu circumueniens  
Seleueum effect, vt Antiocho Stratonica nuberet. Medicinam  
coniecturalem esse autem, & ex coniectura quasi addiunian-  
tes medicos salutariter mederi. *Suspiratu.*] Suspirio. Accersio. Jeo-  
cato, adhibitóque. *Cupidinem Deorum maximum.* Iupiter maximus  
quidem dicitur, sed tamen à Cupidine vincitur, cui cuncta suc-  
cumbunt. Apud Ouid. ait Venus ad filium: Tu superos, ipsūm-  
que Iouem, tu numina ponti Viæta domas: &, vt inquit Seneca,  
Sacer est ignis, credite læsis: nimiūque potens, & in omne  
mundi parte hic regna tenet puer immensis, spicula cuius sentit  
omne genus animantium. *Obsequiis promerere.*] cōcilia tibi Cupi-  
dinem, illi præstando obsequia blanda, & benevolum reddes.  
nam, vt inquit Ouidius, Flectitur obsequio curuatus ab arbore  
ramus: Obsequium tigrisque domat, tumidisque leones. Con-  
simile est illud Quintiliani: Ut pleniore obsequio demereret  
amantissimos mei. *Nomine salutari.*] Lego, numine. Psyche  
enim cum adorasset numen Panos salutare & propitium, ire per-  
sexit. *Infro tramite.* } ignoto & latente. Virgilianum est: Pastor  
agens telis, liquique volatile telum Nescius, hoc est, ignoratus  
& latens. *Vocabula enim sunt compluria, quæ utroque ver-  
sum accipiuntur, habentque ancipitem significationem:* vt  
formidolosus, qui timet, & qui timori est: vt infestus, qui  
nocet, & cui nocetur. *Inducta.* } introducta intra ædes soro-  
rias. Alias inductus, fraudatus: alias cancellatus & expunctus: vt  
inductum

inductum decretum apud Tranquillum, inductum est testamentum apud iurisconsultos. Percunctanti. ] sciscitanti, exquirenti sorori.

*Meministi consilium vestrum, scilicet quo mihi suasi sis, ut bestia, quæ mariti mentito nomine mecum quiescebat, priusquam ingluui voraci me misella hauriret, ancipi nouacula perimerem. Sed cū primū, ut eque placuerat, cōscio lumine vultus eius aspexi, video mirū diuinūmq; prorsus spectaculum: ipsum illum De & Veneris filiū, ipsum, inquit, Cupidinem leni quiete sopitum. Ac dū tanti boni spectaculo percita, & nimia voluptatis copia turbata, fruendi laborem inopia, casu scilicet pessimo, lucerna feruens oleū rebulliuit in eius humerum. Quo dolore statim somno recusus, ubi me ferro & igni conspexit armata: Tu quidem, inquit, \*vbi istud tam di rū facinus? confessim toro meo diuerte, tibi que res tuas habeo. Ego vero sorore tuā (t) nom, quo tu censeris, aiebat iam mihi confessim arra atque his nuptiis coniugabo. Et statim Zephyro precipit, ultra terminos me dorsus eius efflaret. Necdum sermonem Psyche finierat, illa vesana libidinis & inuidiae noxiæ stimulis agitata, preconcinnato mendacio fallens maritum, quasi de morte parentum aliquid comperisset, statim nauem ascendit, & ad illum scopulum protinus pergit: & quamvis alio vēto flante, cœca spe tamen inhibans: Accipe me, dicens, Cupido dignam te coniugem: & tu*

Hauriri. ] vo raret, absorbe rēque. Aequē. } pariter. Percita. } commota, per eulta. Rebulliuit. } bulliendo refu dit, euomuitque stillam feruentis olei super humerum Cupidinis dextrum. Mystico intellectu Psy che lucernam, quæ sub modio coniecta erat, detegit: id est, desiderij flamمام in pectore abs consam depalar, cuius ebullitione incenditur Cupido: quia omnis cupiditas, quantum diligitur, tantum ardescit, & peccatricem suæ carni configit maculam. Recusus. } excussus, experrectusque. Virgilius: Excusor somno. Ferro & igni. ] nouacula & lucerna. Thoro meo diuerte. } Ex matrimonio meo discede, siatque inter Ee iii

nos diuortium. Matrimonium enim dirimitur diuortio, morte, captiuitate, ut tradit Paulus iurisconsultus. Dictum autem diuortium est, vel à diuersitate mentium : vel

*Zephyre suscipe dominam: salta se maximo præcipitem dedit. Nec tamen ad illum locum, vel saltem mortua, peruenire potuit. Nam per saxa canticum membris iactatis atque dissipatis, & perinde ut merebatur, laceratis visceribus suis, alitibus bestiisque obuium ferebant pabulum interierunt.*

quia in diuersas partes eunt, qui distrahunt matrimonium. *Res que tuas habeto.* Verba sunt solennia, quibus in diuortiis vtebantur. Nam ut docet Caius iurisconsultus, in repudiis, id est in renuntiationibus comprobata sunt hæc verba: Res tuas tibi habeto. item, Tibi res tuas agito: sic & matrona Plautina diuortens à marito inquit: Tibi habero res tuas. & apud Maritalem: Mensē nouo Iani veterem Proculeia maritum Deseris, atque iubes res sibi habere suas. In sponsalibus quoque discutiendis placuit, renuntiationem interuenire oportere, in qua re hæc verba probata sunt: Conditione tua non vtar. *Nomen quo tu censeris.* Quasi dicat, Tu diceris Psyche, quod anima sonat: illa mihi erit anima & vita. Plautus ait, amicam animam esse amanti. vel, sicut tu nomine vxoris & matrisfamiliâs censeris, hoc est in pretio es apud me: eodem hoc nomine sororem tuam mihi copulabo, ut illa mihi sit vxor, & materfamiliâs. Vel expone, Nominatim te nuncupauit, ad differentiam alterius sororis. *Arra.* *Pignore:* alio nomine arrhabonem nuncupamus. dictio frequens est vtraque apud auctores. Quadrigarius, obfides in fidei pignus datos à Samnitibus Romanis, decenter appellat arrhabonem. In obsecno carmine scriptum est: Ut ilis hæc, artam si dederitis, erit. *Efflaret.* *Eflatu suo exterminaret, expelleretque.* Praeconcinato menda-  
cio. *Præparato, & antè contexto, consutóque.* *Alio vento.* Non Zephyro illo salutari, cuius vētura molli & tuta vti solebant. *Cē spe.* Idum sperat, quod nusquam videt, quod ignorat. *Inhians,* defideranter cupiens. *Ad illum locum.* *Elo micilium scilicet illud beatissimum, quo Psyche fortunata prius fruebatur.* *Per saxa can- zium.* *Ipse satorm aspera.* *Aliibus.* *Sic Virg. alitibus liquere fr̄cis, aut gurgite mersum Vnda feret, piscesque impasti vulnera lambent.*

*Sequentis. Falterius scilicet sororis. Errabundo.*

*Nec vindictæ sequentis poena tardavit. Nā Psyche errabudo rursus gradu-*

*perue-*

peruenit ad ciuitatem aliam, in qua par  
ri modo soror morabatur alia. Nec se-  
cius & ipsa fallacie germanitatis indu-  
cta, & in sororis sceleratas nuptias em-  
mula festinavit ad scopulum, inque si-  
mile mortis exitium \* cecidit: interim  
dum Psyche quæsitioni Cupidinis in-  
tenta, populos circuibat. At ille vulnere  
lucernæ dolens, in ipso thalamo matris  
iacens ingemebat. Tunc auis per alba  
illa gauia, que super flumina marinos  
pinnis natat, demergit sese propèrè ad  
Oceani profundum gremium. Ibi com-  
modùm Venerem lauantem natantem  
que propter assistens, indicat adustum  
filium eius gravi vulnere, dolore mo-  
rentem, dubium salutis iacere, iamque  
per cunctorum ora populorum rumorib-  
us conuiciisque varijs omnem Vene-  
ris familiā male audire, quod ille qui-  
dem montano scortatu, tu vero marino  
natatu secesseritis. Ac per hoc non Voluptas illa, non Gratia, non Lepos, sed  
incompta, & agrestia, & horrida cun-  
cta sint: non nuptiae coniugales, non ami-  
citiæ sociales, non liberum charitates,  
sed enormis eluuiæ, & squalentium fœ-  
derum insuaue fastidium. Hic illa ver-  
bosa & satis curiosa auis, in auribus  
Veneris filium lacerans existimatio-  
nem, ganniebat.

Lucernæ vulnere adustus, cum dolore decumbebat. Commodum.]  
eo momento, id horæ, tunc tunc. Super hoc aduerbio satis  
multa in superioribus explicata. Lauantem.] Merito Vene-  
rem natantem lauantemque corpus inducit in imo Oceano, pro-

erratico, diu mul-  
tumq; errante. Ca-  
tuilus: Errabunda  
reges tenui vesti-  
gia filo. Nec seci⁹. }  
nec tardius, nec so-  
gniūs. & videtur à  
fero dictū, vt grā-  
matici notant. A-  
ctius in Amphi-  
tryone : Si forte  
paulò quām veniā  
seci⁹. Inq; simile. }  
Sicut extincta fue-  
rat prior soror, sic  
simili eodē quoq;  
genere mortis &  
exitio altera occu-  
buit, dū scilicet se  
præcipitē dat ex  
scopulo. Ille.] Cu-  
pido. Auis gauia. }  
Gauie aues sunt a-  
quaticæ, que bella  
gerūt dissidiāque  
cum anatibus, Pli.  
in 10. Dissidēt, in-  
quit, aquaticæ ana-  
tes, & gauia. Idem  
auctor est, gauias  
in petris nidifica-  
re. Nūc memorat  
Apuleius, gauiam  
in imā pelagi pro-  
funditatē sese de-  
mergit, indicat  
se Veneri, quēad-  
modum Cupido

ptereà quòd Dea maris est , & ex spuma maris genita fertur. Quod ideo finxit antiquitas , quia spermatis siue genituræ natura spumosa est, vt docet Aristoteles lib.2.de generatione animalium. *Proprius.*] propè: propter aquam, propter aquarium, dixerunt Lucretius & Virgilius. *Malè audire.*] vituperari, infamari que: sicut econtrario bene audire est laudari , celebrarique M. Tullius in epistolis ad Atticum : Me idcirco putent bene audire velle, vt ille malè audiat : & rectè facere non mea laudis, sed illius contumeliaz causa. *Montano scortatu.*] Ait gauia avis ad Venarem : Familiam Veneris vituperari, ipsūmque in primis Cupidinem infamari , quòd ob amorem Psyches meretricium, secesserit procul à commercio mortalium : & quòd ipsa quoque Venus sese subduxerit ex cœtibus humanis, dum natabula aquariorum marinorum expedit : qua ex re fieri ait , vt Venere Cupidineque sublatis, squalem̄ omnia, horrida & inulta sint. Huic sententiaz haud absimile est illud Senecæ ex tragedia , quæ inscribitur Hippolytus : Excedat agendum rebus humanis Venus, Orbis iacebit squalido turpis situ. Scortatu autem , pro scortatione amoreque meretricio ponitur. Dicitus scortatus ea forma, qua concubinatus, pellicatus, aliisque id genus. *Non voluptas ultra.*] Veneris & Cupidinis comites sunt, voluptas, Gratiæ, lepiditates omnes. Claudianus in epithalamio scribit, in comitatu Veneris esse delicias omnis. Donatus leporem, venustatem esse autumat: unde lepidus dictus, in quo leporis est plurimum. Graciæ, amida, squamam vocant, unde lepos detinatur. Subducta Venere, nulla usquam voluptas, nullæ gratiæ conuisuntur , quæ sine Venere ingratæ sunt. *Nuptiæ conjugales.*] Sine Venere non conjugia, non amicitiæ, non amores filiorum esse possunt, sed cuncta squalentia, & situ deformata sint necesse est. *Ganuies.*] Lego, elpusier, quod ad lordes & de honestamenta referendum est. *Agnis.*] gauja. *Ganniebat.*] insulsurabat, immurmurabat. Gannitio propriè canum est querula murmuratio.

*Solidum exclamat.* *solidam voce,*  
firma, magna, durabili : nomen  
pro aduersio. sic  
Virgil. Totumque  
repente Clamat.  
*Bonus filius.*] Ironicos pronun-  
tiandum . *Pro-*

*At Venus irata solidū exclamat re-  
pentē: Ergo iā ille bonus filius meus ha-  
bet amicā aliquam? Prome, age tu, quæ  
sola mibi seruis amāter, nomē eius, quæ  
puerū ingenuum & inuestem solicita-  
uit, siue illa de Nymphařū populo, sen-  
de Dearū numero, seu de Musarū cho-  
ro, vel*

ro, vel de mearum Gratiarum ministerio. Nec loquax illa conticuit anis: Sed nescio, inquit, domina: puto puellam, si probè memini, Psyches nomine dicitur, efflcta cupere. Tunc indignata Venus exclamauit: Vel maxime Psychem illum, me & formæ succubam, mei nominis emulam, verè diligit. Nimirum illud incrementum lenam me putauit, cuius monstratu puellam illam cognosceret. Hic queritans \* propter emergit à mari, suumque protinus aureum thalamū petit: & reperto (sicut audierat) egroto puer, iam inde à foribus quam maximè boans: Honesta, inquit, hac, & natibus nostris, bona que tue frugi congruentia? ut primum quidem tue parentis, immo domine precepia calcares, nec folidis amoribus inimicam \* me meam cruciares: verum etiam hoc atatis puer, tuis licentiosis & immaturis iungeres amplexibus, ut ego nurum scilicet tolerarem inimicam. Sed vtique presumis nugo & corruptor, & inamabilis, te solum generosum, nec me iam per atatem posse concipere. Velim ergo scias, multo te meliorem filium aliquin genituram: immo, ut contumeliam magis sentias, aliquem de meis adoptataram vernulis, eique donaturam istas pinnas, & flamas, & arcum, & ipsas sagittas, & omnem meam supellecile, quam tibi non ad hos usus dederam. Nec enim de patris tui bonis, ad in-

me. ] exprime, enuntia, demonstra. Ab hoc verbo promus dictus, qui ex promptuaria cella promit cibaria, Plaut. Ego sum promus condus, procurator peni. Non men eius. ] scilicet puellæ. Inuestem.] Cupidinem significat, qui ingenuus & inuestis figuratur, hoc est imberbis: antiqui enim vestem barbam dixerunt. Vnde vesticeps, barbati: inuestes, qui sine barba sunt, nominantur. In Apologia: Inuestem à nobis accepisti, vesticipem illicò reddidisti. Arrogari non poterat, inquit Gel. nisi vesticeps. De nympharum populo.] Multa sunt genera nympharum. Nymphæ numina sunt fluorum, à fontibus ducentes originem. Vnde Virgi. Nymphæ Laurentes, nymphæ genus amnibus

vnde est. Nymphae montium Oreades dicuntur, & enim Græcè mons est: Dryades, syluarum, quoniam Græcè spis quercus: Hamadryades, quæ cum syluis nascentur. sunt enim quædam nymphæ ut auctor est Plutarchus, viuentes vna commorientesque cum arboribus. Sunt & Naias, quæ floribus & virgultis delectantur: vnam enim Græci dicunt salutum, locumque syluosum. Naiades fontium, Nereides maris. Memoriae proditum est, quicunque effigiem nymphæ viderit, eum surrendi non facere finem. hos Græci νυμφοληπτοι, Latini lymphatos appellant. Nymphæ à nymphis dicta, quæ balnea & lauacra significant. Iosephus nymphæ lacus & balneas interpretatur, cùm sic scri-

structionem istam quicquam concessum est. Sed male prima pueritia instructus es, & acutas manus habebas, & maiores tuos irreuerenter pulsasti toties: & ipsam matrē tuam, me, inquam, ipsam, parricida denudas quotidie, & percussisti sapius, & quasi viduam utique contemnis. Nec utricum tuum, fortissimum maximumque bellatorem, metuis. Quidni? cui sapius in angorem mei pellicatus, puellas propinare consueuisti. Sed faxo te lusus huius paeniteat, & sentias acidas & amaras nuptias istas. Sed nunc irrisui habita quid aga? quò me conferam: quibus modis stellionem istum cohibea? Petamne auxiliū ab inimica mea Sobrietate, quam propter huius ipsius luxuriam offendit sapius? aut rusticæ squalentis que fæmina colloquium prorsus adhibendum est? Horresco: nec tamen vindictæ solatium tantum spernendum est. Illa mihi prorsus adhibenda est, neculla alia: quæ castiget asperrimè nugenem istum, pharetram explicet, & sagittas dearmet, arcum denodet, tædam deflammet, immo & ipsum corpus eius acrioribus remedis coercet. Tunc iniuria mea litatum crediderim, cùm eius comas, quas istis manibus meis subinde aureo nitore perstrinxì, deraserim: pinas, quas meo gremio noctarei fontis infeci, prætotonderim. Sic effata, foras sese proripit infesta, & stomachata biles Venerias.

bit li-

bit libro 1. Iudaici belli: Apud Ascalona condidit nymphæ, siue lacus & balneas. *vūμην* Græcè dicitur sponsa, *vūμης* sponsus. *Mearum.*] Gratiæ, quæ Græco vocabulo Charites, dicuntur, meritò famulæ Veneris, & ministræ esse dicuntur: quando sine Venere gratia omnis ingrata est, inamabilis, & proflus inuenusta. Græci Charita vocant Venerem illam siue venustatem, quam Apelles sibi peculiariter vendicat in pictura, qua sola sibi neminem parem esse dicebat. *Loquar.*] Corrigo, loquax. gavia enim avis loquax meritò nominatur, quam & superioris verbosam appellavit, quæ Veneri cuncta denarravit. Tales, lingulacæ, loquutuleiæ, blateratrices, eleganter dicuntur. *Puellam.*] quasi ynam ex mortalibus fœminis. *Effliclē.*] vehementer, perditè: quod & effictim dicitur. aduerbiū est. *Meę formę succubam.*] Succuba quasi vicaria dicitur, ac æmula, succedensque in alienam vicem & locum. Ouidius: Quod gemit Hypsipyle leā quoque succuba nostri, Mœreat, & leges sentiat ipsa suas. Venus succubam formæ suæ Psychen eleganter appellat, propterea quòd ut altera Venus religiosis adorationibus culta fuerat, & venerationis vicariæ partiatio honore honestata. *Illud incrementum.*] Hoc est, inquit, quod indignationis auctarium est & cumulus, quod me lenocinij officio functam esse opinatur filius, tanquam monstrauerim ego illi quem diligeret. *Queritans.*] id est, vehementer delamentata. Quòd si legas *Quirites*, tans expones, valdè vociferans: quiritare enim est, Quirites ciere, & Quiritium fidem clamando implorare: unde quiritare pro vociferari & clamare usurpatum: auētores M. Varro & Diomedes. Lex fuerat proquiritata, dixit Sidonius, pro eo quod est promulgata, & præconis boatu denunciata, publicataque. *A foribus.*] antequam cubiculum introiret. *Boans.*] clamans, vociferansque boare enim est sonare & clamare: unde Reboat sylvae, apud Virgilium, pro resultant & remugint. Nonnulli dialecticorum, Verbum dictum esse autem à verum boando, hoc est verum sonando. Ennius sonum pedum bombum pedum dicit. Ex hoc autem quod boans alta voce filium compellat, cognoscere potes, quam sera & seria & seuera obiurgatione sit Cupidinem castigatura. *Honestæ hæc castigatio.*] Veneris ad filium, orsa ab ironia. *Bone fru.*] hominem bonæ frugi dicimus temperatum, utilem, necessarium: laudantur serui, qui bonæ frugi sunt. *Sordidus amor.*] Petierat Venus à filio, ut Psyche amore flagrissimo hominis extremi ac sordidissimi teneretur: nunc dolenter afficitur, mandatum suum à filio posthabitum per contem-

ptionem fuisse. **Hoc etia.** Jista ætate puerili, quæ nondum rebus  
 amatoriis videtur idonea. Multa autem est copia talis loquutionis  
 apud veteres scriptores. interim vno exemplo Ciceronis  
 contenti erimus, quod obuium est: sic enim scriptum est in 1.  
 de Oratore: Peto igitur, inquit Crassus, à te, quoniam id nobis  
 Antoni, hominibus id ætatis oneris imponitur. **Nugo.** ]nugonem,  
 vt paulò pōst quoque appellat filium, nomine probroso &  
 obiurgatorio: quasi nugatum plenum, & nulli rei bonæ idoneum. **Per etia.com.** }arbitraris, inquit, me vetulam esse: & ob æta  
 tem non posse alterum Cupidinem progenerate: sed Diis &  
 Deabus nullum senium, nulla annositas obest, cùm æuiterni sint,  
 nec vñquam emoriantur: mulieres vero mortales post 50. an-  
 num non gignunt, maiörque pars quadragesimo profluvium  
 genitale silit: nonnullæ, vt inquit Aristot. 60. anno pepererunt.  
 Cornelia ex Scipionum gente, post 62. annum, vt Plinius refert,  
 genuit Volusium Saturninum. **Lucret.** Deditit vt mulier spacio  
 defessa vetusto. **Adoptaturam.** Iure inquit, adoptionis aliquem  
 ex seruis domesticis mihi filium asciscam, qui vicarius sit, suc-  
 cedarque in nomen & bona suppellectilemque Cupidinis: iure  
 enim adoptionis transit adoptiuus in nomē, in familiam, in hæ-  
 reditatem adoptatōis. Seruus quoque manumissus patroni  
 nōmen accipit: quod & Lactant. memorat lib. 4. institutionum.  
 Sic Pompo. Atticus à Cæcilio adoptatus, deinceps dictus est  
 Cæcil. Pomponius. De quo M. Vatro in 2. de re rustica: Qui tunc,  
 inquit, Titus Pomponius, nunc vocetur Cæcil. Pomponius, no-  
 mine eodem M. Tul. perquām eleganter ob hanc nominum  
 usurpationem in epistolis ad Atticum scribit: Dio. tanquam  
 adoptatum à se ipso & Attico simul nominandum esse, M.  
 Pompo. Dio. Verba Ciceronis hæc sunt de Eutychide: Gratum  
 quod vetere prænomine, noue nomine Titus erit Cæcil. vt ex  
 me & ex te iunctus, Dio. M. Pomp. in adoptione seruatur, vt na-  
 turam imitetur. Inde reprehensus Clodius, quod se Cæcil.  
 Fonteio natu minori adoptandum dederit. **Meam sup.** } mater  
 materna bona erupturam filio se minitatur, & alteri donaturam:  
 cùm iure ciuili possit mater suppellectilem suam legare cui ve-  
 lit, cùm paterna bona ad filium pertineant. **Ad instructionem.** }  
 Legale verbum est, sicut & instructus fundus, & instrumentum  
 legatum. **Pulsisti.** } violasti, infamasti: nec enim ad sa-  
 gitæ Cupidineæ ictum est id tantum referendum, sed ad  
 omnem infamiam & sugillationem. Iulius Firmicus, Pulsatus  
 infamia. Virg. Pulsatos referens infecto foedere diuos. **In-**  
 ductus. } Hic expone pro institutus, educatus, conformatus: tan-  
 quam

quam educatio illa primigenia plurimum polleat ad mores  
formandos. *Percusisti sepius.* } quia Venus amauit Adonin,  
Martem, Anchisen, & alios: quod sine Cupidinis sagitta fieri  
non potuit. & ita subtiliter mater imputat filio, quod ipsa spon-  
te commisit: & deriuat crimen quando ita comparatum est, ut  
homines malint vitia sua excusare, quam excutere. *Quasi vi-  
duam.* } filius sub matre vidua liberius dedit, & securius agit: vi-  
dunturque viduae matres natis contemptiores esse quam nuptae.  
nam, ut scribunt iurisconsulti, foeminæ in potestate liberos non  
habent. Viduae ut imperiosæ à scriptoribus taxantur. Marti-  
tialis: Imperia viduarum Proculis. Iuuenal: Vidua est, locu-  
ples quæ nubit auaro. Horatius: Ut piger annus Pupillis, quos de-  
ra premit custodia matrum. Vitricum suum. ] Martem signat,  
Veneris maritum, de quo Ouid. Vitricus & gladiis & acuta di-  
micit hasta. *Quidni?* } quare non? comica locutio. Horat. Quidni  
concurrit horæ Momento. Donatus: Est, inquit, quidni, aut  
quid nisi, aut cur non: quia veteres ne prone ponebant, & ne pro  
non. *Puellas propinare.* ] Sensus est: ut ego magis angari & cruciet  
ob pellicatus suspicionem, puellas exhibeas conciliisque Marti  
coniugi. Nihil autem grauius ferunt acerbiisque foeminæ, quam  
pellices. Iuuenal. Tunc ficta pellice plorat. *Quod autem Mars  
amauerit præter Venerem alias quoque docent poetæ, & exem-  
pla testantur, quibus inuulgatum est inter cætera, Romulum Ro-  
mæ conditorem ex Marte & Ilia esse progenitum. Idem Nerien-  
em amasse fertur, eamque iustæ vxoris loco habuisse. quod &  
Plaut. indicat, sic scribens in Truculento: Mars peregrè adueni-  
ens salutat Nerienem uxorem suam. & in annalibus Gellij Heili-  
lia ita precatur: Nerio Martis te obsecro, pacem dare ut liceat  
nuptiis propriis & prosperis, ut de tui coniugis consilio contigit:  
de tui, inquit, coniugis consilio, Martem scilicet signifi-  
cans. *Pellicatus.* ] ut concubinatus, ut scotatus, sic & pelli-  
catus dicitur, yidelicet à pellicibus, quæ inuisæ infestæque sunt  
maritatis foeminis: unde ex lege Numæ Pompilij pellex veta-  
batur templum Iunonis introire, quæ odio semper inter necino  
pellices est insequuta. Verba legis antiquissimæ sunt hæc:  
Pellex ædem Iunonis ne tangito: si tangit, Iunoni crinib. dimis-  
sis agnum foeminam credito. Refert M. Tul. de Offic. 2. Ale-  
xandrum Pheræum ab uxore imperfectum esse propter pelli-  
catus suspicionem. *Propinare.* ] porrigitæ, & quasi prægustandas  
tradere. super quo verbo apud Suetonium satis multa. *Faxo.* ] fa-  
ciam. *Stellionem cohíbeam.* ] Probroso nomine & maledico filium  
stellionem appellat: est enim stellio bestiola minor lacerta, ore*

maculoſo:&c, vt inquit Ouid. Variis ſtellitut corpora guttis: unde à stellarum quaſi pictura & varietate ſtellio dictus eſt. Nullum animal ſtellione fraudulentius: inuidere homini tradunt. inde ſtellionum nomen aiunt in maledicuum translatum, ſtelliones tuniculam exuunt, & ſenium, more cæterorum ſerpentium, ſtatis temporibus. Has exuuias Theophrastrus, Plin. cæteri, autumant remedio eſſe morbo comitali: ſed niſi confeſtim eripiantur, malignoſe præſagio an naturali appetentia, illico conueruntur & deuorant. ideoque cum exuitur membrana à ſtellione, obſeruatur cubile: vbi v̄re incipiente fixilib. harundinibus textas opponunt casas, quarum angustiis gaudet, eo facilius exuens circumdatum ſenectæ torporem: eoque derelicto, non potest remeare. Arbitrantur eruditi, ſtelliones vulgo nunc tatanulas vocitari, Græci ἀσκελαβωτας vocant. Tradit idem Plin. volumine vnde trigesimo, ſtellionem ſcorpio eſſe contrarium in tantum, vt viſi quoque pauorem hiſ afferat, & torporem frigidi ſudoris: Græci colotem vocant, & aſcalabotem, & gaſleotem. Aristophanes meminit aſcalabotæ in comœdia quæ inſcribitur Nephelæ: hic plenus eſt lentigine ſtridoris acerbi. Inde ſtellionatus crimen, cuius apud iuriſconsultos multa mentio eſt, noſmen ſumpſiſſe creditur. ſtellionatum autem obiici posſe hiſ qui dolo quid fecerint, ſciendum eſt: & vbi cunque titulus criminis deficit, illic ſtellionatum obiicimus, vt inquit Vlpiānus: maximè autem in hiſ locum habet, ſi quis forte alij rem obligatai diſſimulata obligatione per calliditatem alij diſtraxerit: item ſi quis merces ſuppoſuerit, vel corrupeſit, & ſi quis impostaſ fecerit, ſtellionatus reuſ erit: & vt generaliter dixerim, deficiente titulo criminis hoc crimen locum habet. Poena autem ſtellionatus nulla legitima eſt, cum nec legitimum crimen ſit. Quod ait Vlpiān. ſi quis impostaſ fecerit, ſcito (vt id quoque in transcurſu annotemus) impostaſ dici fraudem, falſiam, deceptiōnem. Iulius Capitolinus in Galieniſ: Impostaſ fecit & paſſus eſt. Imponere eſt, decipere & fallere: quo verbo vtuntur Iuuenaliſ, Martialiſ, M. Tul. omniſ denique ſchola eruditorum. Apud ecclesiasticos quoque ſcriptum eſt, Cur nobis imposuisti? inde impostaores pro fraudatores, circunſcriptoresq. & apud Statium, Mens cunctis imposta manet: pro fraudulenta & fallax. Conſimilis ſignificatus verbum illud implanare Cypriano, quod ille prop̄ peculiari ter vſurpat pro decipere, ſeducerēque, ab eodem implanator dicitur, ſeductor & impostaor. Acidas naptias. Jà ſapore aſpero & amaro facta translatio. Saporum genera multa reperiuntur: dulcis, ſuavis, pinguis, amarus, austerus, acer,

acer, acutus, acerbus, acidus, salsus. Credo acidum esse illum sa-  
porem, quem medici ponticum vocant, & stipticum, nam Ga-  
lenus ponticum à stiptico vix sciungit. nostri vim stipticam,  
astrigentem & astrictoriam interpretantur. Obiter enarran-  
dum, quid significare voluerit Pli. scribens de alumine lib. natu-  
ralis historiæ 35. his verbis: Omnia generum vis in astringen-  
do. unde à Græcis, ait Plin. inpositū nomen alumini, à vi astrin-  
gendi. quod autem sit id nomen, supprimit. Scito à Græcis dici,  
& ita appellat Gal. in libro de simplici medicina, à vi scilicet &  
potentia stiptica siue astrictoria. apud eundē frequēter usurpat  
ponticitas, & stipticitas vocabulis visitationibus quā doctioribus.  
*Sobrietate.*] Nihil est tam inimicum Veneri, quam sobrietas, fru-  
galitasque. Nam sine Cerere & Baccho frigeret Venus. Quā  
Voluptatis comites describuntur à Silio, eadem Veneri ascri-  
bi possunt, sic enim inquit lib. 15. Punicorum: Ebrietas tibi  
fida comes, tibi Luxus, & atris Circum te semper volitans, In-  
famia pennis. Sobriosus, eleganti vocabulo dictus Cypriano,  
sobrietatis cultor, & frugi. *Rusticae.*] Rusticitas omnis, fordes,  
squalor, illuuius, præcul sunt à Veneris contubernio. *Illa mihi ad-  
hibenda.*] tandem delibera adhibere opitulatricem Sobrietatem,  
ad Cupidineum multandum: nec enim illa res magis exarmat  
infringitque Cupidineum, quam sobrietas, quam abstinentia,  
quam frugalitas. *Nugonem istum.*] contumeliosè dictum in  
Cupidinem, tanquam odiosum iam & molestum. Nam hæc  
significat Istum. Sic Teren. Istum æmulum, quod poteris,  
ab ea pellito. Propertius: Iste quod est, ego sæpe fui. Virg.  
Aut quid petis istis. Hæc enim pronomina, ut docet Donatus,  
spernentis sunt, odiūmque demonstrantis. *Explicit.*] relaxet,  
resoluatque, ita ut fiat fluxura sagittarum. *Dearmet.*] exarmet, &  
vi noxia viduet. A Liuio dicitur dearmatus exercitus. *Arcum de-  
nodet.*] Nodatur arcus, quando intenditur: denodatur, quando re-  
lentescit. Significantissimis autem verbis singula eola & mem-  
bra exequitur. *Tedam desflammet.*] faciem restinguat, flammis  
que despoliet. hæc enim particula De in hisce omnib. verbis si-  
gnificat priuationem. Interdum habet vim aetiūam, & val-  
de significat: ut, Defessus sum, pro valde fessus: &, Deamo  
te Syre, pro valde amo. *Iniurie litatum.*] Sicut qui litat Diis, pro-  
pitiat Deos, placat, & votum impetrat, ita ait Venus litatum iri  
iniuriæ suæ, hoc est satis fieri posse & placari: sicqnam derase-  
rit. Cupidini, & pennas detonderit, quibus ille superbiens & fa-  
stuosus, cuncta conculcat. Sacrificare est omniū, litare est pau-  
corum. Hinc ait leno Plautinus: Tum me Iupiter faciat ut sem-

per sacrificem, nec vñquam litem. Subinde.] frequentet. Aut<sup>eg</sup>  
nitore. ] vinculo aureolo comam Cupidinis filij se s<sup>a</sup>pe nodasse  
atque perstrinxisse significat. Stomachata biles *venerias.*] Indigna-  
bunda & bili percita, qua Venus stomachabunda turgete solet,  
& concitari. Græci melancholiam vocant, quam nostri atram  
bilem, quæ hominem facit furentem & insanum: adeo magnum  
inest bilis virus, cùm se fundit in animum. De varietate effe-  
ctuque multiplici atræ bilis, luculentum problema est apud Aiu-  
stotelem.

Tumido.] Indignationem ira-  
cundiāmque præ-  
se ferente. I:a  
enim, vt inquit Se-  
neca, se profert, &  
in faciem exit. Di-  
xit quoque Plau-  
tus festiuiter, nec  
minus eleganter,  
in fermento es-  
se fœminam, in-  
telligi volens  
irascitatem: vt  
enim fermento  
turget panis, sic  
ex bili & ira tur-  
gent præcordia,  
& vultus in rubo-  
rem tumorēm-  
que effruescit, fit  
fœda visu facies,  
deprauantium se  
atque intumes-  
centium. hæc  
enim irarum si-  
gna indiciaque  
sunt: auctores Se-  
neca, Gellius, Plu-  
tarclus, cæteri.  
*Venustatem coer-  
ceret.* ] Ira for-  
mam deformat,

Sed eam protinus Ceres & Iuno co-  
mitantur, visāq; vultu tumido,\* que-  
siere, cur truci supercilie tantam venu-  
statem micantium oculorum coercent?  
At illa: Opportunè, inquit, ardenti pro-  
sus isto\* modo pectori, violentiam scili-  
cat\* perpetratur. venitis. Sed totis oro-  
vestris viribus Psychen illam fugitiuā,  
volaticam, mihi requirite. Nec enim  
vos utique domus mee famosa fabula,  
& non dicendi filij mei factum late-  
rint. Tunc illa ignorare que gesta sunt,  
palpare Veneris iram sauentem sic a-  
dorte: Quid tale, domina, deliquit tuus  
filius, vt animo pernicaci voluptates il-  
lius impugnes: &, quam ille diligit, tu  
quoque perdere gestias? Quod autem  
oramus, isti crimen, si puella lepidæ li-  
benter arrisit? An ignoras, eum mascu-  
lum & iuuenem esse? vel certè iam  
quot sit annorum oblita es? An quod  
ætatem portat bellulè, puer tibi semper  
videtur? Mater autem tu, & præterea  
cordata mulier, filij tui lusus semper ex-  
plorabis curiosè, & in eo luxuriem cul-  
pabis, & amores reuinces, & tuas artes  
tuasque delicias in formoso filio repre-  
hendes?

bendes? *Quis autem Deum, quis hominum patietur, passim cupidines populis disseminantem, cum tue domus amores amore coercentes, & vitiorum mulierium publicam precludas officinam?* Sic illæ metu sagittarum, patrocinio gratiose Cupidini, quavis absenti, blandiebantur. Sed *Venus indignata ridicule tractari suas iniurias, præuersis illis, altè rursus concito gradu, pelago viam capessit.*

venustatem deueniuntat, flagrant oculi, os turbidum fit, labra quatuntur, dentes arietantur, capilli subriguntur, manus comploduntur: nescias, utrum magis detestabile sit, an deformis, vitium iracundiae. *Violentiam.*] Tanquam

non sponte, sed vi compulsa Venus, ardorem ab imis præcordiis æstuantem sedatura sit. Ideò autem ardenti pectori dixit, quia (ut philosophi tradunt) ira mouetur ex pectori effervescente circa cor sanguine. Causa autem cur potissimum assignetur iræ locus, nou alia est, quam quod in toto corpore calidissimum est pectus. *Volaticam.*] In fuga pernicem, & quasi volatu aufugientem. Seneca: Meministi dixisse me volaticum esse ac leuem, & te non pedem eius tenere, sed pennam. M. Tul. in epistolis ad Atticum: O Academiam volaticam, & sui similem, modò huc, modo illuc. *Fugitiuam.*] Alludit ad fugitiuum seruum, quem inquirentibus Senatus consultum & lex Fannia prospexit: multa etiam in magistratus statuta, si inquirentes non adiuuent: sed & in eum, qui queri apud se prohibuit, eadem pena statuta est etiam generali epistola divisorum Marci & Commodi, quæ declarat & praesides & magistratus adiuuare debere in inquirendis fugitiuis. Scite igitur & significanter dixit, Fugitiuam mihi requirite. *Famosa fabula.*] Infamis rumor, & fabula infamiae plena de Cupidine. *Ignarae.*] Melius legas gnarae, tanquam callentes, scientesque quicquid contigisset. Deorum enim est, cuncta nouisse: unde & dæmones à scientia nuncupati sunt, qua prædicta est eorum natura. Non facit ad stomachum Fulgentij interpretatione, scribentis Dæmonas dici ex eo, quod populos subdere cupiebant. *μοις* enim Græce populus dicitur. argutiola hæc vanior quam verior creditur. *Palpare iram.*] Mitigare, mulcere. Palpare propriè est manu mulcere, ex hoc interdum accipitur pro adulari. Horatius: Cui male si palpere, recalcitrat vndeque tutus. apud Plautum, palpo percutit: pro adulazione & blandimentis. Palpatur dixerunt veteres, pro palpat. Lucilius: Hic ubi

me videt, subblanditur, palpatur, caput scabit. *Domina.* } Nomine  
venerationis Venerem dominam appellant, ut pote Deam po-  
tentissimam: cuius dominatu cuncta superantur. vel ironicōs di-  
ctum accipe ab his Deabus, quae infensa infestaque Veneri fu-  
se traduntur: altera ob mariti concubinas, altera ob Proserpinę  
raptum, cuius conciliatrix & architecta fuit Venus. *Pernicaci.* }  
peruicaciam à pertinacia hoc distare grammatici existimau-  
runt, ut peruicacia interdum sit bonarum rerum perseverantia,  
pertinacia semper malarum. Huic distinctioni subscribit illud  
Accij ex Myrmidonibus: Peruicacem dicas me esse, facile patior:  
pertinacem, nihil moror: hæc fortes sequitur, illam indocti possi-  
dent. Verum hæ grammaticorum obseruationes interdum præ-  
rancidæ sunt, nec ad æquilibrium perpensæ. Econtrario enim &  
pertinacem in malo apud scriptores idoneos identidein licet re-  
perire. Supersedeo exemplis, quæ infinita sunt, & à nobis aliubi  
recitata. *Quot annorum.* } Tanquam ex ephesis iam excesserit, sit-  
que meritò eximendus ex materna tutela, ac iam possit impu-  
niùs lasciare: usurpans illud Plautinum, *Ætas mea iam excessit*  
*ex magistratu tuo. Bellule.* } Scitè ac decenter. dicitur autem Cupi-  
do ætatem bellè portare, quia si formam eius spectes, puer sem-  
per esse videbitur: est enim inuestis, & puerili ætate spectabilis.  
*Cordata mulier.* } prudens, circumspecta, sagax. In corde enim (vt  
inquit Plin.) habitat mens: & secundum Aristotelem, cor fons est  
venarum, arteriarum & sensuum. A uicenna, Galenus, cor fonte  
vitæ, & radicem, nec non principium virtutis vitalis esse autu-  
mant: & quibusdam cor (auctore M. Tullio) animus videtur. Un-  
de meritò cordati dicti prudentes, sicut econtrà vecordes & ex-  
cordes pro yesanis: ex quo Nasica ille prudens corculum appelle-  
latus, ut est ab Ennio dictum: Egregiè cordatus homo catus He-  
lius Sextus. Super qua re annotamenta fecimus in t. commenta-  
rio Tusculanarum. Plinius refert, Catos Corculos apud Roma-  
nos cognominatos esse, qui sapientia præcellebāt. in vulpe, quod  
eceli fidus est, habentes horoscopum, erunt cordatissimi. *Semper*  
*explorabis.* } Castigatur Venus, tanquam non deceat matrem ob-  
setuare nimis curiosè voluptatem & lusus filij, cum parentes ple-  
runq; debeat conniuere in negotiis filiorum: alioqui retorque-  
bitur in illo illud Comicum: Quàm iniqui sunt parentes in filios  
iudices, qui & quum esse censem, nos iam à pueris illicò nasci se-  
nes, neque illarum affines rerum quas fert adolescentia. Detur  
(vt inquit verissimè elegantissimeque M. Tul.) aliquid ætati: sit  
adolescentia liberior: non omnia voluptatibus denegentur: vin-  
eat aliquando cupiditas volupasque rationem. *Reuincies.* } re-  
dargues,

dargues, refutabis: tanquam amori amores sint conuenientissimi. A. Gellius: In culpa & maleficio reuicti sunt. Tuas artes reprendes. } Absurdum videtur esse, quod patens reprendat in filio eas artes atque delicias, quarum ipsa magistra est, & quas profitetur. Ridiculum enim foret, si luscus luscum, claudus claudum conuicio insectaretur, quod in illum subito retorqueri posset: Si Clodius accuset mœchos, Catilina Cethegum. Illud quoque sœpe fit, ut quæ ipsi fecimus, in aliis reprendamus: sicut in scholis, luxuriantem patrem luxuriosus ipse iuuenis accusat. quod quam decenter fieri possit, equidem (ut Quintil. verbis vtar) non inuenio. Cupidines. } De populo Cupidinum numeroso antè dictum est. Publicam officinā. } Domicilium Veneris & Cupidinis officinā est vitiorum, maximè muliebrium. Tolle ex rebus humanis Venerios amores, ex magna parte mulieres sient impeccabiles. Metu sagittarum. ] timentes ne sagittis Cupidineis deurerentur, inflammarenturque. Peruersis illis. } Iunone & Cerere iam conuersis in aliud iter, atque abeuntibus, Vele expone Peruersis, post habitis, & quasi relictis deabus, Venus ad vndas, vnde orta est, fexit iter, mariaque fulcauit.

## A R G U M E N T U M L I B R I S E X T I .

Post anxiam disquisitionem, post Cereris suasionem, post Iunonis refrigerationem, Psyche vtronea Veneri se offert. Veneris ascensus in cœlum & numinum imploratio describitur, eiisque in Psychen iussa imperiosissima memorantur: ut scilicet acernum omnifariæ frugis granis se iugatis disponeret, ut floccum velleris pretiosi questum afferret, ut liquorem Stygium urnula deferret, ut Proserpinæ pyxidem formositate repletam re ferret: quibus omnibus diuino adminiculo confectis, nubit Psyche in concilio Deorum Cupidini suo, celebranturque in cœlo nuptiæ, ex quo matrona nascitur Voluptas.

Et iratum. ] Cupida erat Psyche mitigare Cupidinem, quamvis iratum, & ex iusta causa succensente: m: quē si lenire non qui-

**I**n tereâ Psyche varijs iactabatur discursibus, dies noctesque mariti v̄stigationib. inquieta, animo tanto cupidior, & iratum licet, si

ret blandimentis vxoriis, seruili prece & obsequio famulari propitiare decreuerat. Defetū exhaustū, debi  
F f ij

litatūmque. Lipothymia dicitur Græco vocabulo defectus animi, cuius frequenter meminit inter cæteros Galenus.

**Grañiter.]** Lego, gnañiter, hoc est strenue, impigre, pernictiter. **Puluñaribus.]** Puluñaria in templis lectuli significantur, simulachris Deorum dicati, qui sterni in templis consueuerūt: abusuè pro templis ponuntur, de quibus affatim in cōmentariis Tranquilli. **Videt spicas.]** Signa sunt, ex quibus colligit id

templum Cereri dedicatum esse. Spica, ut inquit M. Varro, à spe videtur nominata: eam enim rustici, quod sperant fore, serunt. spica mutica dicitur, quæ non habet aristam. Dicitur autem & hic spicus, & hoc spicum. Cic. in Arato: Spicum illustre ferens insigni corpore virgo. Namque in cœlo spica est, oriens in virginis parte decima. Quicunque in ortu spicæ natus fuerit, auctore Martino, erit ruralibus officiis semper applicatus, & multas fruges horreis condet. A spica, spicilegium dictum, ad quod facta missa accedunt rustici, legentes scilicet spicarū reliquias, quas messores præterierunt. Hinc illud apud Varronē prouerbiale: Nemo reprehensus, qui ex segete ad spicilegium reliquit stipulam. Quod in missa frumentaria est spicilegium, hoc in vindemia est racematio: quando scilicet à vindemioribus racemi rari interuallatimq; prætereuntur. Hinc illud Tertulliani ex Apologetico: Post vindemiā parricidarū racematio superstes. **Flexibiles in corona.]** spicas coronas Cereri Deæ dicari solitas, testis est Tibul. cum ait: Flaua Ceres tibi sit nostro de rure corona Spicea, qua templi

pendeat

pendeat ante fores. Fuit Romæ collegium fratrum Arualium, quod Romulus in primis instituit numero duodecim, cuius sacerdotij insigne est spicata corona: auctores Plin. & Gel. Cereum spiciferam Deam appellant poetæ. *Falces.*] In rustico instru mēto multa falciū genera sunt: nā sunt falces putatoriae, quibus in arbore utimur, & vite: itē messoriæ, item fœnariæ, stramentariae, sylvaticæ, arborariae, de quibus apud Columellam, Catōne, Palladium, cæteros crebra mentio. M. Varro falces adores, appellat à farre secando, quod ador veteres dixerunt. Luma riæ verò falces, quod obscurius est, & ignotius, sunt quibus se cant lumenta: sic enim spinas in agris serpentes agricolæ vocant. Sirpiculae falces, à sirpando, id est ab alligando vocatae sunt. Sirpare enim ligare est: unde sirpea dicta pro vehiculo, quod vir gis sirpatur, id est colligando implicatur: in qua sterlus aliudve quid vehitur. *Operæ.*] Operarum appellatione ipsi quandoque operarij significantur. De operis Clodiaj, de operis campestribus in lib. Annotationum, & in Tranquilli commentariis satis multa: Columella percenset in secundo, quot opera exigantur in rusticatione: à quo occatoria, sarritoria, messoria seorsum describuntur. Sesquiopera Columellæ est opera una & dimidiata. Sarritoriam operam intelligimus eam, qua sarritores agrum sat riunt, hoc est fodunt: sarrire enim, aperire est. Occatoria verò, ab occando dicta. occare est, glebas comminuere, & quasi occidere: vide occasio dicta: auctor M. Varro. Alij occasionem, quasi occæcationē interpretantur. quod sentire videtur M. Tul. sic scribens in Catone: Quæ cùm gremio mollito ac subacto se men sparsum exceptit, primū id occatum cohibet: ex quo occasio, quæ hoc efficit, nominata est. A Seteno quoque dictum est: Occatio occæratio est namque semina quasi occæctari videntur, cum in occato mollitōque gremio terræ reconduntur. *In curia.*] per incuriam, hoc est, negligentiam. septimus est casus. *Dis retin.* } separatim, sciunctim, diuisim. aduerbiū est, à discernendo dictum. Ab eodem verbo discerniculum deriuatur, quod significat acum, qua capillus mulierum ante frontem discernit, diuiditūque. Discerniculum A. Gellio est pro differ entia atque discriben. sic enim scribit libro 16. Tamen compéri duas species hellebori esse, discerniculō coloris insignes, candidi & nigri. *Omnium miseritordiam.*] Ex hoc admonemur, in cultu religionis nec minutos quidem Deos esse negligendos, sed & medioximos & patellarios esse propitiandos: contra Plauti sententiam, scribentis in Casina: Cùm sit tibi propitius Iupiter, tu istos minutos Deos floccifeceris?

Ceres alma.] Ex Virgilio sumptū epitheton, quod Cereri maximē conuenit, cuius frugib⁹ homines potissimum aluntur. Almū diem pro tranquillum debemus accipere, ut inquit Donatus apud poētam scribentem: Præterea si nona diem mortalibus altum Aurora extulerit. Longum. ] è longinquo, vel longa vociferatione adverbium est. Ain.] elegantius est. Ah, tanquam dolenter hoc pronunciet Ceres. Disquisitione. Inquisitione, investigatio neque solicita, & per diuersas orbis partes facta. Disquirere enim inquirere est per disuncta & dissidentia loca. Apud Livium, Tranquillum, cæteros, sit mentio disquisitionis.

Furens animi.] animo furenti concita, ac concitata: archaismos est. Tutelam geris.] Quia Psyche id temporis occupata erat in rebus Cerealibus cōponendis, curansque: cūm sollicita esse deberet de sua ipsius salute.

Hic eam sollicitè sedulōque curantē, Ceres alma deprehendit: & longum exclamat protinus: \* Ain Psyche miseranda, totum per orbem Venus, anxia disquisitione, tuum vestigium furens animi requirit: tēque ad exremum supplū cium expetit, & totis numinis sui viribus ultionem flagitat. Tu vero rerum mearum tutelam nunc geris, & aliud quicquam cogitas, nisi de tua salute? Tunc Psyche pedes eius aduoluta, & uberi fletu rigans Deæ vestigia, humum que verrens crimib⁹ suis, multyugis precibus editis veniam postulabat: \* Rogo te, frugiferam tuam dextram istam deprecor, per latificas mesium ceremonias, per tacita sacra cistarum, & per famulorum tuorum draconum pinnata curricula, & gleba Sicula sulcamina, & currum rapacem, & terram tenacem, & illuminarum Proserpine nuptiarum demeacula, & luminosarum filie inuentionum remeacula, & cetera quæ silentio tegit Eleusis Attica sacra rium, miseranda Psyches anima, supplū cistuæ, subsiste. inter istam spicarum cōgeriem, paterc vel pauculos dies delitescam; quoad Deæ tantæ seuiens ira spatio temporis mitigetur, vel certe meæ vires diutino labore fessa, quietis inter uallo leniantur.

lite, qua misericordia mortalibus nihil est carius. *V'beri fletu.*] larga  
voertate lachrymarum. *Verrens crinibus.*] Liuius. Matronæ circa  
Deum delubra discurrunt, crinibus sparsis aras verentes, nixæ  
genibus, supinas manus ad cœlum ac Deos tendentes. Verrere  
enim est trahere, & mundare. inde villa à Catone versa dicitur,  
pro munda, purgatique. Veteres, auctore Augustino Deam cole-  
bant nomine Deuoram, ab officio scoparum nuncupatam, qui-  
bus paumenta verruntur: quæ Dea mulieri foeræ adhibebatur.  
*Multiiugis precibus.*] plurimis precationibus. Dictio est composi-  
ta, vt multiformia, multicoloria: prout ostendit Gellius. Frequens  
locutio est apud eruditos. *Rego.*] Lege, Per ego. Precatur enim Psy-  
che Cererem Deam, per frugiferam dextram, & cætera omnia  
ad numen Cereris pertinentia. *Pertacta secreta cistarum.*] Apud  
priscos seclusa sacra dicebantur, quæ Græci mysteria appellant,  
ab eo quod separata, sepositaque, ac seorsum clausa à nobis pro-  
pter sanctitatem aliquam esse debebant. Hinc Plinius sacra  
quædam appellat opertanea, quod scilicet in operto occulta sint,  
ne oculis prophorum obuia polluantur: Ad opertanea, inquit,  
sacra nigræ gallinæ puræ non videntur. M. Varro & Augustinus  
auctores sunt, Græcos teletas ac mysteria taciturnitate parieti-  
busque clausisse. De teletis suo loco mox plura. Symbola  
in factis ethnicorum non parum multa percenser Euzebius in  
libris de Præparatione euangelica, quibus arcana mysteria con-  
tinentur. In primis vero sacra Cereris cistis condita celatum de-  
portabantur à sacerdotibus: quæ ob id canephori, quasi dicas  
castiferæ, siue cistellatrices nominabantur. Græcis enim dicun-  
tur cana, quæ nos canistra, & per diminutionem canistella: de  
hisce canephoris, quæ in cista baiulabant secreta sacrorum, an-  
notamenta à nobis facta sunt in lib. Annotationum. Cista hæc  
aliubi ab Apuleio dicta secretorum capax. De his sacrificialib.  
cistis Catullus: Pars obscura cauis celebrabant orgia cistis, Orgia  
quæ frustra cupiunt audire prophani. Tibullus: Et levis  
occultis conscientia cista sacris. *Draconum pinnata curricula.*] Mythicæ fabulantur, Cererem curru vehi solitam, trasto à pin-  
natis volaticisque draconibus: quem mox Triptolemo dedit,  
iubens semina dispergere. De his draconibus Claudianus: Et  
iuga cœrulei subeant Aetæa dracones. M. Varro & Augustinus  
tradunt, multa in Generalibus mysteriis tradi, quæ ad fruges  
maxime pertineant. Proserpinam raptam interpretantur fœ-  
cunditatem, quæ cum defuisse quodam tempore, exortam es-  
se opinionem, quod filiam Cereris, id est ipsam fœcundita-  
tem, quæ à proserpendo Proserpina dicta est, Orcus abstulerat,

& apud inferos detinuerat. Ceres à gerendis frugibus, auctore Varrone, dicta est, tanquam Geres. Fulgentius Cererem ex eo dictam suspicatur, quod Græcè χαῖρε gaudium dicitur: & idē illam frumenti Deam habeti, quod ubi plenitudo frumentum sit, gaudia semper superabundant necesse est. Proserpinam vero quasi segetem, id est terram radicibus proserpentem, quæ & Hecate dicitur. *εἰσαγόντες* enim Græcè centum sunt, & idē hoc illi nomen imponunt, quia centuplicatum Ceres proferat frumentum. Græcè Ceres *εὐηγέρτης* nuncupatur, ab ipsa alimentorum largitione: ut interpretatur Plato in Cratyle, quasi *εὐηγέρτης*, id est exhibens mater. M. Tull. secundo de Natura Deorum volume, refert, quod à Græcis Demeter prima litera immutata sit nominata, quasi gemeter, hoc est terra mater: sicut à nostris Ceres, quasi geres, à gerendis frugibus. *Sulcamina.*] Ceres, auctore Flinio, frumenta inuenit, & (ut inquit Quid.) Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris. Constat antiquissimis Græcorum Latinorūmque literis atque monumentis, insulam Siciliam totam esse Céreri ac Proserpinæ consecratam: arbitranturque Siculi natas esse has in his locis Deas, & fruges in ea terra primum repertas. *Currum rapacem.*] Proserpinam, quam eandem Liberam vocant, raptam tradunt ex Ennensem nemore: qui locus, quod in media est insula situs, vmbilicus Siciliae nominatur. Ibi enim spelunca est quædam, conuersa ad Aquilonem infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exitisse, abruptamque ab eo loco virginem secum asportasse, & subito non longè à Syracusis penetrasse sub terras: meritò itaque cursus Orci siue Plutonis rapax dicitur, à rapina scilicet Proserpinæ. Physiologi Proserpinam esse interpretantur virtutem semenum, quam sol hyeme fouet quem Plutonem vocant: id est que raptam ab eo Proserpinam autumat, quam Ceres sub terra latentem querit: cuius rei commeminit Eusebius in Præparatione euangelica. *Tenacem.*] Ex tempore & negocio tenacem terram appellat, à quo videlicet retenta sit Proserpina. Quid. Viam tellus in Tartara fecit. Et pronos currus medio craterem recipit. *Illuminatum.*] tenebris osculum. Eleganter enim illuminas appellat Proserpinæ nuptias, quasi sine lumine, obscuras: quæ apud Manus in locis caligantibus, ubi omnia nigrantia conspicuntur, celebratae sunt. *Demeacula.*] descensiones, ad lacca scilicet subterranea. Demeare enim est deorsum penetrare, descendere: unde de demeacula dicta. *Remeacula.*] Tangit fabulam, quæ tradit Cererem remeasse post longam filiae disquisitionem ad superos, hac conditione, ut Proserpina esset superis inferisque communis:

munis: videlicet cum matre sex menses, totidem cum marito  
 Plutone apud Manes. Ouidius: Nunc Dea regnum numen  
 commune Deorum, Cum matre est totidem cum coniuge men-  
 ses. Ut à demeando demeacula, sic à remeando remeacula de-  
 center nuncupantur, pro reditu & reversione ad superos. *Lumino-*  
*sarum inuentionum.*} Ceres cùm inuestigare & inquirere vellet ra-  
 ptam Proserpinam, dicitur inflammasse tadas ex his ignibus qui  
 Æthnae vertice erumpunt, quas sibi cùm ipsa præferret, orbem  
 omnium peragrassè terrarum. Canit Claudianus Cererem in-  
 flammasse geminas cupressos, hisque duab. facib. filiam quæsi-  
 visse. Ouid. pineas faces fuisse tradit. Igitur ob lumen & flam-  
 mas facularum inuentiones luminosas appellat. Mythologi  
 tradunt, Cerejē cùm lampadibus raptam Proserpinam quæ-  
 rere dictam, illa videlicet ratione, quòd hoc tempore cùm lam-  
 padibus, id est cùm solis feruore, seges ad metendum cùm gau-  
 dio requiratur: unde & lampadum dies Cereri est dedicatus.  
**Eleusis.**] Ciuitas est Attica mysteriis Cereris inclyta. Augustinus  
 in 7. in Cereris sacris prædicantur illa Eleusina, quæ apud Athe-  
 nienses nobilissima fuerunt. Frumenti satio apud Eleusin à Tri-  
 ptolemo reperta est. auctor Trogus: in cuius muneris honorem  
 noctes initiorum sacratæ sunt. Parœmia Græcorum est ἀγέλασος  
 πίτερος, id est, mœstus lapis: diciturque de rebus tristitiam concin-  
 nantibus. Est enim petra hæc in Attica iuxta Eleusin, ubi Ceres  
 sedidit mœsta & tristis ex raptu filiæ, quam per orbem terrarum  
 accensis facibus dies noctesque queribunda vestigauerat. Inde  
 inditum petræ nomen, ut ἀγέλασος vocaretur. Græci enim ἀγέλα-  
 σον mœstum appellant. Addamus & illud tanquam aucta-  
 riū: quemadmodūm Triptolemus, cui Ceres currūm draco-  
 nibus vincitum & fruges propagandas dederat, post urbem ter-  
 rarum frugibus satum constituit oppidum, & ex patris sui nomi-  
 ne appellauit Eleusinum, ubi Cereri sacra primus instituit, quæ  
 Thesinophora Græco vocabulo nuncupantur, quasi dicas Cera-  
 realia, cùm & ipsa Ceres dicta sit Thesmophora, id est, legifer-  
 ra, à legibus quas dedit mortalibus. In Thesmophoriis, quo-  
 rum non infrequens mentio apud eruditos, matronæ castita-  
 tem custodientes cubitus sibi sternebant foliis viticis, quem alij  
 agnon à castitate nuncupant. Præterea cùm Ceres in Eleusine  
 eximiè coleretur, inde sacra eius Eleusinia vocantur, & ipsa  
 Eleusia Virgilio dicta. *Silentio tegit.*] Inter cætera mysteriorum  
 Cereris arcana erat papauer, quod fertilitatis symbolum est.  
 Ideò autem silentio tegi dixit, quia (vt tradit Tertullianus)  
 mysteriis omnibus silentij fides adhibetur. *Subsistete.*} succurre,

opitulare. Alibi in hunc sensum: Tu meis, inquit, iam nunc extemis ærumnis subsiste. *Spicarum.* } Ceres feracis & planæ terra virtutem designat: ideoque eius imago spicis decoratur, ipsaque spicifera Dea cognominatur. In cœlo est spica, quo sidere nat erunt dulciarij. *Dæg tantæ.*] scilicet Veneris. *Spatio temporis.*] Seneca: Maximum, inquit, remedium iræ dilatio, ut primus eius feruor relanguescat. Aristot. in Ethicis iras improbat, quæ diu cohibitæ continentur: eas probat, quæ effunduntur, & mox repente desistunt. Ira breuis est furor, qui spatio deseruerit, & mora lenitur.

*Opitulari.*] opem ferre, & auxiliari. Veteres opitulæ dicebant, idem quod opitulæ. Liuius in tragedia quæ inscribitur *Equus Trojanus*: Da mihi hasce opes, quas peto, quas precor, porrige, opitula. Iupiter cognomento Opitulus colebatur, ex eo dictus, quod opem indigentibus ferret, auctor Augustinus in septimo. Grammatici annotant Opim nomen nymphæ significari: opem auxilium dici, opes diuinæ & potentiam: Ops verò Dea est, à qua dies festus dictus

*Opalia*, quæ Romæ celebrantur die tertio post Saturnalia. *Cognata meæ.*] Venerem significat, quæ cognatione Cereri iuncta est, ut potè filia Iouis, quem fratrem Cereris fuisse tradunt, &

*Suscipit Ceres:* Tuis quidem lacrimosis precibus & commoueor, & opitulari cupio: sed cognata meæ, cum quæ etiam antiquū fædus amicitiae colo, bona prætere a fæmine malam gratiæ subire nequeo. Decede itaque istis adibus protinus: & quod à me retenta custodiáque non fueris, optimi consule. Contra spem suā repulsa Psyche, & afflita duplii mœsticia, iter retrorsum porrigens, inter subite conuallis sublucidum lucū prospicit fanum solerti\* fabrica structū: nec ullam vel dubiam spei melioris viâ volens omittere, sed adire cuiuscunque Dei veniam, sacratis foribus proximat. Videl dona speciosa, & laciniæ auro literatas, ramis arborum postib[us]que suffixas: quæ cum gratia facti, nomen Dæc cui fuerant dicata testabantur. Tunc genu nixa, & manib[us] aram tepentem amplexa, detersis ante lacrymis, sic adprecatur.

ita Ce-

ita Ceres amita est Veneris. Refert Diodorus in 6. Bibliothecæ, ex  
 Saturno & Rbea progenitos esse Iouem, Neptunum ac Pluto-  
 nem, Cererem & Iunonem. Ceres, tanquam geres, à gerendis  
 frugibus nominata est: quæ à Græcis Demeter, quasi gemeter, id  
 est terra mater nuncupatur. Hinc apud Galenum lib. secundo de  
 Alimentis, Demetria semina poni pro Cerealia, obseruauit, &  
 frumentaria. Quod quemadmodum intelligent Medici nostri,  
 non discutio. Eandem Thesmophoram dicunt, quasi legiferam:  
 prima enim leges mortalibus dedisse fertur. Vnde & Thesmo-  
 phoria festa Cereris appellantur, ut diximus. *Fædus amicitiae.* Po-  
 test hoc referri ad morem Cereris, quando scilicet amavit Iasio-  
 na, siue Iasium, de quo Ouid. Queritur canescere mitem Iasiona  
 Ceres, & aliubi: Viderat Iasium Cretea diua sub Ida, Vedit, &  
 vt teneræ flammæ rapuere medullæ. Præterea ex Ioue genuit  
 Proserpinam: vt merito dicat Ceres, sibi cum Venere antiquum  
 esse fœdus amicitiae. *Optimi consule.* accipe iudicaque in bo-  
 nam partem: prouerbialis locutio. Quintilianus in primo. Fit  
 enim consul à consulendo, vel à iudicando: nam & hoc consu-  
 lere veteres vocaverunt. Vnde adhuc remanet illud, Rogat bo-  
 ni consulas: id est, bonum iudices. In carmine obsecrō: Con-  
 sule poma boni. apud Columellam, Ut boni consulat. *Duplici-*  
*mæstria.*] Et ob Cupidinis desiderium, & ob Cereris repul-  
 sam. *Subsitæ.*] subiacentis. *Sublucidum.*] parùm lucen-  
 tem: nam & lucus à contrario dictus, quia umbra opacus pa-  
 rùm luceat, quod & Quintilianus memorat. Sublostris nox di-  
 citur Horatio, & sublustris umbra Virgilio, quæ habent aliquid  
 luminis. Sic & A. Gellius sublustra verba decenter dixit, non  
 ex toto luminosa, sed aliquid luminis habentia, & aliquantis  
 persplendicantia. sublucare verbum *vetus*, quod significat ra-  
 mos arborum suppūtare, & veluti subitus lucem mittere: collu-  
 care autem, succisis arboribus locum luce implere. Hoc intel-  
 lectu accipiendum est illud Catonianum: Lucum collucare  
 Romano more sic oportet. Plinio interlucatio est idē ferè quod  
 sublucatio, quasi per interualla succisio ramorum, qui in densi-  
 tate sunt superuacui. & in 17. Interlucatio, inquit, arboribus pro-  
 dest. Apud eundem legitur, interlocata densitate ramorum. Cor-  
 rige, interlucata: hoc est, suppūtata, succisaque. *Fanum.* tem-  
 plum. *Solerti fabrica strūsum.*] Diximus aptè, quemadmodum  
 probatio ædificij consideratur ex subtilitate officinationis, ex  
 dispositione architecti, & ex domini magnificentia. *Veniam.* pa-  
 cem, benevolentiam, propitiationem. Verbū propriè pontificalē

est. vnde apud Virgilium: Tu modò posce Deos veniam. Dicit autem venia, ad eliciendam misericordiam: meretur enim benevolentiam numinum, qui licet innocens sit, veniam tanquam peccauerit, petit. Proximat. ] propinquat. *Laciniæ.* Jvestes, vel potius vestium partes literis aureis intextas. Refert Plinius, Zeuxim pictorem noinen suum solitum ostentare, intextum aureis literis in palliorum tesseris. *Quæ cum gratia facti.* ] sensus est, Literæ ex auto intextæ laciniis testabantur spolia illa votiva esse. & ex voto Iunoni Deæ consecrata, ob imperratum beneficium. Sic enim hodiéque fieri solet, ut homines voti compotes, in tabellæ, vel alia re votiva, declarant causam dedicationis, & gratiam facti testentur. *Postibus suffixas.* ] Alludit ad ritum priscorum, qui in foribus affigere solebant hostium spolia: quæ nec emptori refigere liceret, quæ etiam dominis mutatis domus ornamenta erant. Hinc Tibullus: Et domus hostiles præferat exuvias. Silius in primo Punicorum refert, pro curia Romana foribus & lumine pependisse cutrus, clypeos, arma denique, spolia hostilia omne genus. *Genuixa.* Jingeniculata. *Tepentem.* ] adhuc sacrificio calentem. *Manibus amplexa.* } Expressit titum sacrificantium. Is enim qui Deos precabatur, etiam aram in manibus apprendebat: inde M. Varro & Macrobius tradunt, aras primùm ansas dictas, quod esset necessarium à sacrificantibus eas teneri: commutatione dein literarum aras dici coeptras. Quod nobilissimus poëta scienter expressit illo versu, Talibus orantem dictis aralque tenente: necnon & alio: Talibus orabat dictis, aralq; tenebat.

*Germana & coniuga.* } Deprecatio est Psyches ad Iunonem, quæ soror & coniunx magni Louis esse prohibetur. Causam Physici referunt, qui Iouem ætherem, id est ignem intelligi volunt, Iunonem verò aerem. & quoniam tenuitate hæc elementa paria sunt, dixerunt esse germana. & quia

*Magni Louis germana & coniuga,* sine tu Sami, quæ querulo partu vagitūque & alimonia tua gloriatur, tenes vetusta delubra: sine celo Carthaginis, \* quam te virginem, vultur a leonis, cœlo commeantem percolit, beatas sedes frequentas: sine prope ripas Inachi, qui te iam nuptam Tonantis & reginam Dearum memorat, inclytis Argivorum presides mœnibus, quam cunctus oriens Zygiam veneratur, & omnis occidens Lucinam appellat: sis meis extremis casibus Iuno sospita, meque in tantis

\*exan-

\*ex anclatis laboribus defessam, immimentis periculi metu libera. quod sciam, soles pregnantibus periclitantibus ultrò subuenire.

Iuno, hoc est aët  
subiectus est igni,  
id est Ioui, iure  
coniugata marita

li vinculo prodig-

derunt. Super qua re Augustinus in quarto de Ciuitate Dei scribit hæc: Cur Ioui etiam Iuno vxor adiungitur, quæ dicatur soror & coniunx? quia Iouem, inquiunt, in cœlo accipimus, in aëre Iunonem. & hæc duo elementa cōiuncta sunt: alterum superiorius, alterum inferius. M. Varro Iunonem Iouis coniugem idē dicit auumat, quod Jupiter cœlum sit, Iuno verò terra, quæ eadem & Tellus. Vnde à Virgilio scienter dictum est ex hac Varroniana sententia: Tum pater omnipotens fœcundis imbris æther Coniugis in gremium latè descendit, id est, in gremium telluris, aut terræ: id quod & Augustinus quoque interpretatur. Aët, ut Stoici disputatione, interiectus inter cœlum & mare, Iunonis nomine consecratur: quæ est soror & coniunx Iouis, quod & similitudo est ætheris, & cum eo summa coniunctio. Iunonem à iuuando nominatam credo, inquit M. Tullius, quam Græci appellant Ιηνον. vnde Heretum oppidum in Latio, quasi Iunonium: quod in honorem Heræ, id est Iunonis à Græcis conditum est. auctor Solinus. Illud adde, quod Theopompus & Hellanicus prodiderunt, Iunonem ab Ioue vinclam catenis aureis & degrauatam incudibus ferreis: intelligi volentes, quod aët igni cœlesti coniunctior duobus deorsum elementis misceatur, id est aët & terræ: quæ elementa duobus superioribus grauiora sunt. *Sine tu Sami.* ] Loca percenset, in quibus religiose colitur. Quis enim ignorat Samon insulam Iunoni dedicatam fuisse, quæ in mari Icario sita est, quam M. Varro & Laetantius scribunt priùs nominatam esse Partheniam, quod ibi μεγάλης, id est virgo Iuno adoleuerit, ibi educata sit, ibi etiam Ioui nuperit. Fanum Iunonis nobilissimum, & antiquitus famigeratum fuit Sami, vbi donarium Deæ perquam opulentum visebatur, & simulachrum ipsius in habitu nubentis figuratum, & sacra eius anniuersaria nuptiarum ritu celebrabantur. Samon perinde ac feracissimam laudantes prisci, non dubitant illud ei prouerbium accommodare, quod etiam ferat gallinæ lac, ibique reperire possis lactis gallinacei haustum: quod Plinius decenter usurpat in proœmio naturalis historiæ. Pauones è Samo probantur quoque ad ganeam. *Vagitu.* ] Vagitanum Deum prisci coluerunt, quem præesse voluerunt vagientibus. hic & Vaticanus nominatus est. Vagorem, vagitum di-

xit antiquitas. *Sine celsa Carthaginis.*] Carthaginem Iunoni dilectam fuisse, nemo non nouit, qui vel illud Virgilianum tantum legerit: Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam Posthabita coluisse Saino. Olim Caius Grachus Carthaginem coloniam Romanam fecit, deductis colonis Italicis, & Iunoniam nuncupauit. Carthagine fuit templum, currus, arma Iunonis. Carthago hæc magna nominatur: cum altera Hispanæ Spartaria dicta sit, Græcæ *καρχηδόνα*, vnde Carchedonij dicti carbunculi, ob opulentiam magnæ Carthaginis. *Vectura leonis.* Ex fabula dictum hoc est, quæ tradit, Iunonem à leone per cœlum vectam, consed sic Carthagine. Posset hoc referri ad leonem Cybeleum, quoniam ( ut theologia ethnicoru[m] docet ) unus est Deus, res plures, & plura vocabula: quandoquidem ( ut auctor est Augustinus) matrem magnam, eandem Cererem volunt, quam nihil aliud dicunt esse quam terram, eamque perhibent & Iunonem. Ideò autem Magnæ matri siue Iunoni leonem adiungunt solutum atque mansuetum, ut ostendant nullum genus terræ tam remotum ac vehementer ferum, quod non subigi colique conueniat. *Argiorum presides mænibus.*] Mycenæ, Sparta, Argos, Græciae ciuitates inclytæ, Iunoni sacratae sunt. Hinc ait Iuno apud Statium: An scis semper ut arcas Cyclopum, magnique Phoroneos inclyra fama, Sceptra viris opib[us]que Iouem quibus versibus Argiorum mœnia significantur, ubi Phoroneus primus dicitur Iunoni templum dicasse, & sacrificiorum instituisse solennia. Cyclopes autem, quos gasterochiras, id est ventrimanos appellant, numero septem, mœnia & arcem Argiorum, aliaque complura extruxisse produntur: quorum meminit Strabo in octauo. Argos autem apud Homerum multiplex est, à quo modo priscum, modo Iasium, modo Achæum, modo Pelasgicum memoratur. ab eodem dictum est Argos Hippion, hoc est equestre, καὶ ἐπει ἵππος ἴππος, id est equorum nutrictum. ex quo fluxit accumulation illa Horatiana: Plurimus in Iunonis honorem Aptum dicet equis Argos: ditésque Mycenas. Homericum quoque est Argos Dipson, id est sirculosum, & aquarum indigum. Argos quidem Pelagicum significat Thessaliam Homero, sicut nomine Achæi Peloponnesus demonstratur. Generali vocabulo Argios vocat Græcos omneis. Argium agrum percurrit fluuius Inachus, de quo apud poëtas crebta mentio. Vnde Iachaïæ Argui Græciique nuncupati. Plinius in quarto, inter Inachum & Erasinum amnes situm esse docet Argos Hippium cognominatum. & mox paulò: Appellatum est, inquit, Inachium, alias Argos hippium. Auctor est Strabo, templum dicatum Iu-

cum Iunoni iuxta Mycenæ fuisse, Argiuis Mycenisq; cōmune: in  
 quo fuerunt Polycleti simulachra artificio præstantissima. Ar-  
 gos, ab initio ac magis extitit potentia opibūsque præpollens,  
 ubi floruit regnum Pelopidarum. Apud Argiuos Inachidas Iu-  
 no colebatur iam nupta & regina cœlitum, cùm Samij virgi-  
 nem & infantem venerarentur. Cyprianus in libello, quod idola  
 Dij non sint, ostendit Iunonem Deam esse Argiuorum, Samiorum,  
 & Carthaginensium: à quo Argiua, Samia, & Pœna nuncupat-  
 tur. *Zygiam* veneratur. ] Optimo epitheto Iuno zygia nomina-  
 tur, quasi iugalis, ab eo quod præst maritali coniugio, cuīq; sunt  
 viacula iugalia curæ, vt inquit poëta. Ζύγιον Græcè iugum dicitur,  
 vnde zygia Iuno, quasi iugatiua, siue iuga: sic enim à Latinis nun-  
 cupatur. Auctor est Victruius, carpinum arborem à Græcis zy-  
 giam appellari, quod ex ea materia fiunt iuga in armentis, quæ  
 apud eos zyga vocitantur. Romæ fuit Iugarius vicus, sic dictus,  
 quia ubi fuerat ara Iunonis iugæ, quam putabant matrimonia  
 jungere. Seruius grammaticus in enarratione Virgiliani carmi-  
 nis, Ne cui me vinclo vellem sociare iugali, sic exponit: Iugali,  
 propter iugum, quod imponebatur matrimonio coniungendis.  
 Vnde etiā Iuno Iugalis dicitur. Deus quoque Iugatus ob hoc  
 nominatus, in nupciali solemnitate inuocabatur, quando sponsus  
 sese sponsæ coniungebat, iugumque maritale pariter subibant.  
 Apud priscos, cùm Iunonis numen nupcialibus ministeriis multi  
 iugis adhiberetur, cognomentis quoque variis nuncupabantur:  
 vnde Interducam, & Domiducam, Vnxiam & Cinxiam Iunonē  
 puellæ nubentes in nupciis aduocabant: vt videlicet eorum itine-  
 ra protegeret, & in optatas domos duceret: & cùm postes mari-  
 tales vngarent, faustum omen affigerent: & cingulum ponentes  
 in thalamo, non relinquerent. auctor Marcianus. Quod diximus,  
 cognomine Vnxia Iunonem à nubentibus coli, scito nouas nu-  
 ptas intrantes domum coniugalem, solitas esse perungere postes  
 adipe suillo, vt inquit Plinius, vel lupino, vt Masurius tradit: vnde  
 vxores ab vngendo nominatae sunt. *Cunctus oriens.* ] nationes ori-  
 entales: occidentes, populi occidentales, Lucinā appellant Iunonē.  
 Lucinam à parturientibus inuocari, nemo est qui nesciat. Lucinā  
 autem ideo nuncupant, quod lucem nascentibus tribuat: à luce  
 quoque Lucecia nominatur: sicut & Iupiter Luçecius dictus, &  
 quod lucis causa sit, quodq; nos luce quasi vita ipsa afficiat & iu-  
 ret. Marcian⁹, Gellius, Festus, auctores. Plin. autumat, Lucinā à lo-  
 co nominari, in quo Romæ condita est ædes Lucinæ. Ouidius  
 vtrumq; etymon cōplexus est his versibus: Gratia Lucinæ dedit  
 hēc tibi nomina luc⁹, Vel quia principiū tu Dea lucis habes. Sup-  
 cilia in Iunonis tutela esse prodiderunt, quod his protegantur o;

culi, per quos luce fruimur: quam lucem tribuere putabant Iunonis Lucinam. Quidam tradunt, Lucinam Iunonis esse filiam: Græci mystico nomine Ilithyiam vocant, qua dictione vni sunt & nostri. Quidius: Præpositam timidis parentibus Ilithyian. Horatius in carmine seculari: Lenis Ilithyia tuere matres: Siue tu Lucina probas vocari, Seu genitalis. M. Varro sentit Iunonem Lucinam esse lunam, eandem & Proserpinam, Diana inquit: quæ inde videtur Lucina dicta, vel quod lucet, vel quod lucem nascentibus præbet. Luna enim nascentium dux, à quo patientes eam inuocant. *Iuno Sospita.*] sospitatrix, salutaris, opifera. Alludit ad cognomen Iunonis Sospitæ: hoc enim cognomine in Lanuvino municipio colebatur, cui omnes consules sacrificare necesse erat: ut docet M. Tullius in oratione pro Murena. Liuus auctor est in 8. Lanuiniis ciuitatem datam, sacrâque sua redditâ, ea conditione, ut ædes lucisque Sospitæ Iunonis et munis Lanuiniis municipibus cum Po. Romano esset. Refert Quid. in Fastis, calendis Februarij delubrum Iunoni sospitæ dedicatum fuisse. Apud eundem Livium leges, de cœmūrōrum monitu decretum esse in secundo Punico bello, ut Iunoni Sospitæ Lanuini matribus hostiis sacrificaretur. Mendum inoleuit in codicibus Liuianis, nam pro Lanuini passim legitur Lauinijs: sicut altera quoque menda consimilis & compar libros Nasonis occupauit, apud quem in 6. Fastorum, pro Lanuuum, vulgus scribit & legit Lanuium, syllaba repugnante & refractaria: sic enim loquitur Iuno Sospita. Et populus Laurens Lanuiumque meum. Sospitare verbum *vetus* est, quod saluum facere significat. Ennius: Regnum nostrum sospitent: vnde sospitator, sospes, & sospita inclinantur. prisci quoque Iunonem Soticensam nuncupauerunt, ut docet Marcianus Capella: quasi dicas salutarem & sospitricē.

*Totius sui numinis.*] Sicut multiu[m] ga sunt Iunonis nomina, ita multiplex est numen & potestas. Numen enim dicunt esse imperium Dei, à nutu: nam præter cognomenta Iunonis iam explicata, eandem nuncupant Regi-

*Ad istum modum supplicantiam* sese Iuno cum totius sui numinis augusta dignitate presentat. & protinus: *Quād vellem, inquit, \*per fidem, numerum meum precibus tuis accommodare;* sed contra voluntatem Veneris, murus meæ, quam filia semper dilexi loco, prestare me pudor non sinit. tunc etiam legibus, que seruos alienos profugos iniurias dominis vetant suscipi, prohibebo.

Isto quoque fortuna naufragio Psyche perterrita, nec indipisci iam maritum volatilem quiens, tota spē salutis deposita, sic ipsa suas cogitationes consuluit. Iam quae possunt alia meis eruminis tenari vel adhiberi subsidia, cui nec Deorum quidem, quanquam volentium, potuerunt prodesse suffragia? Quo rursum itaque, tantis laqueis inclusa, vestigium porrigam: quibusque te Elis, vel etiam tenebris abscondita, magna Veneris ineuitabiles oculos effugias? Quin igitur masculum tandem sumis animus, & cassae specula renuncias fortiter, & ultroneam te dominæ tuae reddis? & vel sera modestia sequentes impetus eius mitigas? Qui scias, an etiam quem diu queritas, illic in domo matris reperiias? Sic ad dubium obsequium, immo ad certum exitium preparata, principium futura secum meditabatur obsecrationis.

manu ad digitos usque intulata rem diuinam faciebant, significantes fidem tutandam, sed emque eius etiam in dextris sacratam esse. Apud auctores frequens est ista locutio, Vestram imploro fidem, pro auxilium. Quidam codices habent non per fidem, sed Psyche: tanquam Iuno nuncupatim Psychen appellat, ut sit vocatiui casus, ô Psyche. Nutum. ] fauorem. nutus enim numinum suffragatio significatur, sicut renutus refragatio. Plin. in epistolis: Nam ego quoque simili nutu ac renatu respondere voto tuo possum. Nurus meæ. ] Venerem nutrum suam Iuno appellat, vel quia vxor est Vulcani, Iunonis filij: vel quia Martis eadem Iunone progeniti: utrumque enim coniugem habet Venus. Legibus prohibeor. ] Titulus est apud iurisconsultos, de seruo corrupto: quo ait prætor: qui seruum seruam ve, alienum alienamve recepisse, persuasissime quid ei dicetur dolo malo, quo eum eamve deteriorem faceret, in eum quanti ea res erit,

nam & selectam: Fluoniam quoque colunt fœminæ, quod fluoribus menstruis praefit: quintam Februalm, februatam nuncuparent: ex eo quod ipsi Iunoni mente Februario sacra siebant: & mulieres februantur, id est, purgabantur. Populoniam plebes, Curetim bellantes memorabant. Augusta. ] sancta ac religiosa. Per fidem. ] Ius iurandum est per Deam fidem, cui Numæ Potipilius solenne instituit, ut cuius sacratio flami-

in duplum iudicium dabo. Quod ait prætor recepisse, ita Vlpianus accipit, si suscepit seruum alienum ad se in alieno loco ædificiove. Item titulo de fugitiis scriptum legimus, quod is qui fugitium celavit seruum, fur est. Senatus censuit, ne fugitiui admittantur, ne protegantur à villicis. His autem qui intra 20. dies fugitiuos vel dominis reddidissent, vel apud magistratus exhibuerent, veniam in anteactum dedit. *Quiens.*] potens, valens. *Indipisci.*] consequi ac usurpare. Veteres dicebant indipisco pro peto. Plaut. nec partem tibi adeò cui sit indipiscas, neque furem excipias. *Cogitationes consuluit.*] habuit cogitationes in consilio, tanquam consiliarias, & secum sic sermocinata est. *Quanquam volentium.*] Ceres & Iuno volebant quidem posse suffragari ærumnis Psychæ, sed non audebant, reueritæ Veneris potestæ. *Oculos effugiam.*] Percunctatiuè pronuntiandum. Videt Psyche nullum esse tam tenebrosum latibulum, tamque recōditum, quod possit effugere Veneris oculos, qui cuncta prætentant penetrantque. Hoc est totum physicè dictum: vis enim Veneris ac potentia nihil intactum, nihil inaccessum relinquit. Hic Deus & terras & maria alta domat. *Quint.* in declamatione, quæ inscribitur Apes papaueris: Non illas libido progenerat, domitrixque omnium animalium Venus. *Casse spe.*] irritæ & vanæ spei. Specula à spe diminutio vocabulo deriuatur, quo vtitur Plaur. Veteres pluraliter dicebant spores. Ennius: Spero, si spores quicquam prodesse potis sunt. *Masculum.*] virilem & impavidum. *Vltroneam.*] voluntariam, & tuapte sponte, Vetus prouerbium est, vltorneas putere merces: cuius meminit Hieron. *Qui scias.*] vnde scias. *In domo matris.*] Probabile videtur, & satis credibile, Cupidinem filium teperiri posse in materna domo, cum matres in filios sint longè quam patres indulgentiores. *Dubium obsequium.*] Nesciebat Psyche, an Venerem esset obsequio mitigatura, & an à Veneri in famulatum reciperetur.

*Terrenis remedijs.*] Venus recusans inquirere Psychem ope terrena & humano remedio, cœlum petit, imploratura diuinæ suppetias. *Currum poluerat.*] Creabile est carruca Veneris omni or-

*At Venus terrenis remedijs inquisitionibus abnuens, cœlum petit. Iubet cōstrui currum, quem ei Vulcanus subtili fabrica studiosè poluerat, & ante thalami rudimentum nuptiale munus obtulerat, \* luna tenuantis detimento conspicuum, & ipsius auri damno pretiosum. De multis, quæ circa cubiculum domine stabulant, procedunt quatuor candi-*

candidæ columbae, & hilaris incessibus  
pietâ colla torquentes, ingum gemmeum  
subennt; susceptaque domina letæ sub-  
volant. Currum Deæ prosequentes gan-  
nu confrepenti lasciuum passeres: &  
ceteræ, quæ dulcè \* cantitantes, mel-  
leis modulis suauè resonantes, aduen-  
tum Deæ\* prænunciant. Cedunt nubes,  
& cœlum filiæ panditur, & summus æ-  
ther cum gaudio suscipit Deam. Nec  
obuias aquilas, vel accipitres rapaces  
pertimescit magnæ Veneris canora fa-  
milia. Tunc se protinus ad regias Iouis  
arces dirigit, & petitu superbo Mercuri-  
j Dei vocalis opera necessariam vfu-  
ram postulat. Nec remuit Iouis cœrulum  
supercilium. Tunc ouans ilicò, comitan-  
te etiam Mercurio, Venus cœlo de-  
meat, eique sôlicitè serit verba.

natu cultuq; suis-  
se politissimam,  
præiosissimamq;,  
cùm eam fabrilis  
Deus, idémque  
maritus fabrefe-  
cerit. Matronarū  
Roin. carrucas ex  
argento celatas  
fuisse Plin. censo-  
ria castigatione  
reprendit: luxum  
videlicet taxans.  
Heliogabalus ha-  
buit gemmata ve-  
hicula, & aurata.  
Inter currus pri-  
scorum delicatio-  
res est pamphilū,  
de quo Lampri-  
dius: Iunxit & qua-  
ternas mulieres  
pulcherrimas, &  
binas ad pampil-

lum, vel ternas, & sic vectatus est. Celebrant inter vehicula ma-  
trimonia & basternas: quibus similia dixit Seruus esse pilei-  
ta, enarrans illud Maronianum, Pilentis matres in mollibus. De  
basternis Ammianus Marcellinus sic meminit: Matronæ com-  
plures opertis capitibus, & basternis, per latera ciuitatis cuncta  
discurrunt. Basternarum meminit & Palladius quadamtenus.  
*Ante thalami rudimentum.*] primum concubitum coniugalem  
decenter & verecundè significat, *Nuptiale munus.*] Apud Iuqe-  
nalem de nuptialibus muneribus mentio fit illo versu: Nec il-  
lad, Quod prima pro nocte datur, cùm lance beata Dacicus  
& sculpto radiat Germanicus auro. Vulcanus currum hunc  
Veneri dono dederat pro munere nuptiali, post primos  
concubitus maritales. Nam cùm virginitas vxoris omnibus  
maritis acceptissima sit, pro ea erepta quæ reddi nequit,  
munus repetitur, tanquam præmium sit devirginatæ puellæ,  
cui nihil virginitatis flore est præiosius. *Luna detimento.*] Si-  
gnificat currum Veneris arcuatum fuisse, & ad effigiem lunæ

corniculatæ figuratum. Luna enim in cornua tenuatur, sentire quod videtur detrimentum. cum vero peruenierit ad orbiculatam rotunditatem, pleno orbe nihil patitur dispendij. Scite autem dixit, auri damno pretiosum. Nam cum aurum in effigie curras corniculata deesset, prout fabrica talis depositit, datum auri fieri in vehiculo dicebatur, idque ex tali detimento fiebat venustius. *Columbae candidæ.*] Columbas tutelæ Veneris assignant poetae, & nullus ignorat, cui vel illud tantum notum sit. Tum maximus heros Maternas ignoscit aues, lætusque precatur. Autumant eruditæ columbas Veneri consecratas esse propter fœnum frequentem, & coitum Mythici de columbis Veneri dicatis hæc s. bulantur. Venus & Cupido cum quodam tempore voluptatis gratia in quosdam campos descendissent, lasciva contentione certare cœperunt, quis sibi plures gemmantes colligeret flores: quo in certamine ludicro vicitus est Cupido. Si quidem nymphæ nomine Peristera subito accurrerit, & adiuuando Venerem superiorem effecit, ex quo indiguatus Cupido, puerilam demutauit in columbam, quæ à Græcis peristera appellatur. Sed pœnam honore muniuit Venus. Namque in consolationem transfigurationis, columbam in tutela sua esse voluit. Albertus Magnus, homo eruditior quam eloquentior, columbos ex eo appellari opinatur, quasi colentes lumbos: sed male. nam, ut docet M. Varro, columbaria propriè sunt loculamenta, quæ singulis paribus intra peristerotrophion assignantur: columbarius vero, columbarum custos & educator nominatur. Nihil columbis fœcundius: nam diebus quadragenis concipiunt, pariunt, incubant, educant. & hoc ferè totum annum faciunt. Illud adde, columbaria significare genus vinculi apud veteres: unde Plaut. in Rudente festiuiter, inquit, In columbari collus haud nullum posterit. *Hilaris.* } Hilarus in secundo ordine & hilaris in tertio declinatur: sicut exanimus & exanimis. Hilarescere est, hilarem fieri, & lætum: hilarari, iucundari, & hilaritate perfundi. Veteres hilaritudinem pro hilaritate dixerunt. Plaut. *Onera te hilaritudine.* Hilarodus apud antiquos dictus, laeti & delicati carminis cantor. *Picta colla.* } Torquatam columbam appellat Propertius illo versu: At tu torquatæ Venus ò regina columbae: à torque videlicet, quo circa colla insignitæ conspiciuntur. Arcesillas philosophus intuens columbinum, probabat in comprehensibilitatem: siquidem columbarum ceruix variis coloribus nitet quoties aliquò deflectitur, ut auctor est Seneca in i. *Quæstionum.* Hinc Cæsar vero disertissime: Colla Tiberiacæ splendent agitata columbae. Lucret. quoque de multiplici

multiplici varietate coloris circa collum columbarum facundissimè scribit. Huiusce rei non ignarus Hieronymus, contra Iohannem Origenistam sic inquit: Columbarum colla ad singulas conuersiones colorem mutantia. *Passeres.*] Non immerito passeres in famulitio sunt Veneris, quos constat esse libidinosissimos. Plin. in 10. refert, salacitatem columbarum & passerum esse cōparem. Hinc illud, Vernis passeribus salaciōres. Annotatu dignūm est, priscos struthēum dixisse virile membrum, à salacitate passeris, qui Græcē *segēs* dicitur. *Melleis modulis.* } Democritus nominat aues quādam, quarum confuso sanguine serpens gignatur: quem quisquis ederit, intellecturus sit alium colloquia. Apollonius Tyaneus sermonem avium callebat: qui olim spectans, ad passerem in arbore considentes venisse unum aliunde passerculum gannitu & voce obstrepetem, cunctosque illum secutos euolasse, dixit ad sōcios, passer ille reliquis vnuicavit, se inuenisse frumentum sparsum in angiportu, & cibi affatim. His verbis permulti commoti, iuere spectatum: & ita factum esse prout ille prædixerat, mirabundi inuenierunt. *Cedunt nubes.* } Aduentu Veneris cuncta differant, omnisque celi tristitia discutitur. *Cælum filia panditur.*] Mythici fabulantur, Venepem ex pudendis Cœli abscissis, in maréque proiectis pocreatam, quæ à spuma, vnde coaluit, Aphrodites nomen accepit. *Cænora.* } Non minùs decenter quām eleganter Canoram Veneris familiam appellat, intelligi volens auiculas dulcisono cantu constrepentes, comitantésque Venerem dominam instar familiarum. *Petit.* } *petitio ne Vocalis opere.* } Sensus est: Petit Venus à Mercurio, ut sibi paulisper præconis accommodet, fungatūque præconio in Psyche disquirenda. præconis autem opera vocalis est, & ministerium vocalissimum. Mercurium autem præconem nunciumque Deorum est, tradunt, cui sermonis potestas tributa perhibetur. Ideoq; Mercurius quasi medius curiēs appellatus, quod sermo currat inter homines medius: ideo Hermes Græcē quod sermo vel interpretatio, que utiq; ad sermonē pertinet, hermenia dicitur Ideo & mercibus præesse, quia inter vēdētes & ementes sermo sit medius. Ideo alas ei in capite & pedib. ponūt, volētes significare voluerē fieri per aëra sermonem. Ideo nunciū dicūt, quoniā per sermonē omnia cogitata enunciāntur. Græcē *strophæ* dicitur quasi interoucius: Fulgentio furattinus Deus nominatus, quod furtis præsit. *Vsuram.* } vslū. M. Tul. Huic vitæ usuram eripere vis. inde usuraria scemina Platoni, ab usura, hoc est usū nominata. Iurisconsulti usurarium ab vslū nuncupant eum cui usus legatus est. Apud eosdem usurarius seruus, & usua-

rie ancillæ dicuntur, quorum usus sit legatus. *Cærulum supercilium.*] Ex Homero sumptum, epitheton superciliij Iouialis, qui ait, καὶ διέπειν τε φρέσον νερόν : id est, annuit Iupiter cæruleis superciliis. nam cyaneus color est Græco vocabulo cœruleus, subuiridis, subniger, qua dictione frequenter utitur Plinius.

*Frater Arcadi.*] Fratrem Arcadium Mercurium ex eo appellat, quod in Arcadia natus sit. Namque in Cyllene Arcadię mōte Maia ex Ioue Mercuriū enixa est. Ex Ioue quoque natā Venerem & Dionē, fabulatores tradunt. Sine Mercurij presentia. } Hoc ex siderali doctrina & astrologico apotelesmate sumptum : namque Mercurij sidus proximum stellæ Veneris, inferiore circulo fertur: &, ut auctor est Iulius Firmicus, si Veneri in horoscopo constitutæ Mercurii se stella coniunxerit, & in eodem signo & iisdem partibus partiliter fuerint constituti, coronatos facient, & musicos, qui omnium admiratio ne laudentur. Itē

*Frater Arcadi,* scis nempe sororem tuam Venerem sine Mercurij praesentia nil unquam fecisse: nec te præterit utique, quanto iam tempore delitescentem ancillam nequinerim reperire. Nil ergo supereft, quām tuo preconio præmium inuestigationis publicitus edicere. Fac ergo mandatum matures meum, & indicia quibus posset cognosci manifestè designes: ne quis occultationis illicite crimen subierit, ignorantia se posset excusatione defendere. Et simul dicens, libellum ei porrigit, ubi Psyches nomen continebatur, &cetera. Quo factio, protinus domum secessit. Nec Mercurius omisit obsequium. Nam per omnium ora populorum paßim diffidens, sic mandatae prædicationis munus exequebatur: Si quis à fuga retrahere, vel occultam demonstrare poterit fugitiuam regis filiam, Veneris ancillam, nomine Psychen, conueniat retro metas Murtias, Mercurium prædicatorem, accepturus indicij nomine ab ipsa Venere septem fauia fauia, & unum blandientis adpulsum lingue longè mellitum. Ad hunc modum prounianti Mercurio, tanti præmij cupidio certatim omnium mortalium studium arrexerat. Quæ res nunc vel maxi-

*maximè sustulit Psyches omnem contationem.*

Mercurius & Venus in horoscopo partiliter consti-

tuti in diurna genitura, facient praefectos thesaurorum regiorū, oratores, grammaticos, legum inuentores: si verò per noctem in horoscopo partiliter fuerint inuenti, facient acutos, ingeniosos, & qui omnia quæcunque agere voluerint, facile consequantur, quorūque oratio ac sermo, plenus sit leporis ac gratiæ. Præterea Veneris stella nunquam longius quadraginta sex partibus, Mercurius verò viginti à sole abscedunt. *Ancillam.* } Psychen. *Tuo præconio.* } Mercurium Deorum nuntium dici nullus ignorat, ut potè sermonis Deum: qui idè Mercurius, quasi medius currens creditur appellatus, quod sermo currat inter homines mediis: sicut Hermes Græcè, quod sermo vel interpretatio significatur. Hinc Plautinus Mercurius ait: Nam vos qui scitis concessum & datum mihi esse ab Diis aliis, nuntiis præsim, & lucro. Diodorus auctor est in 6. Bibliothecæ, præconia & præco-nes Mercurio assignari, qui internuncij esse solent: ipsum verò præconem Deorum esse, & qui mandata diligenter exequatur. Martianus Capella Famam præconantem non inscitè facit vocare nominatim Deos in consistorium cœleste, cum nullum sit præcotium maius quam Famæ vocalissimæ. *Publicitus.* } publicæ occultatiois illicite. Qui occultat alienum seruum, in eum poena constituta est: vt inquit Ulpianus. is qui fugituum celavit seruum, fui est. Epistola quoque generali diuorum Marci & Commodi, poena in eum statuta est, qui apud se quæri prohibuit. quæ declarat, & præsides, & magistratus, & milites stationarios adiuuare debere dominos in inquirendis fugitiis: & ut inuentos reddant, & vt hi, apud quos delitescant, puniantur, si criminе contingantur. *Ignorantiæ excusatione.* } Arist.lib.3. Ethicorum, commissa per ignorantiam punienda esse censet, si ipse committens causa ignorantiae fuisse videatur. Puniuntur & ignorantes aliquot ex his quæ legibus continentur, quæ utique scire oportet, nec difficultia sunt, & quæ per negligentiam ignorantur. In lege Mosaica damnatur ignorantia, & puniatur: super qua re subtiliter & copiosè scribit diuus Hieronymus aduersus Pelagianos. Apud Oratores, in partibus purgationis est imprudentia, per quam is qui arguitur aliquid sciuisse negatur, & ignoratiæ excusatione defenditur: vt apud quosdam lex erat, ne quis Diana vitulum immolaret. Nautæ quidam cum aduersa tempestate in alto iactaretur, voverunt, si portu potiti

essent, se ei Deo qui ibi esset vitulum immolaturos. Casu erat in eo portu sanum Dianæ, eius cui vitulum immolare non licebat, Imprudentes legis cum exissent, vitulum immolauerunt. Accusantur, quod contra legem fecerint. Defenduntur, ignorantia imprudentiaeque praesidio. apud iurisconsultos lata culpa dicitur, nimis negligentia, id est, non intelligere quod omnes intelligunt. *Libellum.* Ex ritu praeconis; qui vel ex libello praeconium facit, vel scriba subiiciente proclamat. *Obsequium.* M. Tullius existimat, obsequium esse verbum Terentianum, & ab ipso Terentio primitus usurpatum. Donatus M. Tullium refellit, cum Plautus & Naevius ante Terentium dixerint obsequium. Obsequibiles dicti officiosi, & ad obsequium propensi. *Mandatae predicationis.* In juncti à Venere praeconij. *Metas Myrtias.*] Venerem prisci Murtiam cognominarunt, à myrto videlicet, quæ arbor Veneri dicata est: & vt refert Plinius in 15.ara fuit Romæ vetus Veneris Myrtleæ, quam nunc Murtiam vocant. Murtiae deæ facelhom erat sub monte Auentino, ut apud scriptores idoneos reperto. In libro Annotationum enarratum reperies illud Luvianum, ex libro primo historiarum, Ad Murtiae datæ sedes: ubi scriptimus, Murtiae Veneris templum significari, elocutione apud eruditos visitatissima. Nunc scite scienterque Apuleius alludens ad cognomentum hoc Murtiae Veneris, simulque ad facellum illi sub Auentino monte dedicatum, ait eum qui indicium facturus sit inuentæ Psyches, conuenire debere ipsu[m] Mercurium ad metas Murtias: hoc est, ad sedem domiciliūmq[ue] Deæ Veneris, quæ Murtia quasi Myrtleæ cognominatur, ut illic capiat mercedulā indicij. Murcea vero Dea est desidiosorum, sicut Strewna vegetorum: ex eo nominata, quod prius modum faceret hominē murcidum, id est nimis desidiosum, auctores Pomponius & Augustinus. Illud addendū, murcos appellari homines, qui munus Martium pertimescentes, pollicem sibi praecidunt: ex eo opinordictos, quod murecidi sunt, & ex formidine desidiosi ad res bellicas obeundas. *Praedicatorem.* præconem, præconiūmque factitantem. *Septem suavia suavia.* id est, septem oscula mellita & dulcia. Ideb autem, septem dixit, propter septenarium numerum, qui plenisimis potentissimisque est: de quo plura in libello septem sapientum. *Nomine indicij.* Moris est, ut indici ob rem indicatam præmium constituantur: sicut Vindico illi prædictionis iudici pecunia ex æfario, & libertas & ciuitas data sunt pro præmio. Alius nomine indicium dicitur indicina. *Ad pulsum.* ad pulsionem, vibrationemque & ferruminationem linguae cum lingua, labelli cu[m]

¶ cum labello, quod suauiolū est dulci dulcius ambrosia. Quod genus basiationis intelligi voluit Plautus, cùm ait: Fac me proser pentem bestiam duplice ut habeam linguam. Aliás appulsus est, pecorum accessus ad aquam, ut apud iurisconsultos. Cupido.] cupiditas. Sustulit. ] remouit, abstulit.

Iámque fores eius domine proximani, occurrit una de famulatione Veneris, nomine Consuetudo, statimq; quantū maxime potuit exclamat: Tandē ancilla nequissima, dominam habere te scire cœpisti? An pro cetera morum tuorum temeritate, istud quoq; nescire te fingis, quantos labores circa tuas inquisitiones sustinuerimus? Sed bene, quod meas potissimum manus incidisti, & inter Orci cancros iam ipso adhæsisti, datura scilicet acutum contumacia tanta pœnas. Et audaciter in capillos eius immissa manu, trahebat eam, nequaquam renitenter. Quam ubi primum inductam, oblatāmq; sibi conspexit Venus, latissimum cachinnum extollit, & qualern solent furenter irati: caputque quatiens, & adscalens aurem dexteram: Tandē, inquit, dignata es socrum tuum salutare? An potius maritum, qui vulnere tuo pericitatur, interuisere venisti? Sed esto secura: iam enim excipiam te, ut bozam nurum condecet. &, Vbi, inquit, Solicitudo atq; Tristities, ancille mee? quibus intro vocatis, torquendam tradidite am. At ille sequentes herile preceptum, Pschen misellam flagellis affli Elam, & ceteris tormentis excruciatam,

## Proximanti. }

Psychæ appropinquantī ad fores dominæ Veneris. De famulatione. } de famulitio, ministeriōque. Interdum ministria pro ipsis ministris ponuntur, sicut & ministriū pro ministatoribus posuit Plinius. Consuetudo.] Scitissimè Consuetudinem Veneri ministram facit: quoniam, ut inquit Lucretius, consuetudo concinnat amorem, & ex consuetudine Veneris incentiva & æstus effervescent. Lælius apud Ciceronem: Auxit, inquit, benevolentiam consuetudo. Consimiliter Marcianus, consultò dat Periergiā, Philologizæ pedisse quam, & Agypiam ancillam: siquidem ægyptia dieitur

sedulitas, & agry- iterum domine conspectui red-  
pnia vigilia in- dunt.  
terpretatur. Sine

sedulitate autem & vigiliis ad philosophiam aspirare non possumus. *Ancilla nequissima.* } Obiurgatio est seria & criminosa in Psychen, quæ ancilla nomine probroso à consuetudine nominatur, cùm Venerem dominam habeat: ancilla enim & domina relativa sunt nomina, ut patronus & libertus, ut rex & parasitus. Vetus verbum est, Ex moribus ancillatum dominas per sepe perpendi. Sed bene. } Scilicet est, vel habet, vel quippiam consimile. *Intra Orci cæros.* ] Cancri dicebantur ab antiquis claustra & septa: nunc diminutio vocabulo cancelli. Fium autem lignis in transuersum per modica interualla connexis, ad similitudinem retis, quibus sepe sacella & ædicolæ sacræ sepuntur, ne profanis pateant. Fenestræ quoque his muniuntur, & scenæ. M. Tullius in oratione pro Quintio: Et me facile reuocatione vestra reuocabitis, si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipsi circundedi. Sidonius: Exclusa velis, inclusa cancellis. M. Varro in lib. de villaticis pastionibus, posituram cancellorum subiicit oculis legentium, his verbis: Prætereà & perticis inclinatis ex humo ad parietem, & in eis transuersis gradatim modicis interuallis, perticis annexis ad speciem cancellorum scenitorum ac theatri. Cancellare verbum est in ore vulgi & indoctorum frequentissimum, quod tamen à Latinitate non abhorret. Nam sicut ex transuerso ducuntur ligna in cancellis, ita in de lendift scripturis inducuntur transuerso calamo notæ lineæque atramentariæ. Iurisconsultus, titulo de his quæ in testamento delentur: Cancellauerat quis testamentum, vel induxerat. Inde cancellarij hodie quoque nominantur, dictione vulgari quidem, sed tamen Latina: quorum officium est scribere, & scripta delere cancellaréq;. Flavius Vopiscus in Catino: Praefectum virbis vnu ex cancellariis suis fecit. Plinius scribit, cancellatam cutem esse elephantis, eaq; extenta recipi examina muscarum, mox artatis in rugas repente cancellis comprehensas enecari. Idem refert, quempiam prodigiosis viribus præditum habuisse neruos rectos & transuersos cancellatim in toto corpore. Sensus est Apuleij: Psychen intra claustra & cancellos Plutonis adhæsse, tanquam significet nullum illi effugium amplius superesse, cùm Orci quasi fauibus forcipib[us]que inclusa contineretur. Cancellos autem orci quis euadere possit? quis perrumpere? cùm sint adamanti & ineffugibles. *Actutum.* ] statim, confessim, sine dilatione.

*audaci-*

*Audaciter.* } Contra Quintiliani præceptum, audaciter dicere  
 maluit, quām audacter. Verba Quintiliani ex libro primo hæc  
 sunt: Inhærent tamen quidam molestissima diligentia peruersi-  
 tate, vt audaciter potius dicant, quām audacter: licet omnes ora-  
 tores aliter sequantur. *Cachinnum,* risum solutiorem. Galenus in  
 libro de Motibus, negat se scire causam risus & cachinni erum-  
 pentis ex alæ titillatu. Decachinnamur, dixit Tertullianus, pro-  
 deridemur. *Scalpens aurem.* ] Signum est furentis, indignantisque,  
 quassare caput, & scalpere aurem. Refert Plinius, post aurem dex-  
 tram esse locum Nemesis Deæ: quò referimus tacto ore proxi-  
 mum à minimo digitum, veniam sermonis à Diis exposcentes.  
 Est autem Nemesis Dea Græca, vtrix impiorum, præmiatrix  
 bonorum, puniens superbos, regina causarum, arbitra rerum:  
 quæ Latinum nomen non habet, quamuis eius simulachrum  
 Rōmæ fuerit in Capitolio. De qua Marcellinus, Macrobius,  
 Plin. Antimachus, Catullus, cæteri. Rhammusiam poëta fre-  
 quenter appellant. Dicitur & Adrastia. Pinnas Nemesi fabu-  
 losa vetustas aptauit, vt adesse volocitate volucri cunctis existi-  
 metur. Hæc voluntatum nostrarum exorsa, multiplicésque actus  
 permutoando conuoluit: nunc rectas mentium ceruices oppri-  
 mens eneruat, nunc bonos ab imo suscitans, ad bene viuendum  
 extollit. Sed ad propositum: qui irascitur, & ex indignatione  
 subsannat, aurem scalpit: contrà de effeminatis & impudicis  
 proditum est, quòd uno digito caput scalpant: sicut olim de  
 Pompeio dixit Caluus mordaciter, Digito caput uno \* Scalpit,  
 quo credas hunc sibi velle virum. Ex quo illud Satyrographi  
 translatum: Qui digito scalpunt uno caput. Seneca in epistolis  
 ad Lucilium: Impudicum, inquit, ostendit relatus ad caput digi-  
 tus. *Internisere.* ] quasi ex interuallo visitare: quod & iniisere di-  
 cimus: Donatus. Visere, inquit, officij est: videre, quærentis ali-  
 que in. *Bonam nurum.* } Ironicōs. Inter socrus & nurus quod-  
 dam quasi genuinum & naturale dissidium est. In Lepti vrbe  
 semibarbara moris est, vt nurus altera die socrum ollam mu-  
 tuam postulet: cui illa statim negat. Ut scias illud verum esse  
 Terentij: quod consultò ambiguè protulit: Quid est hoc? omnes  
 socrus oderunt nurus. *Solicitudo atque tristitia.* ] Non inscienter,  
 neque insubtiliter ancillas Veneris Solitudinem atque Tristi-  
 tiā esse autumat: cùm amor omnis solitus sit & anxius plūsq;  
 tristitiae & amaroris sit in Veneris cōtubernio quām dulcedinis.  
*Catullus de Venere:* Spinosas Erycina serēs in pectore curas: Plau-  
 tus in Cistellaria: Amor & melle & felle foecundissimus, Gustu  
 dat dulce, amarum ad satietatē vsque aggerit. Idem Plautus in

Mercatore, curam & ægritudinem sectari amorem memorat.  
Meritò ergo Psyche traditur à Venere torquenda. Solicitudini  
& Tristitia, qui duo tortores animos animantium torquent cru-  
ciabilitatib. im patibilibus. Amor enim apud homines carnifici-  
nā cōmentus est, vt verè credit Plautinus amator: qui, lactor (in-  
quit) crucior, agitor, stimulor, versot in amoris rota miser. Henile  
præceptum.] Veneris, heræ & dominæ.

*Ventrī lenoci-  
nio.*] Vterus fœmi-  
næ turgidus &  
prægnatio concili-  
at fauorem, &  
quosdam quasi le-  
nocinio blandi-  
menta conqui-  
rit, idque potissi-  
mū apud sociū  
quaे futura est  
auia. Tales enim  
in primis fœmi-  
næ nepotolorum  
desiderio capiuntur.  
*Vocabor a-  
uia.*] Thetis apud  
Papinium optat  
fieri auia, & simu-  
portare nepotu-  
lum: est enim no-  
men aui & aviae  
optatissimum pa-  
tentibus. Inter  
exempla fœlicita-  
tis memoratur  
diuus Augustus,  
qui neptis suæ ne-  
potem vidit, M.  
Syllanum. Au-  
diuit. ] nominabi-  
tur, diceturque: id  
enim audimus,  
quod dicitur Impa-  
res nuptiae.] Argu-

Tunc rursus sublato risu Venus: Et  
ecce inquit, nobis turgidi ventris sui le-  
nocinio communet miserationem, unde  
me præclarasobole, autam beatam sci-  
licer faciat. Fælix vero ego, quæ in ipso  
atatis meæ flore vocabor auia: & vilis  
ancilla filius, nepos Veneris audiet.  
Quanquā inepta ego, frustra filiū dicā.  
Impares. n. nuptiae, & prætereat in villa,  
sine testib. & patre non cōsentiente factæ,  
legitime non possunt videri: ac per hoc spu-  
rius iste nasceret; si tamē partus omnino  
proferre te patiemur. His editis, inno-  
lut in eā, vestemq; plurifariā diloricat:  
capilloq; disciffo, & capite conquassato,  
grauius affigit: & accepto frumento, &  
ordeo, & millo, & papauere, & cicere,  
& lice, & faba, cōmixtisq; aceruatim,  
cōfusisq; in unū glomulū sic ad illā: Vi-  
deris. n. mihi tā deformat ancilla, nullo  
aliо, sed tantū sedulo ministerio amato-  
res tuos promereret. Iā ego & ipsa frugē  
tuā periclitabor: discerne seminū istorū  
passiuā congeriem: singulisq; granis ritè  
dispositis, atq; seingatis, ante istā vespe-  
ram opus expeditum approbato mihi.  
Sic assignato tantorum seminum cumu-  
lo, ipsa cœna nuptiali concessit.

mentatur Venus, legitimas nuptias non videri inter Cupidinem & Psychen, ob disparilitatem: & quod res acta est furtim sine testibus, sineque parentis voluntate. Vnde consequenter colligit, eum qui ex tali concubitu nascetur, minimè legitimum futurum, sed spurium & nothum. Boëtius in commentariis Topicorum tradit, nuptias non esse iure contractas, quæ non aut inter ciuem Romanum ciuemque Romanam iungebantur: aut cui princeps populūsve ciuitatem vel connubium non permisisset, & ex impari matrimonio suscepti, non patrem, sed matrem sequuntur. Hinc in Topicis exemplum hoc est: Quædam Romana vel cum Latino, vel cum peregrino, vel cum seruo, vel cùm quis cōnubij non erat, nuptias fecit, dotem contulit, factōque inter eos diuortio contenditur, an nuptæ mulieris cum eo quo ius connubij non erat, apud virum dotis pars post diuortium debeat permanere. Decemviri, qui leges Decemviraes considerunt, lege sanxerunt, ne patribus connubium cū plebe esset, tanquam tales nuptæ impares sint, & ob hoc minimè legitimæ. Sed cūm contumelia hæc plebis insignis esse videretur, lege Canulcia connubia inter patres & plebem promiscua facta sunt, vt copiose explicat Liuius in 4. Præterea legimus apud iurisconsultos, lege Papia caueri, ne senatoribus, eorumque liberis, libertinam vxorem habere liberè liceat. *Præterea in villa.*] Non video cur in villa factæ nuptiæ non sint legitimæ, cùm & ipse in apologia scribat, vxorem multò auspicatiūs in villa quam in opido duci in solo uberi, quam in loco sterili. Nec lex Iulia de maritandis ordinibus, ad hunc modum usquam sic interdicit, Vxorem in villa ne ducito. Fortitan nuptias in villa factas improbat, ob solitudinem, vbi nullis testibus (quod nefas est) Psyche Cupidini copulata est. *Patre non consentiente.*] Scribit Paulus iurisconsultus, nuptias consistere non posse, nisi consentiant omnes, id est qui coēunt, quorūque in potestate sunt: & vt auctor est Ulpianus, si nepos vxorem velit ducere, auro furente, omnimodo patris auctoritas erit necessaria: sed si pater furiat, auus sapiat, sufficit aui voluntas. Si ita pater absit, vt ignoretur vbi sit, & an sit, quid faciendum sit merito dubitatur. & si triennium effluxerit postquam apertissimè fuerit pater ignotus vbi degit & superstes sit, non prohibentur liberi eius utriusque sexus matrimonium vel nuptias legitimè contrahere. *Spurius.*] Vulgo concepti solent spurij appellari, vel quasi sine patre filij: vel à Græca voce *αιγειν*, quod significat pudenda. Et ita legendum est libro primo Institutionum, vbi mendosa dictio passim reperitur, & perpe-

rām exponitur ab Accursio. Auctor est Plutarchus in problematis, Sabinos vxoris pudenda sporion appellare, & inde spuriū dictum. Purior illa interpretatio est, vt spurius dicatur quasi sine patre: neque enim hi patrem habere intelliguntur. Inter prænomina antiquorum, duabus literis, S. P. spurius notatur; quod apud historicos sæpiissime inuenies. *Inuolat in eam.* Vola manus & pedis media pars dicitur: auctores Donatus & Seruius. vnde & inuolare diciimus, cùm aliquid furtum vola manus subtrahitur: & inuolare rursus, cùm violentæ manus in aliquem diriguntur. Terentius in Eunicho: Vix me contineo, quin inuole in capillum. Et minæ istæ propriæ foeminarum sunt, vnguisbus sequentiū. Nam, vt inquit Lucret. Arma antiqua, manus, vngues, dentesque fuerunt. *Diloricat.* } distredit, dilacerat, discerpit, M. Tul. in secundo de Oratore: non dubitauit excitare reum consularē, & eius diloricare tunicā, & iudicibus cicatrices aduersas senis imperatoris ostendere. Quod diloricat dixit, alibi idem exē plū memorans inquit, Tunicā à pectore discidit: vt intelligamus diloricare & discindere eodem intellectu usurpari. Egesippus in quarto: Momētanei bellatores gladios occidentes, quēcunq; reperiebant, diloricabant. Videtur dici diloricare, quasi lorica dissoluere atque discludere: sicut diffibulare est, discindere, & fibula resoluere. Statius in 6. Thebaidos: Torto clamydem diffibulat auro. *Plurifariam.* } pluribus in locis & partibus. *Confusis in unum glomulum.* ] Venus aceruauit conglobauitque hæc omnia confusaneo aceruo facto, & vix separabili, vt ita grauius torqueat fatigaretque Psychen in discernenda congerie. Glomus accipitur pro glomere, siue glomeratione, & quadam quasi aceruatione. Plinius tradit in 36. Si quis improporet intra labyrinthum sine glomere lini, exitum inuenire non queat. Glomus in sacris appellatur crustulana cubi figura, quod obsonij genus est. Grumus verò dicitur agger, siue collectio terræ minor tumulo, à congerie dictus. hinc exgrumantes decentissimo vocabulo Varronianæ dictæ cochlearæ, quasi grumos eruentes, & ex grumis exilentes, accepto frumento & hordeo. Ex Pliniana distinctione, frumenti appellatione hordeum continetur. duo enim prima frugum genera facit Plinius: frumenta, vt triticum & hordeum: legumina, vt faba & cicer. Videtur Apuleius frumentum pro tritico posuisse, speciali quodam significatu. Frumenta autem & fruges à fruendo dicta. Fruī est vesci, à frumine, quæ est summa pars gulæ: per frumen enim esculenta delabuntur. Hordeum verò antiquissimum in cibis, sicut Atheniensum ritu, Menandro auctore, appetet. Inde gladiatores hordearij appellati.

appellati. Polentam Græci ex hordeo præferunt: panem hordeaceum antiquis vſitatum vita damnauit. Plinius hordeum inter genera frumenti numerat, aitque id ex omni fūntento minime calamitosum esse, & frugum omnium mollissimum. Quæri solet, cur à Columella hordei genus hexastichum sit nominatum, & aliud quod distichum vocant. Dicitur autem hexastichum id, cuius spicæ senos ordines habent: sicut distichon, quæ binos: Græcè κεῖδη hordeum, & κεῦστος hordeaceus. *Et milio.*] Quidam putant milium cepisse nomen à maxima numerorum, quæ est mille: Græci μῆχος vocant. Panis ē milio fit, qui antequām refrigerescat, sine fastidio potest absumi. Milio Campania gaudet, pultemque candidam ex ea facit. Sarmatarum quoque gentes hac maximè pulte aluntur. Æthiopes non aliam frugem, quām milij hordeique nouere. Milij purgamenta apludam vocant, auctore Plinio. Gellius verò & Nonius tradunt, rusticos veteres dixisse apludam, frumenti sursum: sicut flores, vini fecem. Miliariae auiculae sunt ex eo dictæ, quod milio siant pingues. *Et papauere.*] Papaueris sativæ & sponte nascentis genera & medicinas percenset Plinius in 19. & 20. Græcè μάνιον dicitur, vnde Meconium succus papaueris vocatur, multum opio ignauior. Meconium quoque vocant sordes infantium alio editarum, quod Aristotelis interpretatus est, quod colore cruentum atque admodum nigrum & picinem est. κάπαντα caput papaueris nominatur à Græcis, indeque medicamentum diacodion dīctum, qui ex papauerum capitibus conficitur: cuius Plinius & Galenus meminerunt. Papauer Cereri attribuitur propter fertilitatem. vnde epitheto poëtico Cereale papauer. Symbolum ciuitatis, Eusebio teste, est papauer. *Cicer.*] Columella quoddam ciceris genus arietinum appellat, quod (vt inquit Plinius) arietino capiti simile est: religio columbinum, quod alij venerium vocant, per uigiliis adhibet. Siliquæ ciceri rotundæ sunt, vnde Ciceronum cognomina. Græci σφένδων appellant. Ædiles in celebratione Floraliorum cicer & fabam, aliaque id genus populo spargebant. inde illud Horatianum: In cicerate atque faba bona tu, perdasque lupinis. Quod æmulatus Persius dixit: Cicer ingere largè Rixanti populo. *Lente.*] in Ægypto laudatissima lens nascitur, quæ ob id à poëtis Pelusiaca est cognominata. Sunt auctores, & quanimitatem fieri vescientibus ea. Inde Lentulorum cognomina. Græci πελούς dicunt. Lens optima, quæ facilimè coquitur. aciem quidem oculorum obtundit, & stomachum inflat: sed aluum sistit in cibo, magisque discocta cœlesti aqua.

faba.} Inter legumina maximus honos est fabæ. Loimentum appellatur farina fabacea, quo ad eruçanda corpora vſa est antiquitas. hinc illud epigrammatistæ : Loimento rugas vteri quod condere tentas. A faba insulæ in Oceano septentrionali Fabariae nominantur. Græcè οὐρανὸς dicitur. Cur Pythagorica sententia fabæ damnentur, cautas referunt Plinius, M. Varro, Gellius, Cicero. Illud annotatu dignum memorat Plutarchus, ænigma videlicet Pythagoricum de abstinentia fabarum significare, abstinentiam esse à republica : vt Abstine à fabis, nihil aliud sit, quām abstine à reipublicæ administratione, neque publica tractes: fabis enim priscorum suffragia continebantur. Silente luna fabam vellendam esse præcipit Columella. Est autem luna silens interlunium, siue coitus lunæ: quod Graci μῆλον, hoc est neomeniam dicunt. Synodicam lunam frequenter appellat Firmicus Maternus, quando est coniuncta cum sole, in coitu videlicet. Ab eodem persæpe synodica radiatio ponitur, pro ea radiatione qua est in coniunctione errantium stellarum. Valuoli fabæ folliculi appellantur, quasi valluoli, qui vallo fracti excutiuntur. *Glomulum.* Jaceruum, glomerem, globum. Glomus in sacris crustulum appellatur, & ex oleo coctum: glutinam vero folliculum siue tuniculam in hordeo & tritico appellant. auctor M. Varro. *Sedulo ministerio.* ] non solùm forma, sed etiam dexteritas strenuitasque in puella, amoris est conciliatrix: sed & utilitate ministerij laudatur puella apud Ouidium his versibus: Vna ministrarum media de plebe Galanthis, Flava comas aderat, faciendis strenua iussis Officiis dilecta suis. *Promerita.* ] consiliare, & obsequio demereri. Dixit poëta in Opere serio: Nunquam regina negabo Promeritam. Exponunt grammatici præstitisse, bene gessisse. Teren. Ita me velim ames promerentem pater: id est, bene agentem. Econtrario commeteri, est male agere & delinquere, vt illud: Quid commerui, ant peccavi pater? *Frugem tuam periclitabor.* ] id est, periculum faciam tuæ virtutis: periclitari enim est experiri, alias periculum subite. Hinc illud amphibolon apud Epigramma istam, periclitatur capite sodalis noster. *Discerne:* ] diuide, discrimina. Nam discriminare est, speciem à specie separare: quod & Donatus docet in II. Ænei dos commentario. *Passiuam congeriem.* ] in discretam & confusaneam, vocabulo à passim deducto. Sic passiuæ Venus, passiuæ libido, apud Iulium Firmicum usurpatur pro publica & cōmuni ac promiscua: & passiuæ amatores ab eodem dicuntur, qui passim ac indifferenter fœminas omnis amant. *Seingaus.* ] separatis, sepositisque per species.

Nec Psyche manus admolitur inconditæ illi & inextricabili moli: sed immanitate præcepti consternata, silens obstupescit. Tunc formicula illa paruula, atque ruricola, certatim difficultatis tanta, laboris que misera, contubernialis magni Dei, socrusque sauitiam execrata, discurrens gnauiter, conuocat, corrugatque cunctam formicarum accoliarum classem: Miseremini terræ omniparentis agiles alumnae, miseremini, & Amoris uxori puella lepida periclitanti prompta velocitate succurrite.

Moli.] acetuo, glomiulo, & declinatur, hæc moles. Inconditæ.] incompositæ, indigestæque. Formicula ruricula.] Optimum formicæ epitheton, ut ruricola dicatur, quasi ruris cultrix diutina, & operaria sedula. Plin. in ii. de formicis loquës scribit hæc: lam in opere qui labor, quæ sedulitas? si-

lices itinere earum attritos videmus, & in opere semitam fatam, ne quis dubitet qualibet in re quid possit quantulacunque sedulitas. operantur noctu plena Luna, interlunio cessant: & , ut inquit Horatius, Exemplum magni laboris formica est. Vnde Solomon in Proverbiis: Vade ad formicam, inquit, & piger, & considera vias eius, & disce sapientiam: quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Græcè dicitur μύρμηχτος, & forma diminutiua μύρμηκος. Hinc proverbiū Græcorum, ἀγαθῶν μύρμηκα, de copia fœlicitatis, & bonorum affluentiam. Alias myrmecia dicuntur vlcuscula, quorum meminit Cor. Celsus. Contubernialis magni Dei.] Contubernalem Cupidinis Psychein intelligit, cuius laboris misetta est formica. Magnus autem Deus non tam Iupiter hoc in loco significatur, quam ipse Cupido, de quo Plato memorat in Symposio: Magnus Deus est amor, & apud homines Deosque mirandus. Socrus.] Veneris, quæ in Psychem nurum atrociter nimis saeviebat. Gnauiter.] strenue, velociter. Classem formicarum.] totum ordinem, populosamque familiam formicarum, quæ illius loci cultrices erant. Appellatione classis significatur ordo & multitudo. Liuius narrat, Romanam fuisse distributam in classes à Seruio Tullio. Classes quoque in scholis sunt ordines discipulorum. Quintilianus in primo auctor est, à præceptoribus suis pueros in classes distributos, oratione dicendi secundum vires ingenij datum. Ea nobis, in-

quit, ingens palmæ contentio, ducere verò classem multò pulcherrimum. De hac classe scholastica intellexit Satyrographus illo versu: Cùm perimit sœuos classis numerosa tyrannos. Classici, ut docet Gellius, dicebantur non omnes qui in classes distributi erant, sed primæ tantum classis homines, quibus centum milia æris amplius censi erant: infra classem autem appellabantur, secundæ classis, cæterarū inque omniū classiū qui minore summa censebantur. Ex hac translatione decenter à Seneca dicuntur scriptores primæ & secundæ classis, hoc est primi & secundi ordinis & loci. *Alumnae.*] Condecenter & commodè animantes omnes dici possunt alumnae telluris, cùm omnia ab ea alantur indulgenter, perinde atque nutrice & matre, cui eximia propter merita cognomen indidimus maternæ venerationis. Hæc, ut Plinj verbis vtar, benigna, mitis, indulgens, usque mortalium semper amicilla, quæ coacta generat? quæ sponte fundit? quos odores, saporésque? quos succos? quos tractus? quos colores? quām bona fide creditū reddit fœnus? quæ nostrī causa alit? Meritò terra omnipatens à scriptoribus dicta, sicut à Virgilio scribente, Nechon & Tition terræ omniparentis alumnū Cerne re erat. Aug. in 7. de Ciuitate Dei, Tellurē matrē dici tradit, quod plurima pariat: magnā, quod cibū pariat. M. Varro terræ vim geminam, masculinā scilicet & fœmininam, inesse prodit: Masculinam scilicet, quod semina producat: & fœmininam, quod recipiat, atque nutriat. Inde à vi fœminina dictam esse Tellurem, à vi masculina Tellumonem Pontifices faciebant rem diuinam Telluri & Tellumoni: addentes prætereà duos terræ Deos, Altorem scilicet & Rusorem. Altor autem dicebatur, quod ex terra aluntur omnia quæ nata sunt: Rusori verò nomen erat ex eo, quod rursus cuncta eodem reuoluuntur. *Amoris uxori.*] Psychæ. *Prompta velocitate.*] Æsopus ille fabulator elegantissimus, fabulatur formicam olim hominem fuisse, quæ non propriis laboribus contenta, vicinorum quoque fructus auferebat: ex quo indignatus Iupiter transfigurauit eam in bestiolam formicam quæ formam quidem immutans, pristinum affectum, pristinamque partitatem retinuit. Vnde & nunc quoque rura perlustrans, colligit alienos labores, reconditque in thesauro.

*Sepedum.*] Id est, populosus numerus formicarum, instar vndarum & fructuum,

Ruunt aliae, supérque aliae sepedum populorum vndæ, summoque studio singula granatim totum digerunt acerū: sepa-

separatimque distributis, diffitisque generibus, è conspectu perniciter abeunt. Sed initio noctis è conuiuio nuptiali, vi-  
no madens, & flagrans balsama Venus remeat, totumque reuincta corpus rosis micantibus, visaque diligentia miri laboris: Non tuum, inquit, nequissima, nec tuarum manuum istud opus, sed illius, cui tuo, immo & ipsius malo placuisti. Et, frusto cibarij panis ei projecto, cubitum facebit.

vndatim rueblo in auxilium Psy- ches. Virgilius: Manè salutantum plenis vomit ædi- bus vndam. Sepe- des autem elegan ti vocabulo di- cuntur, à numero pedum: formicis enim seni pedes sunt, sicut in se- ctsiferè omnibus. Insecta verò sunt

ea animalia, quæ Albertus Magnus anulata appellat, Aristoteles & Græci ἔντομα. Plinius in 11. Omnibus inquit, his seni pedes, plerique vermes duodenos habent, aliqua & centenos: numerus pedum impar nulli est. *Granatum.* ] per grana, speciisque gra- norum. *Difſis.* ] diuisis, separatis, discretis. *Perniciter.* ] celeriter, *Vino madens.* ] Vinum & vnguenta decenter Veneri copulantur, cùm sint incentiua libidinis: meritóque prisci ex Venere & Baccho Priapum genitum finxerunt, coniectura satis proba: quod qui vino indulgent, sint ad Venerem propensiotes, procliviorés- que. *Fragrās.* ] spirans, redolens. *Reuincta.* ] circundata, coronata- que. *Rosis micantibus.* ] Venerem rosis reuinctam, scitissimè memo- rat, námque rosa Veneris flos est. Id quod & Virg. testatur in Ele- gido cui titulus est Rosæ, cùm ait: Sideris & floris est domina- vna Venus. Apud Aphthonium fabella est, quemadmodum olim Venus latura suppetias Adonidi, deliciolo suo, quem Mars necare tendebat, in rosas incidit, quarum spinis pedem perfora- tur: ex quo vulnusculo manans crux, rosam, quæ prius candida erat, coloravit. Hinc Claudianus, significare volens rosas à Vene- re colligi, ita inquit: Sic fata crux Carpit signa sui: id est, rosas decerpit Venus, suo ipsius sanguine coloratas, infectasque. Epi- grammatica quoque Veneri gratam esse rosam illo hendecasyl labo demonstrat: Sic felix rosa, mollibusque sertis Nostri cinge comas Apollinaris, Quas tu nectare candidas, sed olim Sic te se- per amet Venus memento. Græci rosā rhodon appellat: inde rho- dion vnguentum dictum, ex rosa confectum, de quo Plin. in 13. *Illijs.* ] Cupidinem intelligit. *Frusto panis.* ] M. Cato: Frusto, in- quirit, panis conduci potest vel uti taceat, vel uti loquatatur. Hinc ad

uerbium frustatum, quod significat per frusta & minutatim: quod & ~~frustatum~~ frustilatum dicitur. Plautus in Curgulione: Iam ego te faciam ut hic te formicæ frustilatum differant. Inde frustulentam aquam appellat, intelligi volens iusculum concinatum ex carne minutim concisa. *Cibary panis.*] Cibarium panem dicimus sordidum, plebeium, prorsusque viliorem: qui & secundarius nuncipatur. Apud Suetonium non pauca annotauimus, super generibus panis: ubi tradit secundarium panem mirò Augusto expetitum esse. Plin. in 18. Cibarij inquit, quod secundarium vocant, sestarios quatuor. Idem paulo mox cibarium à secundario seiungere videtur, cum ait: Secundarij panis quinas selibras, totidem cibarij, & furfurm sestarios sex. Cor. Celsus cibarium pñem dicit esse infirmissimum: sic enim vocat, in quo est minimum alimenti: sicut valentissimum id, in quo plurimum alimenti est. De cibario pane M. Tullius in 5. Tuscula. Cum cibarius, inquit, in casa panis datus esset, nihil visum illo pane iucundius. Cibarium quoque vinum dici posse pro ignobili, testis est M. Varro, qui ait: Potus meus vinum cibarium. Idem dixit, Tuus frater cibarius fuit Aristoxenes: ubi cibarius homo impropriè quidem, sed scitè, accipitur pro sordido & plebeio ac proletario. *Cubitum facessit.*] It dormitum. Praeceptum M. Catonis est, Villicus primus cubitu surgat, postremus cubitum eat.

*Petulantia luxurie.*] Luxuriem & luxuriam indifferenter usurpari apud scriptores idoneos, sat liquet. *Cupita.*] Psyche dilecta, desiderataque. *Separatis amatoribus.*] Psyche & Cupidine. *Tetra nox.*] nigra, crudelis, amara, obdissidium scilicet amatorum. Alias tettum, vitabile, illuviolum, foedum dicitur.

Interim Cupido solus interioris domus unici cubiculi custodia clausus, coercebatur acriter: partim, ne petulantia luxurie vulnus grauaret: partim, ne cum sua cupita conueniret. Sic ergo distinctis & sub uno tecto separatis amatoribus, tetra nox\* exanclata. Sed aurora commodum inequitanti, vocatae Psychæ Venus infit talia: Vides ne illud nemus, quod fluuiio preterluenti, ripiisque longis attenditur: cuius imi gurgites vicinum fontem despiciunt? oues ibi nitentes, aurique colore florentes, incrustato pastu vagantur. Inde de coma pretiosi velleris floccum mibi confessim-  
qno-

quoquo modo quasitum afferas censeo.  
Perrexit Psyche volenter, non obsequiū  
quidem illa functura, sed requiem ma-  
lorum præcipitio fluvialis rupis habi-  
tura. Sed inde de fluvio Musice suavis  
nutricula, leni crepitu dulcis auræ di-  
uinitus inspirata, sic vaticinatur Arū  
do viridis: Psyche, tantis erumnis exer-  
cita, neque tua miserrima morte meas  
sanctas aquas polluas, nec verò contra-  
formidabiles oves istius oræ feras adi-  
tum, quoad de Solis flagrantia mutuato  
calore, truci rabie solent efferri: cornū-  
que acuto, & fonte saxeā, & nonnun-  
quam venenatis morsibus in exitium  
seire mortalium. Sed dum meridies  
Solis sedauerit vaporem, & pecua spi-  
ritus fluvialis serenitate conquiuerint,  
poteris sub illa procerissima platano,  
qua mecum simul unum fluentum bibt,  
latenter te abscondere: &, cum primum  
mitigata furia laxauerint oves animū,  
percussis frondibus attigui nemoris la-  
nosum aurum reperies, quod paſsim stir-  
pibus connexum obhærescit. Sic Arun-  
do simplex & humana Psychen ægerri-  
mam salutem suam docebat.

**Exanclata.]** Qua-  
si cum ærumnis  
& laboribus ex-  
hausta, transacta-  
que. Græci ver-  
bi proprietas exi-  
gere videtur, ut  
exantlate potius  
per literam t.,  
quàm exanclata  
dicamus: quod  
& in primo com-  
mentario anno-  
taui. Illud adde,  
quòd anclbris si-  
ue antlabris men-  
sa vocatur, quæ  
in sacrificando  
Diis anclatur, id  
est hauritur, mi-  
nistratürque. **At-**  
**tenditur.]** iuxta &  
propè explicatur,  
extenditürque. **Ni-**  
**tentes.]** splen-  
dentes. **Incuso-**  
**dito pastu.]** libera  
& soluta pastione.  
**Floccum afferas.]**  
**Floccus proprie-**  
dicitur in panno,  
si in vellere par-  
ticula est eminen-  
tior, quæ forfici-

bus reciditur: cuius diminutivum est flocculus. Plinius in 16.  
de robore loquens ait: Nascuntur in eo & pipulæ nucibus non  
absimiles, intus habentes flocculos molles, lucernarum lumini-  
bus aptos. Idem in 10. Hirundines, inquit, nidum mollibus plu-  
mis floccisque consternunt. Cor. Celsus inter notas & signa  
mortiferi morbi esse scribit, si quis in febre & acuto morbo ma-  
nibus in veste floccos legit, fimbriâsve djudicat: inde sit verbum  
flocci facio pro contemno, nihilpendo, nec pluris facio quam

sint flocci Apud Plautum in Epidico anceps est scriptura. nam à quibusdam legitur, duo deflacci senes. Alij legere malunt, deflocati, quasi attriti, vetuli, ut pannus & vestis sine flocco. Demitor Nonium Marcellum sic scripsisse: Deflaccare est atterere, trahitum à vestibus sine flacco. Fateor equidem deflaccare accipi in eo significatu, quem ille tradit: sed à flacco vestimenti deriuari id planè diffiteor. non enim flaccus in vestib. dicitur sed flocus, ut iam docuimus, & vulgo quoque usurpatur. Flaccus verò vocabulo prisco Latino significat languidum, vietum & mollem: quod & flacidus nominatur. Plinius autem, cognomina Flaccorum ducta esse ab auribus flaccis, hoc est mobilibus, flacidis, languidulis. Est & verbum vetus flaccet, quod significat languet, deficit; inde deflaccare & inflaccare. Apuleius in Apologia: Cur vestra oratio rebus flaccet, strepitu viget? Fungatur.] peragit. fungi enim agere est, defungi peragere: vt docet Agrelius. Prior lectio est, si corrigas, Functura: sicut verbum illud Habitatur, corrigo Habitatura. Est enī sensus, Psyche libenter virōque perrexit, non quidem ob obsequium iniunctum peractura, sed requiem malorum habitura, inuenturaque ex morte, quam subire destinauerat ex rupis præcipitio. Musicæ nutricula.] Arundinē musicæ nutriculam eleganter appellat, nam ex arundine Pan fistulam compaginavit: ex arundine tibiæ conficiuntur, inde calatum auleticon vocant Græci, quam nostri tibialem, Plin. in 16. docet, quemadmodum arundines præparandæ sint in usum tibiarum. Inspirata.] quasi spiritu quodam animata, & vocalis facta. Exercita.] fatigata, agitata. Virg. nate Iliacis exerceit fatis: interdum exercitus dicitur contemptus, neglectus, que, vt docet Fulgentius Placiades, allegans illud Platinum, Nos nostrāmque familiam habes exercitam. A. Gellius dixit in primo, Aderat ibi forē amicus noster lectione multa exercitus, pro x̄ citatus, & ita frequenter reperiās apud auctores. Iſius oræ.] Legionis & loci. Formidabiles oues.] Sunt oues quas feras vocant. nam ia quocunque genere animalium est placidum, eiusdem inuenitur & ferum. Ait Plin. camelopardaliū appellatam esse ouis fr̄tæ nomine, cùm aspectu magis quam feritate conspicua sit. Græcē οὐεῖσθαι dicitur: vnde Probatice piscina in Euangeliō dicta, qua probata, id est, oues lauabantur. Apicas vocant oues, quibus nudus est venter, & sine lanicio, quas damnant μέλον quoque ouem Græci nuncupant: vnde melotes, vestes ex ouinis pellibus factæ, apud Ecclesiasticos scriptores appellantur. Mutuato calore.] quod calorem & vim excitet solis feruor, exemplo sunt serpentes, quæ per calorem acerimè mouentur;

per brumalia autem & hyberna tempora mutatione cœli refrigeratæ, immotæ sunt stupore. auctor Vietruius. Et à Sa-lustio proditum est in Iugurtha, calore & siti serpentes magis quam re alia accendi, & in rabiem efferari. Contrà in homi-nibus corpora calore fiunt imbecilla, & feruore dissoluuntur: cum à refrigerationibus solidentur atque confirmen-tur, nam calor exurendo eripit naturales virtutes, dissoluunt-eas & mollescentes efficit atque imbecillas: ut etiam in firo animaduertimus, quod quamvis natura sit durum, tamen in fornacibus ignis calore percalefactum ita mollescit, ut in emne genus formæ facile fabricetur: idem frigida aqua tin-ditum redurescit, & restituitur in pristinam proprietatem. *Fronte-sixa* } dura, indomabili, & quasi lapidea. *Pecua.* } oues. Veteres (ut tradunt grammatici, & annotat in s. Priscianus) hoc pecu singulariter, pecua pluraliter dixerunt. Plautus in Mercatore: Nec pecua ruri, pascere, nec pueros nutricare, & Solinus: Ita impulosa, inquit, est ut pecua nisi interdum à pastoribus arcean-tur, ad periculum agat satietas. Pecuatum dici voluerunt stul-tum. Antidamus in Moralibus: Hominem quis ferat sic pecua-tum? *Spiritus.* ] auræ ex flumine minantis. Homerus, è flumine auras ante lucanas semper insalubres esse tradit. Nilus solus om-nium fluviorum, auctore Herodoto, nullas ex se auras remittit, spiratque. Lucan. annem celebrat nomine Anauron, quasi sine aura, & nullum spiritum exhalantem. *Procerissima.* } editissima, amplissimaque. Plinius de magnitudine arborum scribit in 16. atque visas esse arbores admirationis præcipuae, longitudinisq; incædibilis. Idem in 12. refert, platanos celebratas fuisse Athenis in ambulatione Academæ. Fabulositas Græciæ narrat Iouem sub platano cum Europa concubuisse in insula Creta, quæ nun-quæ folia dimittat. Vmbræ causa tantu hæc arbor expetitur: cuius non alia cōmendatio maior est, quam quod sole estate arcet, hyene admittit. Genialis ab Ouid. dicta est, quasi voluptaria. Platani radices mero infuso nutriuntur; docuitque luxuria prisco-run, arbores vīna potare. *Abscondere.* ] Tanta est platanorum capieitas & amplitudo, ut quædam celebretur domicilijs modo caua octoginta pedum specu, tam digna miraculo, ut Luinius Mutianus prodiderit, epulatum intra eam se cum decem & octo comitibus. Caius quoque princeps in Veliteno rure epulatus est sub platano quindecim coniuvarum ac ninistrorum capace: quam coenam appellauit ille nidum. *Attrui.* ] proximi. *Lanosum.* ] Vellus aureum significat, ut in quo aurum est lanæ plenum, & floccis lanicij fulgidum.

*Obhærescit.*] adhærescit atque implicatur. ob enim antiqui pro ad ponebant: ut obiurare pro adiurare: & ob os, quod significat ad os: ob Romanum, ad Romanum. Ennius: Ob Romanum noctu legiones ducere cœpit. Ab eodem dictum est, Omnes occisi o. censique in nocte serena: id est, accensi.

*Nec parentendo.*] auscultatione salutari, & optimo documento. Auscultare enim significat obedire: nec tam audire est, quam diligenter attendere. hinc illud Catonianum: Auditis enim non auscultatis, tamquam pharmacoplam. *Furatrix.*] furto & rapina. eodem enim inclinata furatrix dicitur, quo moletrina, feratrix, fœtrina. est autem moletrina, pistillum, à molendo dictum. Antiquitas Deam coluit nomine Furinam: in cuius honorem feriae furinalia dicuntur: cui etiam flamen fuit attributus, dictus funialis.

*Flauentis.*] aurei. A colore & flavum & fuluum dicitur arum. Quid autem distet flavius à fuluo, docet Gellius. *Donnam.*] Venerem. *Contortis.*] tortuis, superbiam fastumque incantibus: homini enim in superciliis, vt inquit eleganter Plini tristitia, hilaritatis, clementia, severitatis indicium est. Estus & Superbia aliubi conceptaculum, sed hic sedem habet: in corde nascitur, hic subit, hic pendet. *Supercilia in lunonis tutla esse*

*Nec auscultatu poenitendo diligenter instrueta illa cessauit: sed obseruit omnibus, furatrix facili, flauentis auri mollitie congeustum gremium Verei reportat.* Nec tamen apud dominum saitem secundi laboris periculum, secundum testimonium meruit, sed contortus superciliis subridens amarum, sic inquit: *Nec me præterit huins quoque facti auctor adulterinus.* Sed iam nunc ego sedulò periclitabor, an oppido fodi animo, singulari que prudentia sis predicta. *Videlicet i si tentem celsi, in ciliis rupi montis ardui verticem, de quo fontis atri fuscæ defluunt unde, proximeque conceptaculo vallis inclusæ stygiis irrigant paludes, & pauca Cocyti fluente nutriunt. Indidem mihi desum mi fontis penita scaturigine roren rigentem hauritum ista confessim deferto urnula. Sic aiens, crystallo dedolaum vasculum, insuper ei graniora communitata, \* tradit.*

putabat antiquitas, quod his protegantur oculi, per quos luce  
fruiuntur, quam tribuere putabant lunonem, unde & Lucina di-  
cta est. M. Varro lunam Lucinam esse interpretatur, quam ait du-  
cem nascentium esse: eique Deae mulieres potissimum superci-  
lia attribuisse, quia supercilia in altissima corporis parte colloca-  
ta sunt, inde supercilium pro loco edito abruptoque accipitur, ut  
ante diximus. supercilio los dicimus superbos, & seueros. *Ama-  
rum.* Subrisit quidem Venus, sed eo risu qui magis amaritudi-  
nem animi tristiciamque prae se ferret, quam hilaritatem. ama-  
rum dixit, pro amare & indignanter. *Adulterinus.* ] sicut, inquit,  
aliena ope ysa est in digerendis frugibus, aceruatim commix-  
tis, ita in hoc quoque negotio alienas suppetias, alienumque ad-  
miniculum adhibuisti, sicutque tibi opitulator adulterinus, vide-  
licet Arundo, cuius monitu instructa Psyche peregerat Veneris  
mandata. *Periclitabor.* ] tentabo, experiar. *O piad forti.* ] valde ro-  
busco & firmo: aduerbum est frequentissimum. *Vertuem.* ] Ver-  
tex est contorta in se aqua, vel quicquid aliud similiter vertitur.  
Sic & pars summa capitinis vertex, & quod in montibus eminen-  
tissimum, recte dixeris haec omnia vertices. auctor Quintilian.  
in 8. A poëta dictum est, Saxi de vertice pastor. *Fusce.* ] nigrantes:  
unde fuscitatem & atritatem posuerunt veteres pro nigritia, &  
atro colore. *Cocytifluenta.* ] Præconio poëtarum Cocytus inter in-  
fernos amnes notissimus est, cuius Plato meminit in Phædone,  
scribens eum contra Pyrrhleghontem erumpere in Tarta-  
rum. Philosophi corpora mortaliū infētos vocauerunt, & om-  
nia quæ illic essent credidit fabulosa persuasio, in nobis meti ipsis  
assignare conati sunt, afferentes Cocytum esse quicquid homi-  
ne in luctum lacrymāsque compellit. Græce enim κακόν lugeo,  
& κακούς luctus vularūsque significatur. Stygiam vero palu-  
dem interpretantur, quicquid inter se humanos animos in gur-  
gite mergit odiorum, σὺν τῷ συγένει, quod odiisse significat. συγένει  
odibiliter, συγένει querulus, odiōsus dicitur. *Indidem.* ] inde,  
ex illo loco & fonte. *Penita scaturigine.* ] interiori fluxione: ab hac  
particula penitus, quæ significat intimam partem, sit nomen pe-  
nitus, penita, penitum. Antiqui quoque auctore Prisciano, &  
penitior, & penitissimus dicere solabant, velut interior intimus.  
A. Gellius penitissimas gentes dixit pro remotissimas, vltimās-  
que, quas Plin. extimas vocat. Apuleius in Dæmonio, In peni-  
tissimis mentibus diuersetur, pro intimis. Plaut. in Asinaria:  
Age quæ so Hercle usque ex penitis faucibus, id est, ex interiori-  
bus. Sidonij est ille versiculus Phalecius: Francorum penitissi-  
mas paludes. *Hauritum.* ] hauustum, eductum: sicut enim ab audio

auditum, sic ab haurio hauritū declinavit. *Haustra* veteres dixerunt rotarum cados, ab hauriendo: Græcè antla dicuntur. De multipli significatu huiusc verbi (est enim polysemon) annotant grammatici: aliter enim est dictum, *Latus haurit apertum*: aliter, Ille impiget hausit spumantem pateram: aliter, Vocemque his auribus hausi. *Crystallo dedolatum.*] Plin. *crystallum inter gemmas percenset, & gratia in crystallinorum poculorum celebrat.* *Crystallum glaciem esse certum est*, vnde nomen Græci dedere. Infestatur pluribus modis, scabrie, ferrugine, maculosa nube, occulta aliquando vomica: est & ruffa, aliquibus rubigo, aliis capillamentum rimæ simile. Hoc vitrearij artifices litura occultant: quæ sine vitio sunt, appellant asyntheta, quasi simplicia & pura. Quidam apud Pliniumacentra legere malunt, quam asyntheta, quasi sine centro: quod prædurum fragiléque interstalli virtus numeratur. Nero amissarium rerum nuntio accepto, duos calices crystallinos in suprema ira fregit illis. Fragmenta sarciri nullo modo queunt. Pocula crystallina in frigido potu probantur, calore dissiliunt. *Dedolatum* dixit, artificio vitrearij lœvigatum, & omni scabritia expolitum. Dolare enim, & dedolare, fabrorum verbum est, cùm materiarum complanatur asperitas. Hieron. *dolatorium* appellat id ferramenti genus, quo materia & lapides dolantur: quod alio nomine asciam Latinivo- cant. vnde asciare verbum *Victruius* est, ascia dolare. Sic enim inquit in 7. *Sumatur ascia, & quemadmodum* materia dolatur, sic calx lacu macerata ascietur. *Exasceatum* dixit Plaut. quasi dicas expolitum, perfectumque.

*Inuitæ.]* Ut lectio planior sit, legere malim, Inuentura vitæ finem. Volebat enim Psyche ex rupi ardua se præcipitans, inuenire vitæ finem, ærumnosæ scilicet, & infælicis: cum mors ærumnarū requies sit, & finis. Hinc illud Horatianum: Moriā, mors ultima

*At illa studiosè gradum celerans, montis extreum petit cumulum, certe vel illic inuentura vita pessima finem. Sed cùm primum predicti iugi conterminos locos appulit, videt rei vasta lethalem difficultatem. Namque saxum immanni magnitudine procerum, & inaccessa salebritate lubricum, medius è fauibus lapidis fontes horridos euombebat: qui statim proni foraminis lacinij editi, perque procline delapsi. & angusti canalis exerto contexti tramite, proximam conuallem latenter incidebant.*

*Dexte-*

*Dextera lauáque cotibus canatis proserpunt, & longa colla porrecti senui dracones, inconniuæ vigiliæ luminibus addictis, & in perpetuam lucem \* populis excubantibus. Iamque & ipsæ semet muniebant vocales aquæ. Nam &, Discede, &, Quid facis? Vide, &, Quid agis? Cane, & Fuge, & Peribis, subinde clamant. Sic impossibilitate ipsa mutata in lapidem Psyche, quamvis præsenti corpore sensibus tamen aberat: &, inextricabilis periculi mole prorsus obruta, lacrymarum etiam extremo solatio carebat.*

linea rerum est.  
Letalem.] mortiferum, & letum afferentem. Immanni. } ingenti & e-normi. Alias im-mane dicitur fœ-dum & noxiun. Salebritate.] acer-bitate, asperitate saxorum. Salebras asperitates saxo-rum dici volue-runt. M. Tul. nun-quam in tantas sa-lebras cecidisset. Inde salebrosus, asper: & salebri-

tas, asperitudo significatur. *Inaccessa.* } inaccessibili, inuia, inad-i-bili. *Lacinij.*] tortuosis & flexuosis limitibus. Sic enim aquæ fon-tanæ per semitas obliquas fluere consueuerunt, & delabi. *Exerto tramite.*] aperto & subdiali. subdalia enim dicuntur, quæ sub dio. hoc est cœlo sunt. Veteres expapillatum dixerunt, renudatum & exertum: sicut à Plauto dictum est expapillatum brachium. Cùm autem contraria sint exertus & coniectus, scitè dixit fontes flu-xisse coniectos in tramite aperto, cùm intra canalem angustum, decurrerent: sëpe enim vñuenit, vt locus fluentis riui sit exer-tus, ipsæ verò aquæ intra angustias canalis inumbrentur, & con-iectæ decurrant. *Cotibus.* } cautibus & saxis. *Proserpunt.* } Serpere & proserpere idem dicebant: quod est proprium peculiaréque draconum. Plaut. Fac me proserpentem bestiam, duplicem, vt habeam linguam. Hinc Proserpina quoque dicta luna, quòd vt serpens modò in dextram, modò in sinistram partem latè mo-uetur. *Inconniuæ vigiliæ.*] Vigilia inconniuæ eleganter dicitur, quando nusquam oculi conniuent, sed aperti micantésque aspe-ctu vegeto peruigilant. Conniuere enim est, oculum claudere, genas operire, grauiores alitum (vt auctor est Plin.) inferiore ge-na conniuent, columbae & similia vtraque conniuent. Silius: Conniuenter, solémq; pauent agnoscere visu. Hinc eleganti trans-latione dicimus Deos & homines connuere in delictis, quæ im-punita prætererunt. Ecōtrariò inconniuēs dicitur, qui oculis est vigi-

Iantibus, apertisque sine nictatione, sine palpitatione. A. Gellius de Socrate memorat, quod inconveniens, immobilis, iisdemque in vestigiis perstebat. Sic & inconvenia vigilia, pro inconveniens & exerta, oculis nusquam somno succumbentibus. Dracones autem acie oculorum acutissima & perwigili praeditos esse, tradunt auctores: & nomen argumento est: nunc opatur enim ~~omn~~ <sup>seipk</sup>, quod est videre. & ob id simulachris Aesculapij & Salutis draco subiungitur: oportet enim medicum esse oculatissimum, & prae noscere commoda incanno aque in corporibus: cui conuenit dicere posse de ægroto, quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura sequantur. *Addicis.* } eleganter & scite, quasi oculi ita addicantur mancipenturque vigilie, ut illi praestol sicut: sicut addi eti sententiae prætoris creditoribus tradebantur in mancipatum: super qua re legito A. Gellij librum nouissimum. *Populis.*] Omnis vis videndi, ac ratio cernendi, continetur in populis, quæ & pupillæ dicuntur: quas ob id Lactantius scintillas lumen nuncupat, in libro de Opificio: per eas enim se ipsa mens intendit, ut videat: mens enim videt, animus certus, transmittitque vim visibilem per oculos, quasi quasdam per fenestras. Auctores Plin. M. Tul. cæteri. *Munib.* ne scilicet vox polluatur. *Vocales.* } Ab effectu: nam vocem repente emiserunt, Psyche admonentes ut abscederet procul. Præterea aquæ vocales dici possunt à sono & strepitu, quem fluentes efficiunt. *Subinde.* } frequenter, identidem. *Mutata in Lapidem.* } Facta est, inquit, Psyche similis statuæ lapideæ, sine sensu, stupens, attonita, ob rei imperatæ impossibilitatem. *Mole.* ] Magnitudine & quasi aggere pressa. *Lacrymarum solatio.* } Habebat Psyche oculos quasi puniceos, qui (ut inquit Plaut.) lacrymam expuere vnam non quibant: cum interdum lacrymarum in dolore profusio sit maximum solarium. Seneca: Omnis aduersa fortuna habet in querelis leuamentum. Ouid. Fléque meos casus, est quædam flere voluptas.

*Prouidentia.* }  
Græci ~~προέργειαν~~ vo-  
cant, quam nostri  
prouidentiæ: quæ  
fatidica Stoico-  
rū anus appellatur  
a Velleio Epi-  
cureo apud M.  
Tullium. prouiden-  
tia mundum

*Nec Prouidentia bone graues ocu-  
los innocētis animæ lauit arumna. Nā  
primi Iouis regalis auis illa, repente, pro-  
pansis utrinque pinnis, affuit rapax  
aquila: memōrque veteris obsequij, quo  
ductu Cupidinis Ioui pocillatorem Phry-  
giū sustulerat, opportunam ferens opem,  
Deique numen in uxoris laboribus per-  
colens,*

colens, alti culminis Diales vias deserit. ob os puerula praeuolans, incipit: Attu simplex alioquin, & expers rerum talium, \* spera que te sanctissimi, nec minus truculenti fontis, vel unam stillam posse furari, vel omnino cōtingere? Dīs etiam, ipsique Ioui formidabiles aquas istas Stygias, vel fando comperisti? quod que vos deieratis per numina Deorum, Deos per Stygis maiestatem solere? Sed cedo istam urnulam. & protinus arreptam, completamque festinanter, librassisque pinnarum nutantium molibus, inter genas saeuentium dentium, & trisulca vibramina draconum, remigium dextra laeuaque porrigens, nolentes aquas, & ut abiret innoxius præmonentes, excipit: commentus, ob iussum Veneris petere, eique se præministrare. quare paulo facilior adeundi fuit copia, Sic acceptam cum gaudio plenam urnam Psyche Veneri citata retulit.

Sus est, ærumnam Psychæ, hoc est animæ, non latuisse oculos prouidentiaz perspicacissimos. *Aquila regalis avis.* {Sat est notum, aquilam Ioui dicatam esse, vel quia fulmine non percutitur, vel quia dicitur dimicanti Ioui contra Gigantes fulmina ministrasse, vel quod in auspiciū aduolauerit illi aduersus Titanas profisciscenti: quam victor bono omniæ acceptam, tutelæ suæ subiugauerit. Sacra vero historia testatur, aquilam confidisse Ioui in capite, atque ita regnum portendisse. Igitur ob hæc aquila regalis avis nuncupatur: & quia in omnia auitia regnum sortita est, iccirco traditur exercere inimicitias cum auicula, cui trochilos est nomen ob hoc tantum, quod rex auium nominatur. Proverbium Græcorum est ἀπὸ γῆς, aquilæ senectus, quod de senibus bibosis & vini avidis dicitur: & ita usurpat noster Comicus, quoniam aquilæ in senectute tantum

regi autumant sanctiores philosophi: cuius oculum nihil later, nihil effugit. de qua M. Tullius in secundo de Natura deorum. Talis igitur mens mundi cum sit, ob eamque causam prudentia appellari rectè possit, ita enim prona dicitur, hæc potissimum prouidentia & his maximè est occupata: primum vt mundus quam aptissimus sit ad permanendum: deinde vt nulla re egeat, maxime autem vt in eo eximia pulchritudo sit, atque omnis ornatus. Sen-

bibunt, cùm ob aduncitatem rostri superioris cibo vesci non possint. A Græcis dicitur hæc parœnia, de his qui in senecta sunt meliores quàm in iuventa: propterea quod aquilæ senescentes mature victimum \* feruntur & ob curvaturam rostri fieri innocentiores. quas Plinius hoster ait oppetere non ægritudine, sed fame: in tantum superiore rostro accrescente, vt ad uncitas aperiri non queat. *Pocillatorem Phrygium.*] Ganymedem significat, quem Jupiter effictum amans, in aquilam demutatus rapuit. fabula notissima. Lactantius poëticum velamentum ita referat ac detegit, vt tradat, ideo dici Iouem rapuisse in aquila catamitum, quia aut per legionem rapuit, cuius insigne aquila est: aut quia nauis in qua est impositus, tutelam habuit in aquila figuratam: Strabo harpagiam dici locum autumat, vnde raptus sit Ganymedes. απτάζω enim Græcè est rapio. Id autem circa Dardanum pronontiorum contigisse arbitrantur. Eusebius chronographus signat, Ganymedem à Tantalo raptum esse, indeque exortum bellum inter Troëm Ganymedis patrem, & Tantalum. Hunc in cœlo pocula & nectar Ioui ministrare, canunt poëtæ, & cum primis Ouidius, cùm ait: Nec mora, percusso mendacibus aëre pennis Arripit Iliadēm, qui nunc quoque pocula miscet, Inuitaque Ioui nectar Iunone ministrat. Igitur cùm Ganymedes poculorum Iouialium pincerna sit, vocabulo elegantissimo pocillator dicitur, quasi poculorum ministrator. à poculo enim sit pocillum, qua dictione Liu. & Plin. vtuntur. Præterea in Zodiaco aquarius est, quem complures (vt inquit Higinus) Ganymedem esse dixerunt, quem Jupiter ministrum Deorum fecisse existimatur. Itaque ostenditur velut aquam fundens. vnde à Græcis Hydrochoos dictus est, quo nomine & à nostris nominatur. Catullus in Callimachi interpremento: Proximus Hydrochoi fulgures Oarion. Pocillatorem Ganymedem denotat Ausonius illo versu: Stat Iouis ad cyathum, generat quem Dardanus Tros. Nam stare ad cyathum scitè & eleganter dicitur pocillator, qui cyathum propinat. sic Iuuenalis: Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis vxori Ad cyathos. Sueton. tradit, Cæsarem ad cyathum stetisse Nicomedi. Cyathissare Plautino verbo est ad cyathum stare, & cyatho vina ministrare: hoc est, fungi pocillatoris ministerio. *Numen Dei.* Imperium Veneris, & maiestatem: à nutu numen dictum. *Sustulerat.* Jin cœlum tulerat, portaueratque. *Duetu Cupidinis.* } Sensus est, aquila rependere vult beneficium Cupidini, subueniens laboriosæ Psychæ eius vxori, memor, quod & auspicio ductuque ipsius Cupidinis Ganymedem in cœlum vixerat Ioui

Ioui amatori. In uxoris laboribus. ] in laboriosis ætumnis Psyches. Diales vias. } Iouiales & cœlestes. Græci Dia Iouem appellant: hinc flamen dialis dictus, à Ioue cui sacra facit. à die quoque dialis deducitur. Hinc sconema illud M. Tullij in consulem, qui vno tantum die consulatum peregit. Solent, inquit, esse flamines diales, modò consules diales habemus. Inde sub dio dicitur, quasi sub Ioue, id est cœlo, quod & sub diuo dicitur: vnde subdiales dictæ, siue subdiuales ambulationes, Plinio, quæ apertæ sunt, & ostentæ soli atque sub cœlo: est enim æthra, splendor ætheris. Ob os. Jad os. ob enim, vt suprà dictum est, antiqui ponebant pro ad: vt ob Romanam, ad Romanam: ob os, ad os. M. Tullius: Cuius ob os Graij ora obuertebant sua. Iouiformidabiles Stygias aquas. ] Ut poëtæ canūt, statuit Iupiter, si quis fecellisset numen Stygis, peierassetque per Stygias vndas, vt vno anno & nouem diebus ab ambrosia & nectare prohiberetur. Ideò autem hoc fictum creditur, quia tristitia contraria est æternitati, & Dij per Stygias aquas tanquam rem contrariam iurare formidant. Virgilius: Stygiāmque paludem, Dij cuius iurare timent & fallere numen. Apud Platонem in Phædone Stygius per colorem Cyaneum, hoc est nigrum & obscurum erumpere fertur, qui paludem efficit Stygiam. Antè dictum est, nomine Stygis tropologicè significari, quicquid inter se humanos animos in gurgite mergit odiorum. Deieratis. } Deierare est, valde iurare, hæc enim particula de auctiua est: vt deamat, pro valde amat. auctor Donatus. vnde deiurium dicitur Gellio, & reliquis, pro iureiurando. Peierare verò est, falsum insurandum dicere: quod & periurare usurpatur. Tertullianus: Citiùs apud vos per omnes Deos quam per vnum Genium Cæsaris peieratur. Cedo. ] da. Vrñulum. ] vas aquarium est: ex eo dicta vrna, quod vrinat in aqua haurienda. Vrinare enim est mergi: inde vrinatores & vrinantes dicti, qui sub aquis natant & merguntur: quæ dictio apud Plinium frequentissima est. Quicunque sidere delphini orienti natus fuerit, vrinator erit. Vrinarium mensa est vasorum, ex eo dictum, quod vrnas cum aqua positas ibi potissimum habebant. Trisulca vibramina draconum. ] Hoc, dictum propter linguam serpentis quæ trisulca est, vibrans. atrique coloris, vt docet Plin. in II. quod & poëtæ testantur. Virgilius: Arduus ad solem & linguis micat ore trisulcis. Ouidius: Trésq; micant linguae. Sensus est, aquilam erecta vrnula excepisse, retulisseq; ad Psychen aquas illas formidabiles, inter trisulcas vibrantesq; linguas draconum, & dentes oculatatos, quos serpentibus esse tradunt serratos, pectinatum coēentes, ne contrario

occursu atterantur. *Remigium.*] Alas dicit, ut suprà poëtica translatione. *Innoxius.* {armiger scilicet Louis aquila. *Premianentes.* possumus etiam legere, premonentes, tanquam aquæ prius mouerint aquilam, ut abiret sine nocturno. *Commentus.* {cùm finxit. set aquila.

*Vel tunc.*] exhibito officio tam difficiili, & obsequio tam ancipiti.

*Appellat.*] alloquitur. *Renidens exitibile* } risu exitium perniciemque denunciants. *Magna quedam.*] Si legis magna, copulabitur cù malefica. Sed dispice an purior lectio sit Maga. dicit enim Venus, sibi magam quan dam videri Psychen, & maleficā primi nominis, quæ mandata ipsius impossibilita, nedum difficulta factu, tam strenue exequuta sit.

*Gnauiter.* {strenue, velociter, diligenter. *Pupula.*] Ironicōs pronunciandum. nomine enim blandimenti appellat Psychen, quam maximè oderat: quemadmodum blandientes dicere sollemus, Meus ocellus, mea columba, mea festivitas. Consimiliter dicimus, mea pupula, quæ in oculo pars pretiosior est: vt potè viuendi opifex atque effectrix, & (vt auctor est Plinius) adeò pu- pillis absoluta vis speculi est, vt totam imaginem hominis redant. Quidam id blandimenti nomen à puppa deducunt. sunt enim puppæ, quæ per diminutionem pupillæ dicuntur, im- gunculæ puellarès in deliciis oblectamentisque virguncularum, de quibus est illud Persianum: Nempe hoc quod Veneri donatæ à virginē puppæ. Ita puppas & puppos nominavit antiquitas,

*Nec tamen nutum Deæ sequentis vel tunc expiare potuit. Nam sic eam, maiora atque peiora flagitia comminans, appellat renidens exitibile: iam tu quidem vidēris \** magna quedam mihi, & alta prorsus malefica, qua talibus præceptis meis obtemperasti gnauiter. Sed adhuc istud, mea pupula, ministrare debebis. Sume istam pyxidem, & (dedit protinus) usque ad inferos & ipsius Orci ferales penates te dirige. Tunc conferens pyxidem Proserpine: Petit de te *Venus*, dico, modicum de tua mittas ei formositate, vel ad unam saltem dieculam sufficiens. Nam quod habuit, dum filium curat agrotum, consumpsit atque contriuit omne. Sed hanc immaturius redito, quia me necesse est indidem delinitam, theatrum Deorum frequentare.

puellas & puellos. Prior interpretatio magis proba , magisque  
venusta est, ut ad pupulam, oculi blandimentum , id genus re-  
feratur. Orci ferales penates. } Domicilium, Orci , id est Plutonis,  
ferale esse, & mortiferum metitò dici, nemo est qui nesciat. De  
te. ] à te. vetus elegansque locutio. Horatius : Quærit de pueris,  
num sit quoque fracta lagenā. Die ulam. ] quod per unam diem  
etiam breuiculam sufficiat. Diecula enim modò diem signifi-  
cat, alias morulam & tempuseulum : ut in primo commentatio  
fusius explicatum est. Quod habuit. ] scilicet formositatis. Quasi  
dicat, omnis mea formositas genuina & ingenita est absumpta  
in curatione Cupidinis ægroti : sicut medicamentum ex pyxide  
depromptum absumitur in ægro curando. Redito. ] regredere.  
Haud immaturus. ] citò, præmaturè, felineanter. Indidem. } inde, ex  
hac pyxide, ex hac formositate Proserpinæ.

Tunc Psyche vel maximè sensit ultimas fortunas suas : &, velamento reiecto, ad promptum exitium se compelli manifestè comperit. Quid nisi suis pedibus ultrò ad Tartarum manesque demeare cogeretur. Nec cunctata diuinius, pergit ad quamquam turrim præaltam, indidem se datura præcipitem : sic enim rebatur, ad inferos rectè atque pulcherrimè se posse descendere. Sed turris prorumpit in vocem subitam : Ecquid te , inquit, præcipitio misella queris extinguere? quidque iam nouissimo periculo, laborique isto temere succumbis? Nā si spiritus corpore tuo semel fuerit seingatus, ibis quidè profecto ad imum Tartaru, sed inde nullo pacto redire poteris. Mihi ausulta. Lacedæmon, Achaia nobilis ciuitas, non longè sita est. huius conterminam , deuīs abditam locis, quære Tanarum. Inibi spiraculum Ditis, &

Velamento reie-  
cto. ] id est, aperte, nec per ambages ac velamentum, cognouit se impelli ad ultimum exitium. Ultimas fortunas. ] ultimum infortuniū. Quidni. ] cur non, scilicet competiret cognoscereque se compelli ad exitium præparatum remotis strophis, & fucis. Demeare. } descendere, & deorsum meare. Indidem. ] ex ea turri. Descendere, ] ut scilicet per præcipitum extincta ita descenderet ad manes , ad quos demeant soli mortui. Et quid. ] Turris vocalis facta castigat Psychen,

quod se præcipitio peremptam demittere vellet ad Tartarum, cū mortuis nullus ad superos reditus pateat, unde negant redire quenquam: ex quo fieret, ut Veneri pyxideculam referre non posset. Nouissimum pericolo.] Qui ultimum periculum sibi superandum esse cognoscit, & extrellum laborem superesse, id forti animo capessere non recusat, ut exanclatis

erumnis deinceps

molliter quiescat, nam spes quietis inuitamentum est laboris subeundi. *Seiugatus.*] separatus, sciunctusque, abiuratis vitæ stipendiis. *Tartarum.*] poëtæ Tartarum appellant carcerem pœnorum infernarum: quod & Tertullianus memorat in Apologetico. Plato receptaculum esse autumat, in quo omnia flumina confluant, & rursus effluant, tanquam Tartarus fons sit aquarum omnium. Platonem refellit Aristot. in secundo Meteororum. Grammatici Tartarum deducunt ἀπὸ τῆς ταρπίζει, id est, à tremore frigoris, vel ἀπὸ τῆς ταραχῆς, quia omnia illic turbata sunt. Ob hoc dixit M. Varro, Tartari originem Græcam esse. A Tartaro fit tartarinus, quod vetusti poëtæ carmen ostendit: Corpore tartarino prognata palude virago. *Abditam locis.*] obditam, quasi in recessu conditam ac delitescentem. deuia autem loca dicimus, quæ extra viam militarem ac publicam remota sunt. Sic deuij populi, M. Tullio dicti: sic ab Horatio scortum deuium, pro meretrice, quæ in angiportu siue vico remotiore degat, procul à vicis publicis. *Tærarum.*] De Tæraro, quod nomen eit promontorij & oppidi, & spiraculi inferni, assatum diximus in primo com-

per portas hiantes monstratur iter in- uium, cuius te limine transmeatam simul commiseris, iam canale directo pergis ad ipsam Orci regiam. Sed non haec tenus vacua debebis per illas tenebras incedere, sed offas polenta mulsa concretas ambabus gestare manibus, ac in ipso ore duas ferre stipes. Iamque confecta bona parte mortiferæ viae, continuaueris claudum asinum lignorum gerulum cum agasone simili: qui te rogabit, decadenti sarcinæ fusticulos aliquos porregas ei: Sed tu nulla voce de prompta, tacita præterito. Nec mora, cum ad flumen mortuum venies, cui pœfctus Charon, protinus expetens portorium, sic ad ripam ulteriorem futili cymba deducit commeantes.

commentario. *Ditis.*] Plutonis, quem & Summanum vocant, quasi summum manium, cui nocturna fulmina assignant. *Offas.*] Canit vates Mantuan. Cerberum custodem inferorum tricipitem, obfrænatum deimulctū, ac sepultum somno fuisse ab Ænea, cum illi obiecisset offam melle & medicatis frugibus soporatam. nunc ex doctrina poëtica præcipitur Psychæ, vt offas secum gestaret, quibus saeuitiam canis ferocientis leniat ac mitiget: quas ex polenta & mulsa concinnatas esse præscribit. Est autem polenta, cibus tam peculiaris Græciæ, quæ puls Italiæ. Fit ex hordeo, & pluribus quidem modis, vt docet Pli. A polenta, polentarium crepitum dixit Plautus: apud Ouidium neutraliter enunciatur illo versu: Dulce dedit testa quod coxerat antè polenta. De offa & polenta satis multa in primo commentario. Mulsa vero potio est ex aqua & melle confecta, Græcæ vocatur hydromel: ab rei argumento, quæ præclaram utilitatem habet in cibo ægrotantium, in viribus recreandis, stomachoque mulcendo, ardore refrigerando: vt docet Plinius in 22. & vt auctor est Hippocrates, scribens de regimine acutorum: Hydromel, id est aqua mulsa, omnibus temporibus morbi bibi potest in acutis ægritudinibus. Duo mulsa genera, alterum scilicet subitæ ac recentis, alterum inueteratæ. Repentina fit melle despumato utilior, inueteratae usum damnauere. Inuenio apud auctores, hunc potum bibendum esse alsiosis, item animi humilis & præparci, quos micropsychos appellant. Sunt autem alsiosi, qui frigore conflantur, & algores ferre non possunt. M. Varro pecus caprinum alsiosum esse tradit. frequens est apud Plin. dictio hæc, in hoc significatu. Simpliciter autem dicitur mulsa, sicut & mulsum. Interdum adiectivum nomen est: vt aqua mulsa, lac mulsum, acetum mulsum. Plin. late mulso augeri ait iecur anserinum. Apud eundem mentio est aceti mulsi, quod fit ex aceto & melle, quod Græci dicunt oxy-mel. Tradit Hippocrates, pleuriticis potum oxymellis dandum esse hyeme quidem calidum, æstate vero frigidum. Plin. in 14. oxymellis confectionem docet. Oenomel Palladio est quasi mulsum ex vino scilicet & melle non despumato confectum: unde & nomen. Apud eundem mentio est omphacomelis, quod fit ex succo vuæ semiacerbæ, & mellis mixtura. Græco vocabulo ὄμφαξ dicuntur vuæ acerbæ, & cæteri fructus immaturi. In de Plin. omphacinum oleum & vinum, quod fit ex vua immatura & olea drupa: sic enim vocatur, antequam cibo matura sit. *Suspensum.*] num mos. Mortiferæ vie.] Viā mortiferā appellat, quæ ducit ad manes, & mortis domiciliū. *Continuaueris.*] Jeundo conuene-

ris, consequuta fueris. *Claudum asinum.*] Verbum est vetus per quām elegans clodere, quod significat claudicare, & claudum fieri. Plin. in 18. Clodunt ita, lipiūntve ab afflatu, & alio citate penteunt. *Agasone.*] Hic agasonem pro asinario accipimus. Alio significatur equorum curator, & (ut inquit grammatici) agaso propriè dicitur, qui iumenta curat. Pli. in 35. P̄xit, inquit, Athemio agasonem cum equo. Liu. in 7. Agasones mulis imponit. *Simili.*] Signat agasonem peræquè gerulum fuisse lignorum, sicut erat asinus. *Fustulos.*] Minuta ligna significat, à fuste, per diminutionem deriuato vocabulo, ab A. Gellio caudices lignorum dicti in consimili significatu. Fustuarium Liuio & M. Tullio ponitur pro fustium castigatione atque suppicio. *Tacita praterito.*] Præcipit turris Psychæ, ut tacita silensque prætereat, nec ullum responsum deponat agasoni, quando rogabit ut ligna porrigit sarcinæ corridenti. *Ad flumen mortuum.*] Sicut mare mortuum, ita & flumen mortuum usurpatur eruditis, quod est apud inferos. Hecatæus oceanum septentrionem appellat Amalchium, quod nomen Scythica lingua significat congelatum. Philemon Morimarus sam à Cimbris vocari tradit: hoc est, mortuum mare. Ultra deinde Cronium appellant. hinc intelligi potest carmen Claudiani. Apud Plin. mendosa dictio est in quarto, ubi non Cronium legitur, sed Crenium. Flumen vero mortuum significatur Acheron, qui apud manes est, quo portitor Charon umbras transuehit cymba ferruginea, infra pigrum fluentem appellat. De hoc Plato in Phædone: Acheron, inquit, per deserta fluens loca, atque sub terram, ea in paludem defuit Acherusiam, quò plerique defunctorum deueniunt animi: ibique per fatalia quædam templorū curricula commorati, partim quidem longiora, partim vero breviora, rursus in generationes animalium relabuntur. Acheron Græcè dicitur quasi tristis, & sine gaudio. unde optimo epitheto tristis nominatur à Silio, illo versu: Tristior his Acheron sanie, crassoque veneno Æstuat. Tradunt auctores, de Tartaro nasci Acheronta, ex Acheronte Styge, de Styge Cocytum: quod totum ex physiologiae secretariis depromptum est. Nam qui caret gaudio, sine dubio tristis est: tristitia vicina luctui est, luctus ex morte progignitur. Platonici tradunt, per Acheronta significari, quicquid fecisse nos pœnitent usque ad tristiciam. *Charon.*] De hoc ait poëta graphicè & eleganter: Portitor has horredus aquas & flumina seruat Terribili squalore Charon, cui plurima mento Canicies inculta iacet, stant flumina flamma, Sordidus ex humeris nodo dependet amictus. Charon ut grammatici autumant, per antiphrasim di-  
ctus,

etus, quasi acheron, id est tristis. Charon argumentum est frequens Luciano in dialogis condendis, quem πορθμέα, hoc est portitorem vocat, & πορθμανον naulum sive portorium. Portorium.] Merces quæ datur portitoribus, propriè dicitur portorium. Lucilius: Portu exportant clanculum ne portorium dent. Plautus in Asinaria: Ego pol hunc portitorem priuabo portorio. Portitores appellant telonarios, qui portum obsidentes omnia sciscitantur, ut ex eo vestigia accipiant. Donatus in sexto Æneidos commen-tatio: Portitores, inquit, sunt qui portus obseruant. hinc scitè. Plaut. in Menæchmis: Portitorem domum duxi: ita mihi necesse est eloqui, quicquid egi atque ago. Interdum portitor est qui portat, vehitque, nauigio, accepto portorio, hoc est mercedula trans-vectionis. ut Charon portitor in hoc significatu, quem Græci porthmea appellant. Ita enim dicere malo, quam transfretatorem. Iuuenalis: Iam sedet in ripa, tetrūmque nouitus horret Porthmea. Alijs portitor Sidonio, Hieronymo, aliisque recen-tioribus est, gerulus baiulisque literarum, quos literati tabella-rium, male literati latorem vocant. Sutili cymba.] Imitatio Vir-giliana. Sic enim scriptum est in serio opere: Gemuit sub ponde-re cymba Sutilis. ubi sutilis exponitur à commentatoribus pro-intexta, per quod fragilis ostenditur. solutilis verò nauis Sueto-nio dicta, qua Neronis mater periclitata est: altera à suendo, al-tera à soluendo dedicatur. Lucianus scaphidion vocat Cymbam Charonis. Cymbia, quod poculorum genus est, dicta sunt à cym-ba naui, cuius figuram repræsentant.

*Ergo & inter mortuos auaritia viuit:  
nec Charon\* ille Ditis & pater tantus  
Deus, quicquam gratuitò facit? & pau-per moriens viaticum debet querere;  
& as si forte præ manu non fuerit, nemo  
eum expirare patietur. Huic squalido  
seni dabis nauli nomine de stipibus,  
quas feres, alteram: sic tamen, ut ipse  
sua manu de tuo sumat ore. Nec seciùs  
tibi pigrum fluentum transmeanti, qui-dam supernatans senex mortuus,  
putris attollens manus, orabit, ut eum in-  
tra nauigium trahas: nec iu tamen illi-*

*Inter mortuos a-  
uaritia.] Sententia-  
liter indigantér-  
que simul dictum  
est in auaritiam,  
cuius tanta est  
vis, ut non solum  
inter viuentes vi-  
geat, sed etiam a-  
pud mortuos vi-  
uat, dominetur  
que, cum Cha-  
rō neminem sine  
portorio merce-  
dulaque transue-  
here velit. Et hoc  
totum ex disci-*

plina Aegyptiorum translatum est, apud quos mos fuit, ut cadauera defunctorum per fluvium & Acherusiam paludem ad sepulchrū delata conderentur: nauis quæ vstabat corpora, baris appellabatur: alio vocabulo apud Græcos epibatra nuncupata. Obolum portitorri dabatur, cui nomen inditum est Charon. ibidem quoque Hecates templum, Cocytii portæ atque obliuionis fuisse produntur, multaque alia, quæ poësis locum dederunt de inferis fabulosa commentandi. auctor Diodor. in 2. Bibliothecæ. Lycinus quoque pluribus in dialogis memorat obolum Charoni pronaulo dari solitum à defunctis qui transuehebantur. Hinc illud Satyrographi: Nec habet quem porrigit ore triensem. Ad hunc titum allusit Hie-

cita affectare pietate. Transito fluvio, modicum te progressam textrices orabant anus telam struentes, manus paupisper accommodes: nec id tamen tibi contingere fas est. Nam hic omnia tibi, & multa alia de Veneris insidijs orientur, ut vel unam de manibus committas offulam. Nec putas futile istud pollutarium damnum leue: altera enim perdita lux hac tibi prorsus denegabitur. Canis namque pergrändis trijugo, & satis amplo capite præditus, immensis & formidabilis, conantibus oblatrans faucibus, mortuos, quibus iam nimirum potest facere, frustra territando, ante ipsum limen & atra atria Proserpinæ semper excubans, seruat vacuam Ditis domum. Hunc offrnatum viuis offule præda, facile præteribis. Ad ipsamque protinus Proserpinam introibis: quæ te comiter excipiet, ac benignè, ut & molliter assidere, & prandium opipare suadeat sumere. Sed tu humireside, & panem sordidum petitus esto. Deinde nuntiato quid adueneris: susceptoque quod offeretur, rursus remeans, canis seu tiem offula reliquare redime. Ac deinde auaro nauta data, quam reservaueras, stipe, transitoque eius fluvio, recalcans priora vestigia, ad istum cœlestium siderum redies chorum. Sed inter omnia, hic obseruandum præcipue tibi censeo, ne velis aperire vel inspicere illam, quam feres, pyxidem:

de: vel omnino formositatis diuinæ abditū cures thesaurū. Sic turris illa vel propria vaticinationis munus explicuit. uissimum quadrantem. *Ditis & pater.*] Nitidior lectio est si legas, Nec Ditis pater tantus Deus: vt Ditis sit casus reetus, & pro Plutone accipiatur. Sicut enim Græcè πάτερ dicitur, quasi πάτων, id est divitiarum dator, quoniam dñuitia omnes ex terra, sic Latinè Ditis, & Dis, & Diuis pater, à diuiniis nuncupatur: auctores Plato & M. Tul. Est ergo sensus: Nec Charon, nec Pluto maximus manum Deus, quicquam gratuitò faciunt. Vel referatur ad solum Charonem, qui sine viatico & naulo non nauat operam transvectionis. Apud eundem Lucianum in dialogo qui inscribitur Tyrannus, conqueritur Charon, quod per totā diē neq; vnum quidem obolum lucrificerit, & ob id timet ne à Plutone castigetur. Infrà avarus nauta dicitur ab Apuleio an<sup>9</sup>. Eū dē Lucianus inducit vociferatē, ἀπόδωσις ἡ νεκρογένεσις παρθμεῖα: id est, reddē ô scelestē nauilū: & nisi sibi obolus detur, negat se vecturū cymba Menippū cynicum. *Viaticum.*] Græci ephodion vocat, quasi itineris causa paratū. Diminutiū dicitur viaticulū. Iurisconsultus tit. de iudiciis: viaticulo suo nō recepto, quod ad sūptus pater ei destinauerit. Verbū vetus est, & Plautinū, viaticari: quod est, viatico instrui. *Præ manu.*] in pīōptu, ad manū, præstō. A. Gellius: Quod præ manib<sup>9</sup> est ponem<sup>9</sup>. *Nauli nomine.*] Merces quæ portitoribus datur, nauilū dicitur, & porthmeiō, Latinè portoriū. Vulgus hodiéque nauilon vocat, quā dictionem & Latini scriptores usurpāt. Iuuenal. Furor est post omnia perdere nauilū. *De stipibus.*] assibus, nummis: à stipando dictæ stipes, vt interpretatur M. Varro. *De tuo ore.*] in hanc sententiam dictum est illud à Satyrographo: Nec habet quem porrigit ore trientem: Lucianus: Oportebit vnum duntaxat habentes obolum proficiisci ad Charontem. *Pigrum flu.*] Flumen intelligit, quod mortuum antè nominauit: etenim apud manes omnia pignra, torpentina, tristia singunrur. *Supernatans se.*] Quis hic senex intelligatur, non satis constat, nec Mythici, nec poëtæ commemo- rant. Videor nescio quid legisse apud Lucianum super hæc. *Affectare.*] Noli, inquit, affici mouerique sympathia & pietate, quæ illicita & perinde damnosa tibi futura est. posses legere, *Afficiare: Textrices anus.*] Hoc ad Parcas commodissimè referri potest, quæ vitam mortalium nere dicuntur, & texere filis inexorabilibus. Admonetur Psyche, ne textricibus obtemperet, subdolas preces adhibentibus, & offam vnam dari depositibus: hæc

ronymus scribēs:  
Diebus ac noctib.  
operior cum tre-  
mote reddere no-

enim omnia insidiartim genera, ad miseram Psychen opprimendam ex cogitata Veneris astu & vafricia fuerunt. Martianus scite scribit Parcas esse libertarias cœlitum, archiuique custodes, quæ sententias Iouis orthographæ studio veritatis excipiant. *Potentarium damnum.* } iacturam offæ intelligit, quæ ex polenta nullaque confecta erat. *Lux hæc.* } scilicet vitalis & ætherea. *Canis.*] Cerberus significatur. Physiologi Cerberum terram esse interpretantur, quæ est consuptrix corporum: unde & Cerberus dictus creditur, quasi *xpevōegs*, id est, carnem vorans. Tricerberum canem idèo fingi autumat Fulgentius, quod iurgiorum inuidiæ ternario nodo conflentur, quæ sunt nugalia & futilia. *Triugo capite.*] Poëtæ tricipitem dicunt Cerberum: quia terra in tris partes dividitur. Maro in 6. Latratu regna trifaci Personat. Historici tradunt, Cerberum fuisse canem Orci regis Molosorum, ingenti magnitudine, qui Pirithoum devoravit, qui ad raptum Proserpinæ vxoris Orci cum Theseo venerat. *Conantibus.*] pro viribus, & conatu maximo hiantibus. Quid si legas *comantibus?* vt referas ad serpentes, quos habet pro capillis, qui vice capillorum & coimæ colla faucesque obnubunt. Virg. Cui vates, horrere vides iam colla colubris. *Atra atria.*] Declamatio à contrario, per quandam quasi anno minationem. Nam cùm atria in ædib. principum luminosa sint, & à clientibus frequententur, Proserpinæ atra & nigrantia visebantur, namque apud Manes omnia sunt tenebricosa, lurida, & pallentia. inferis animal totum nigrum depurat, & steriles quod ab inferis nihil possit exoriri. *Excubans.*] excubias agens, fungensque excubitoris officio. Poëta verò alio significatu recubantem dicit, cùm ait: Personat aduerso recubans immanis in antro. *Seruat.*] tuetur, tenet, custodit. Teren. Solus Sannio seruat domi. Virg. Sola domum & tantas seruabat filia sedes. *Vacuam.*] Ex imitatione Virgiliana sumptum: Pérquæ domos Ditis vacuas, & inania regna. Optimo autem epitheto domus Plutonis vacua nuncupatur, vbi simulachra sunt defunctorum incorporeæ & inania. Homo constat ex animo, corpore, & umbra, vt philosophi tradunt. Anima, cui cœlestis origo est, repetit cœlestia domicilia: corpus, quod terrenum est, terræ redditur: umbra inferos petit. Dicitur autem id esse simulachrum *āsōug-*  
w, id est incorporeum, ad nostri corporis effigiem. Talia omnia sunt apud manes, vt etiam eorum qui per apotheosin divi facti sunt, simulachra apud inferos visitari ferantur. *Offrenatum.*] coegeritum, & (vt utar vocabulo Pliniiano) suffrænatum. Translatio sumpta ab equo, qui fræno obdito compescitur, contemniturque.

nitürque. *Comiter.*] benignè, lubenter, hilare. *Opipare.*] laute. *Esto* comesto, & (ut vulgariter dicitur) comedito. Inclinatur autem ab hoc verbo Edo, es, estur, apud Plautum, Plinium, cæteros, pro comeditur, quod elegantiùs dicas comedetur. *Offusa reliqua redime.*] Alteram, inquit, offam polentariam obiicito ipsi Cerbero, dum remeabis, ut hac quasi mercedula sœvitiam canis redemptam habeas, & complacatam. *Anaro nautæ.*] Charoni, qui obolum inhiat, & stipes exigit è defunctis. *Recalcans.*] Quasi recalando releges, repetensq;. Haud multū absimile est illud Virgilianū: *Vestigia retro Obseruata sequor.* *Redies.*] redibis, remeabis. *Hic.*] hoc, lectio Apuleiana. *Abditum thesaurum.*] Noli, inquit, virtus curiositatis scrutari, inspicereque thesaurum formositatis, abditum hoc est, inclusum obturatumque intra pyxidem. *Munus.*] officium peregit. Indifferenter dicimus explicavit & explicauit: sed modò hoc, modò illo vtimur, prout euphonía & elegàtia compositionis exposcit. A. Gel. in primo Noctium Atticarum annotauit. Ciceronem dixisse explicauit potius quam explicuit, causa vocalitatis, compositionisque iucundioris. *Transi-* *to.*] superato, præteritòque. Obseruandum est scriptoris breuiloquium, qui concinnitate breuissima expeditissimus translegit euncta præterita: ut ita legentium fastidio parcens, nihil morosum molestumque inculcare videatur.

*Nec morata Psyche, pergit Tenerum: sumptisque ritè stipibus illis, & offulis, infernum decurrit meatum: transitoque per silentium asinario debili, & amnica stipe vectori data, neglecto supernatantis mortui desiderio, & spretis textricum subdolis precibus, & offula cibo sopita canis horrendi rabie, dominum Proserpinæ penetrat. Nec offerentis hospite sedile dedicatum, vel cibum beatum amplexa: sed ante pedes eius residens humilis, & cibario pane contenta, \* Veneriam pertulit legationem. Statimque secreto repletam conclusaque pyxidem suscipit, & offula sequentis fraude caninis latratibus obse-*

*Amnica.*] fluuiali, quæ scilicet pro vectura amnis, hoc est fluminis Acherontis dari solet, ab amne enim, hoc est fluuio, amnicus deriuatur, pro fluualis. *Vestori.*] Charoni. *Sopita rabie.*] Virg. dixit: Occupat Æneas aditum custode sepulto, & idem offam soporatam eleganter appellat, qua sopita efficitur Cerberi sœuities. *Dedicatum.*]

Purius est si legas,  
Delicatum. *Hospitæ.*] Proserpine sic  
enim hospites di-  
cimus fœminas,  
quæ & hospitium  
præbent, & quæ  
hospitio accipiun-  
tur. M. Tullius in  
epistolis ad Atti-  
cum: Ego sum, in-  
quit, hic sospita.  
*Cibario pane.*} vili  
& plebeio: quæ su-  
ptæ sordidum di-  
xit, qui & secun-  
darius & secun-  
dus alio nomine  
nuncupatur: aucto-  
res, Plinius, Horati-  
us, Seneca, *Vene-  
riam.*} à Venere  
mandatam, præ-  
scriptamque. *La-  
tribus obseratis.*}  
Obiecta offa latra-  
tus Cerberi offræ-  
nati sunt, & cohi-  
biti atque coërciti,  
eiùsque rabies  
consopita. *Vege-  
tior.*} viuidior, ala-  
crior. *Luce.*] scili-  
cket yitali, qua ani-  
mantes fruuntur,  
qua nihil est mi-  
ris mortalibus  
charius: iucundum  
est enim, &  
blandum cœli lu-  
men, & lux æthe-

ratis, & residua nauis redditia stipe,  
longè vegetior ab inferis recurrit. Etre-  
petita atque adorata candida ista luce,  
quanquam festinans obsequium termi-  
nare, mente capitur temeraria curiosi-  
tate. Et ecce, inquit, inepta ego divine  
formositatis gerula, que nec tantillum  
quidem in idem mihi delibo, vel sic il-  
li amatori meo formosè placitura. Et  
cum dicto referat pyxidem: nec quo-  
quam ibi rerum, nec formositas villa sed  
infernus somnus, ac verè Stygius, qui  
statim cooperculo reuelatus, inuadite  
crassi soporis nebula, cunctis eius mem-  
bris perfunditur, & in ipso vestigio i-  
psaque semita collapsam possidet: &  
iacebat immobilis, & nihil aliud quam  
dormiens cadauer. Sed Cupido iam ci-  
catrice solida reualescens, nec diutinā  
suæ Psyches absentiam tolerans, per ar-  
ctissimam cubiculi, quo cohíebatur, e-  
lapsus fenestrā, refectisque pinnis ali-  
quanta quiete, longè velocius prouolās,  
Psychen accurrit suam: detersoque  
somno curiosè, & rursum in pristinam  
pyxidis sedem recondito, Psychen in-  
noxio punctulo suæ sagittæ suscitat. Et  
ecce, inquit, rursum perieras misella si-  
mili curiositate. Sed interim quidem tu  
prouinciam, quæ tibi matris meæ prece-  
pto mandata est, exequere gnauiter: ca-  
tera egomet video. His dictis, amator  
leuis in pinnas se dedit.

riæ auræ, vt Silius Virgiliūsque cecinere: & , vt inquit Ecclesiastes , delectabile est oculis videre solem. Temeraria curiositas . ] Optimo epitheto temerariam dixit curiositatem , quæ scrutatur non scrutanda , vestigat non vestiganda. Ex quo illud vulgatum Nemo curiosus quin malevolus. Quicunque oriente capræ sidere nati fuerint , erunt curiosi omnium rerum , vt semper noua quæque curiosa desiderij cupiditate sectentur. Curiositas , vt inquit Fulgentius , detrimenta suis amatoribus magis nouit parturire , quam gaudia. } Verba sunt Psyches , secum sermocinantis , tanquam inepta & insipiens videri meritò possit , si nihil hauserit delibaueritque ex formositate quam ipsa gestet : cum sibi nulla re opus magis sit quam pulchritudine , ad demerendum conciliandūmque amatorem pulcherrimum Cupidinem : formosum enim formosa capi par est: iuxta illud proverbum Gr̄corum , οὐ μοτὸν ὄμοιος οὐλος , simile simili est amicum. Referat. Japerit. Serum. ] scilicet est. hæc enim verba. Est , erat , fuit , plerunque omittuntur causa elegantia , & sine detimento sententiae. Ac verè Stygius. ] tanquam inferno somno nullus altior , nullus crassior , nullus sit (vt ita dicam) veterosior. Cooperculo. ] somnus intra pyxidem inclusus , vbi sublatto cooperculo reseratus est , inuasit præcordia Psyches , ita ut cunctis membris possellis perfusisque iacere immobilis , ac similis cadaueri , exanimataque. Cooperculum dicitur tegumentum , obturamentūmque vasculorum : operculare est , operculo obturare atque occludere. Columel. Ab eo tempore , quo primūm dolia operculaueris. Ab eodem dictum est opercula gypsare , & pelliculare , quod significat gypso illinere , & pellibus circumligatis obturare , ne vasa interspirare possint. In ipso. ] Signat Psychem repente somno possessam , collapsam esse eo ipso in vestigio , quo reuelauerat pyxidis cooperculum. Solida. ] obducta , cicatricatum dixit Sidonius , intelligi volens , cicatricibus multis foraminatum , signatumque cicatrices Gr̄ci θαυμα vocant. Reualescens. ] in Apologia: Augentur oppidò familiaritas , interibi reualeesco. Reualecentes , & ab imbecillitate vires recolligentes , antiqui atrophos vocant , quibus bubulum lac utilissimè bibitur. Nec diutinam absentiam. } Amatoris animus vivit in alieno corpore. Amator habet in ore & in pectore illud Plautinum : Vbi sum , ibi non sum : vbi non sum , ibi est animus. Amans aspectu amati lætatur , vt inquit Aristoteles: itaque meritò Cupido diutius absentiam Psyches ferre non poterat , cuius præsentia recreabatur. Arctissimam. ] angustissimam. Elapsus fenestram. ] Nullis claustris coërceri amator

potest, cunctas exuperat difficultates, omnia pertentat, non periculorum memor, non laborum. Amor illi incentiu[m] est, amica animu[m] & corpus foras euocat, & ad se trahit. Curiose.] scilicet Psyches. Recondito. Illito scilicet somno, qui ex pyxide erumpens inuaserat Psyches praecordia. Rursum perieras.] Perierat Psyche prima vice, cum nimiae curiositatis impulsu videre voluit matritum incognitum, contra ipsius prescriptum. Prouinciam, munus officiumque iniunctum. Terent. Prouinciam cepisti duram. Exequere gnaniter.] perage nauiter & strenue. In pinnas se dedit.] id est, euolauit remigio alarum: sicut in pedes se dare, est pedibus effugere.

Peresus. ] consumptus, maceratusque. Amor non solum animi carnificina est, sed etia corporis: succum exorbet, pallore deformat, medullas depopulatur, & ad extremitatem maciem tabitudinemque sex picule deducit. Repentinam sobrietatem matris. ] Festiviter dictum. nam cum Venus semper sit lætabunda & luxuriosa, prouulque a contubernio sobrietatis, nunc repentinam induerat sobrietatem, seueritatemque, quæ Veneri male conuenit. Sobriosus dicitur Cypriano, pro temperato & frugi. Ad armile redit.] Vocabulum

Psyche vero confessim Veneri munus reportat Proserpinæ. Interea Cupido amore nimio peresus, & agra facie matris suæ repentinam sobrietatem pertimescens, ad armile redit, alisque pernicibus cœli penetrato vertice, magno loui supplicat, suamque causam probat. Tunc Iupiter perpressa Cupidinis buccula, manique ad os suum relata, consauiat, atque sic ad illum: Licet tu, inquit, domine fili, nunquam mihi concessu Deum decretum seruaris honorem; sed istud pectus meum, quo leges elementorum & vices siderum disponuntur, conuulneraris assiduis ictibus crebrisque terrena libidinis foedaueris casibus, contraque leges, & ipsam lulliam, disciplinamque publicam turpis adulterijs existimationem famamque meam laeseris, in serpentes, in ignes, in feras, in aues & gregalia pecua serenos vultus meos sordide reformando: attamen modestiae mee memor, quodque inter istas meas manus creueris, cuncta perficiam: dum tamen scias,

amico-

amulos tuos cauere : ac , si qua nunc in terris puella præpollet pulchritudine, præsentis beneficij vicem per eam mihi repreſentare te debere.

est infrequens, pa-  
rūmque protri-  
tuin, quod signifi-  
care videtur repo-  
ſitorium fraudis,

& doli : accipitürque pro instrumento & apparatu versutiarum, vafriciorū mque. Dicitur armile ab armis: arma autem dici instrumenta rerum omnium, testimonio grammaticorum satis liquet: & auctoritate poëtarum indubitatum est, apud quos legitur, Cerealiaque arma Expediunt. Item , Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. Item , Quærere conscius arma. Vbi Seruius exposuit arma , pro dolos & fraudes: Armilum verò vas vinarium significatur, ab eo dictum quòd armo, id est, humero deportetur. auctores Nonius, Festus, M. Varro. *Buccula.* } hoc ni- mirūm specimen est amoris, affectusque paterni , bucculam apprendere & dissuauari. Consimiliter apud Sueton. in Galba: Constat Augustum puerō adhuc salutanti se , inter æquales, apprehensa buccula dixisse. Est autem bucca , & per diminutionem buccula, oris pars: interdum ipsum os significat. De buccis Plin. in II. & nos copiose annotauimus in Suetonij commentariis. Hic buccula tam significari potest os ipsum , quām genæ siue mala: nanique mos est, cùm puerum blandimenti, causa osculari volumus, vt bucculam illius appendamus , & ad osculum nostrum referamus. Alio diuerticulo significationis buccula dicitur vacca, alias accipitur pro parte cassidis & galeæ. Fulvius M. Antonij altera bucca erat inflatior. *Consauiat.* } de osculari & basiat. *Domine fili.* ] Videtur indecorum & absonum, quòd pater dominum filium appellat: sed si quis diligentius introsperixerit vim potentiamq; Cupidinis, diiudicabit meritissimò eum vel à Ioue patre dominum nuncupari : qui , vt inquit Plato in Symposio, magnus est Deus, & apud Deos hominēsque mirandus , qui Iouem sæpe sub iugūm misit: qui (vt inquit eleganter verèque Propertius ) & cœlum & terras & maria alta domat: de quo Ouid. cecinit: Tu superos, ipsū mque Iouem , tu nomina ponti Vista domas: quem Cœcilius , Deum qui non sumimum putet, aut stultum , aut rerum esse imperitum existimat : cui in manu sit, quem esse dementem velt, quem sapere , quem insanire. Haud ab re igitur Jupiter Cupidinem filium dominum appellat, cuius domainatus in omne animantium genus imperiosissimus est, cuius dominicam potestatem in primis ipse expertus est. Vel expone , vt vocabulum blandimenti sit, ] & ita pater filio blandiatur. *Decretum honorem.* ] Conueniens

est, & naturæ quasi iure præscriptum, ut filius parentes cùm pri  
mis honoret: iuxta illud sanctissimum Phocylidis præceptum,  
τοῦ τιμῆς μετέπειτα δὲ σέο γονίας: id est, imprimis venerare  
Deum, mox deinde parentes. Plato quoque libro tertio de Legi-  
bus: Prima, inquit, dignitatis ratio erit, ut pater ac mater, & sim-  
pliciter genitores ubique natis imperent. Arist. in 1. Politicorum  
auctor est, parentes iura dare natis & vxoribus. Verum cùm Iu-  
piter filij Cupidinis imperiosissimis ardoribus saepe succumbat,  
haud immerito ait, honorem sibi à filio haudquam seruari,  
quem filij parentibus comiter præstant. *Terrena libido.*] Multifarios Louis amores homo nemo non nouit: ut scilicet  
effictim & ardenter amauerit Alcumenam, Semelen Ledam,  
Europen, & alias propè sexcentas. Vnde à Lactantio dictum est,  
*Quod Iuppiter vitam in stupris adulteriisque consumpsit, quoniam* (ut inquit scitè Plautinus Mercurius) mulierum maximus est amator: quem Tertullianus in apologetico fœdè suban-  
tem in sororem commemorat. Subscribit huic sententiæ illud  
Propertianum: Iuppiter infamat sequre suamque domum. *Casi-  
bus.* {Lego, cassibus, ut casses exponas pedicas & laqueos, quibus  
amantes illaqueantur, quibus Iuppiter se captum fœdatumque  
à filio Cupidine quasi dolenter affirmat. *Contra leges.*} Venustè  
satis & decenter inquit Iuppiter, sé instinetu Cupidinis fuisse  
mancipatum adulteriis contra legem Iuliam, & alias leges  
qua adulteros puniunt, & adulteria coercent. Apud iuriscon-  
sultos titulus est, *Ad legem Iuliam de adulteriis*, quam Augustus  
Cæsar tulit, qua pœna in adulteros constituuntur. Vnde Horati-  
num illud de Augusto Cæsare præconium non minus verè  
quam plausibiliter effluxit: Nullis polluitur casta domus stupris,  
Mos & lex maculosum edomuit nephias: Laudatur simili prole  
puerpera, Culpam pœna premit comes. Legis Iuliæ de adul-  
teriis ab Augusto Cæsare latæ meminit Plotarchus in Apo-  
phthegmatis, his verbis: Cùm de adulteriis legem tulisset, qua  
sanxerat, quo pacto rei iudicandi, ac puniendi deprehensi essent:  
deinde ira lapsus, adolescentem, qui de Iulia ipsius filia esset in-  
simulatus, manibus verberaret, ille proclamauit, οὐ ποιεῖ θάνατον,  
legem tulisti ô Cæsar: eo verbo tanta pœnitentia & tri-  
stitudine affectus est Augustus, ut die illo cenare recusauerit.  
*In serpentem.*] Iouem poëtæ singunt in hæc omnia transfigura-  
tum esse, amoris causa. Serpens autem factus est ob Deolidos pu-  
ellæ amorem, sicut Mnemosyne & causa pastoris induit formam.  
Quod vtrunque Ouid. versiculo illo complexus est: Mnemosy-  
nem pastor, variisque Deolida serpens. Fabula Deolidos puellæ,  
& Louis

& Iouis in serpentem reformati, ignotior vulgo est, & amplius  
quæreda. Ex Mnemosyne & Ioue Musas progenitas ferūt. *Ignes.* }  
Hoc ad eam fabulā referendum est, quæ canit, Iouem sub ignis  
specie Asopi filiam constuprasse: quod hemistichio attingit ma-  
gis quam expressit Ouid. cùm ait, Asopida luserit ignis. Lego  
apud Diodorum, Æginam vnam ex 12. filiabus Asopi fuisse, quæ  
Iupiter rapuerit, atque insulam aduexerit, quæ ab ea mox est Æ-  
gina nominata. Hæc ex compressu Louis Cacum genuit. Ex hac  
Diodori enarratione locum illum Ouidij ita interpretor: vt A-  
sopida exponas Æginam Asopi filiam, quam Iupiter sub ima-  
gine ignis delusam rapuerit, compresseritque. *In feras.*] Iupiter,  
imagine satyri celatus, Antiopam compressit Nyctei filiam, ex  
quo compressu nati sunt Zethus & Amphion. *In aves.*] in aquila-  
lam reformatus, rapuit Ganymedem: idem cygni effigie delites-  
cens, Ledam in deliciis usurpavit. *Gregalia pecua.* } sub imagine  
tauri Europam dilexit, asportauitque. Pecua autem dici pecora  
vocabulo prisco, suprà satis diligenter explicatum est. *Æmulos  
cauere.*] An reliquos Cupidines riuales intelligit? an quoescunque  
eandem puellam expertentes? qui in amore utique cauendi sunt  
in tantum, vt nulli satis fidendum sit. Hinc illud Nasonis saluber-  
rium documentū: Cognatum fratrēmque caue, fidūmque so-  
dalem: Quos credis fidos, effuge tutus eris. *Æmulatio enim ri-  
ualitatis acerrima est, vt inquit Propertius.* Nullæ sunt inimici-  
tia, nisi amoris, acerbæ. *Præpollēt.*] valde pollens potēnsque est.  
*Beneficij vicem repensare.* } Petit à Cupidine Iupiter, vt pro remu-  
neratione huiuscē beneficij sibi rependat amorem cuiuspiam  
puellæ, inclita facie præpollentis. Et sanè in rebus omnibus  
gratos agere debemus & meminisse beneficiorum, cùm ingra-  
titudine nihil sit detestabilius, quo in vitio nihil non mali inest:  
meritōque apud Athenienses actio constituta est aduersus ingra-  
tos, & Persæ ingratos plectunt seueriter. Lex beneficij hæc  
est, vt inquit Seneca, vt alter dati statim obliuiscatur, alter acce-  
pti semper meminerit, sempérque cogitet de remuneratione.  
Honestissima enim contentio est, beneficiis beneficia vincendi.

*Sic fatus, iubet Mercurium Deos o-  
mnes ad concionem cōnocare protinus.  
Ac, si qui cœtu cœlestium defuisset, in  
pœnam decem milium nummorum con-  
uentum iri pronuntiare. Quo metu*

*In pœnam.*] Si-  
c ut senatores in  
senatum venire  
iussi, si non ve-  
nissent, mulcta-  
bantur: itidem  
præcipit Iupi-  
ter, mulctan-

dos esse Deos, si ad concionem cōuocati, venire supercederint. Metus enim pœnæ & legis, causa obedientiæ est efficacissima. De pignore capiendo, multaque dicenda senatori, qui cùm in senatum venire deberet, non adesset, M. Varro differuit in epistola ad Oppianicum scripta. Seneca quoque tradit, quod senator à 60. anno in curiam venire neque cogitur, neque vetatur. Cælesti theatro.] Allusit ad ritum antiquorum, non magis Roma norum quam Græcorum, apud quos in theatro popularis concio habebatur. Hinc illud Satyrographi de

Demosthene: Pleni moderantem fræna theatri. & à Sidonio dictum est: Pandioniam mouebat arte Orator caueam tumultuosa. Prosede.] in sede: vt pro rostris, pro tribunali. Musarum albo.] Corrige, albo. Fulgentius consimiliter: Vna, inquit, è virginali sum Heliconiadeum curia Louis albo conscripta. Vbi corrigerendum est Heliconiadum curia, quasi dicas, Vna sum ex senatu Musarum, quæ in albo Louis scriptæ sunt. De albo iudicium, decurionum, pontificum, scripsimus affatim in Tranquilli commentariis. Illud adde, quod Græci tabulam hanc, quæ albi nomine significatur, abnoꝝ vocant, vt testis est Iulius Pollux: quod &

statim completo cælesti theatro, pro sede sublimi sedens procerus Jupiter, sic enuntiat: Dei conscripti Musarum albo, adolescentem istum, quem manibus meis alumnatus sum, profecto scitis omnes: cuius primæ iuuentutis caloratos impetus fræno quodam coercendos existimau. Sat est quotidianis eum fabulis, ob adulteria, cunctasque corruptelas infamatum. Tollenda est omnis occasio, & luxuria puerilis nuptialibus pedicis colliganda. Puellam elegit, & virginitate prinavit: teneat, possideat, amplexus Psychen, semper suis amorib. perfruatur. Et ad Venetrem collocata facie: Nec tu, inquit, filia quicquam contristare: nec pro sapientiae tante tua, statuique de matrimonio mortali metuas. iam faxo nuptias non impares, sed legitimas, & iure ciuili congruas. Et illico per Mercurium arripi Psychen, & in cœlum perduci iubet. Porrecto ambrosia poculo, Sume, inquit, Psyche, & immortalis esto: nec unquam digredietur à tuo nexu Cupido, sed istæ vobis erunt perpetua nuptiae.

pitacium

pitacium quoque dici videtur, ut in Alexandro Cæsare insinuat  
 Helius Lampridius: Vulgo matricula nuncupatur: qua dictione  
 quamvis protrita vernaculaque vtuntur apud nostros, & Vege-  
 tius, & inferioris notæ scriptores. Pitacium verò in alio signifi-  
 catu accipitur apud Cor. Celsum, videlicet pro eo panno me-  
 dico, qui modò præcordiis, modò capiti dolentis imponi solet,  
 ad mitigandum cruciatum: pitimam vocant, dictione quidem  
 vulgari, quæ tamen ex Latino vocabulo inflexa esse videatur.  
 In Decretis canoniceis 30. quæstione secunda sic scriptum est: Pi-  
 tacium, quod nobis tua veneranda fraternitas obtulit, suscep-  
 mus. Vbi pitacium ponitur pto libello, siue charta epistolari:  
 Interpres à petendo pitacium dici tradit: sed hæc barbarica est  
 magis quam Latina. Apud Laberium est tunicae pietacium, pro  
 velamento siue ornatu tunicae, ut ego opinor, à pictura inclina-  
 to vocabulo. Sed ut domum repedemus, quod ait, Dei conscripti,  
 allusit ad illud frequens in Orationibus, Patres conscripti.  
*Alumnatus sum.* Inutriui, educaui, verbū infrequens alumnari,  
 idem quod alumnū alere significat. *Caloratos impetus.* ] Iu-  
 uenis, ut eleganter differit Pythagoras apud Ouid. æstati com-  
 paratur: nam ut æstas, quod tempus feruentissimum est, sic iu-  
 uentus calore insito feruet. Horatius: Non ego hæc ferrem cali-  
 dus iuuenta. Ex hoc iuuenili feruore fit, ut cupiditates in adoles-  
 centie feruescant, ut voluptas rationem vincat, ut virtus ipsa con-  
 ueniat: verum, ut inquit M. Tul. multi fuerunt, quorum cum ad  
 lescentiae cupiditates efferbuerint, eximiæ virtutis firmata iam  
 ætate extiterunt. Inter priscos medicos disceptatio est, utrum fer-  
 uor in pueru maior sit quam in iuuene. Fuerunt enim qui affir-  
 matent, calidores pueros esse, propterea quod appetentia &  
 digestio in pueru ob calorem maior sit quam in iuuene: contrà ex-  
 titere, qui dicent calorem ingenitum in iuuenibus esse robu-  
 stiorem, valentiorēmque, quod eorum scilicet sanguis & copio-  
 sior & spissior sit, constitutiōque prochiiior ad cholera, cum  
 puerorum complexio magis phlegmatica sit. Galenus, & p<sup>o</sup> eum  
 Avicenna, tanquam arbitri honorarij, controversiam hanc  
 ita diuidicant, ut viri que calidi quidem sint, sed iuuenes calidio-  
 res, in quibus est sperma, & vis generationis potentissima. Ob  
 hoc Plato lib. 8. de Legibus dixisse videtur, iuuenem improbatu-  
 rum legem quæ libido coeret, cum vehemens (inquit) sit,  
 & multo spermate plenus. *Fræno quodam.* } Translatio ab atri-  
 ga, qui equos præcipitanter ruitentes fræno coeret ac retinet.  
 Philosophi sensus corporum equis comparant sine ratione cur-  
 tentibus, animam vero & rationem aurigæ retinenti fræna cur-

rentium: & quomodo equi absque ratione præcipites ruunt, ita corpus sine ratione & imperio animæ in suum fertur integrum. Altera quoque comparatio animæ & corporis à philosophis ponitur: corpus puerum, animam pædagogum esse docentibus. Etenim nisi vitia adolescentis prudētia pædagogi rexerit, omnis conatus eius & impetus ad lasciviam properant, opus est igitur, ut ratio præstò sit, quæ instar pædagogi affectus impetūsque iuueniles fræno quasi quodam suffrænet atque coérceat. frænum autem coérzendī iuuenis validissimum est coniugium, quo omnis effrænatus calor edomatur. *Quotidianis fabulis.*] rumusculis vulgi, & serinocinationibus, quæ quotidie seruntur, iactanturque de alienis flagitiis. Ouid. Fabula, nec sentis, tota iactaris in vrbe. *Nuptialibus pe.* } Vir, ut inquit Apostolus, sui corporis non habet potestatem, sed vxor. Qui maritus est, alligatus esse dicitur, & vinculo quidem insolubili. De quo poëta inclytus: Ne cui me vinclo vellem sociare iugali. & apud Satyrographum, Stulta maritali iam porrigit ora capistro. Ducturus vxorem subibat iugum, vnde & Iuno Iuga sine Iugalis dicta. In Decretis canoniciis, d. 32. quæstione 7, scriptum legimus, grauem esse sarcinam coniugij, & vinculum nuptiale solui non debere. Pedicas autem dici laqueos, quibus pedes illaqueantur, quis ignorat? Virg. Tum gruibus pedicas & retia ponere ceruis. Ouid. Retia cum pedicis, laqueos artelisque dolosas Tollite. Pedicæ nuptiales edomant, emolliuntque omnem in iuuenili feruore ferociam: & qui priùs per insolentiam erat effrænis & feroculus, vinculo coniugali vinclitus mitescit, & (ut veteres dicunt) fit cicur, hoc est mansuetus. *Virginitate pri.* } Verbum vetus est deuirginare, quod significat virginitate despoliare. In Apologia dicitur virgo præflorata, quæ virginitatis flore priuata est: ipsa autem virginitas coniugalis omnibus maritis acceptissima est, sed plerunque noua nupta ab alio præflorata ad maritum venit. Tanta est morum corruptela, ut virgines fiant mulieres in ædibus parentum, exuāntque pudicitiam: qua amissa, omnis virtus in foemina ruit. Impudica autem serua ri non potest, etiam si turri ænea includatur. Natura & educatio plurimum referunt in virginali pudore tutando. *Semper.* } Hac dictione præscribit, nullum futurum inter Cupidinem & Psychen diuortium, dum vult ut semper amoribus perfruatur, sine ullo dissidio. *Status.* } conditioni & natalibus tuis. Nomen est quarti ordinis. Status autem Veneris & conditio, cum cælestis sit & immortalis, meritò ipsi Veneri poterant videri nuptiæ terrenæ foeminae & mortalibus, impares atque aspernabiles. Proinde tristitia

tiana

Nam hanc discutit Jupiter, ostendens se facturum nuptias inter Psychen & Cupidinem legitimas: videlicet spondens se immortalē illam effecturum, ut ita connubij inter immortales compar fieri posset. Observauimus apud Boëtium in commentariis Topicorum, id quod ad hanc rem mirè conuenit, nuptias scilicet inter impares iure contractas non esse, quæ scilicet non inter ciuem Romanum, ciuemque Romanam iungebantur. In quo illud annotandum, quod ex impari matrimonio suscepti non patrem, sed matrem sequuntur. Decemviri legem deceinualem tulerunt, ne connubium patribus cum plebe esset: postea Caius Nelleius Tribunus plebis legem promulgavit, qua connubia inter patricios, plebeiosque promiscua essent, maxima patrum indignatione, qui impares nuptias ægro animo fieri patiebantur. Porrecto am.po. Mortales immortales fiunt, & diuinos honores consequuntur Dearum coniugio, & Deorum coniuicio: cum scilicet nectar aut ambrosia propinatur, quibus Dij vescuntur. Nam (vt inquit ille) Iuppiter ambrosia satur est, & nectare viuit. Hinc est quod Iunoni gratias agit Æolus Maronianus, quod per eius beneficium diuinos honores adeptus sit, cum ait: Tu das eis pulis accumbere Diuum. Ambrosiam & nectar cibum Deorum & potionem poëtae vocant, nec immerito. αὐθέντος enim Græcè diuinus dicitur & immortalis. νέκταρι quoque immortalitatem significat, ab hac particula re, quæ priuationem denotat, & κτηνὸν occido. Ambrosia apud Plin. herba est, quam quidam botrym vocant: à quo nomine Artemisia dicta, ab uxore Mausoli adoptato cognomine. Canit Ouid. equos solis ambrosiam habere pro gramine: Ea fessa diurnis Membra ministerijs nutrit, reparatque labori. *Nexu.*] complexu, & pedicis nuptialibus. *Perpetua nuptiae.*] Hoc ideo dixit, ut doceat, hoc connubium nullo diuertio diuelli disiungique debere. Consimile illud: Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.

Nec mora, cum cena nuptialis affluens exhibetur. Accumbebat sumum torum maritus, Psychen gremio suo complexus: sic & cum sua Iunone Iuppiter, ac deinde per ordinem tori Dei. Tunc poculum nectaris, quod vinum Deorum est, Ioui quidē suis pocillator

*Cena nuptialis.*] Multæ apud priscos & recentiores cœnæ apparatus & luxus lautæ fiunt, inter quas lautissimæ sunt nuptiales, in quib. epulæ quæstissimæ, fercula co-

piosa, & cerealis  
pompa conuisi-  
tur: vbi fumant  
patinæ, vbi iuru-  
lenta, assa, elixa, ga-  
neataque omne  
genus edulia affi-  
tim inferri solent.

ille rusticus puer, ceteris vero Liber  
ministrabat. Vulcanus coenam coque-  
bat. Horæ rosis & ceteris floribus pur-  
purabant omnia. Gratiae spargebant  
balsama. Musæ quoque canora perso-  
nabant.

Leges sumptuariæ, quib. ganea luxuriāque coercetur, permittunt  
in coenis nuptialibus impendi insurūque pecuniam largiorem.  
De nuptiali hac coena intellexit Iuuenalis illo versu: Non est cur  
coenam & mustacea perdas, Labente officio crudis donanda.  
Sunt autem mustacea, vt in transcursu verbum Satyriographi  
explicemus, obsonia inter ganeatas escas anumerata. Cato mu-  
staceos masculino genere protulit, quos sic fieri iubet: Farinæ  
silingineæ modium vnum musto conspergito: anisum, cumi-  
num, adipis pondō duo: casei libram: & de virga lauri deradito  
eodem addito: & vbi defruxeris, lauri folia subtus addito, dum  
concoques. Papinius in Sylvis consimiliter masculino genere  
dixit: Et mustaceus & latente palma, Prægrandes caryotides ca-  
debat à musto, quo consperguntur, nomen inditum. Palladius  
lib. II. caput facit de fermento mustorum seruando, qui mu-  
steos panes accipere videtur pro mustaceos: & quia lauri folia  
mustaceis subiiciuntur, ideo Pompeius Lenæus lautum musta-  
cen Cypriam appellauit. Hinc à M. Tullio facetosa quasi qua-  
dam urbanitate dictum est in epistolis ad Atticum: Coepit lau-  
reolam in mustaceo quæret. Repotia vero eruditæ appellant  
diem post nuptias, quo apud nouum maritum apparatus lautiore  
coenatur: ex eo dicta, quia quasi reficitur renouatûrque potatio. In  
repositis & nuptiis lex Iulia seftertij insumi permittit, supitulq; ha-  
rucce coenarū est propagatus. Deniq; in coena nuptiali affluenter  
omnia exhibetur, in qua viget prouerbiū Grecum, πλωσμον βαρ  
βαριον, id est opulētia barbarica. Accubebat. ] Verbum propriū epi-  
lantium est. M. Tullius: Qui mihi accusantes in conuiuis. Re-  
cumbere summum torum is dicitur, qui in summo, hoc est ho-  
noratiore loco discumbit. In hanc sententiam Plaut. in Sticho:  
Summatus viri summi accusabit, ego infirmatis infirmus. Horat.  
in 2. Sermonū: Summus ego & prope me Viscus Turinus, & infra,  
Si memini, Varius. Cōtra qui in infimo mēsae loco accusabit, dici-  
tur eleganter à Plauto imi subsellij vir. Mendositas est tollēda de  
Plautinis codicib. in quib⁹ sic passim legitur: Scis tu me esse vni  
subselli virū. Expugne illud vni, & in eius locū succedaneam di-  
ctionem

ctionem substitue imi. Plautum Horatius opinor emulatus, scripsit in epistolis: & imi Derisor lecti. Seneca quoque in Suasoriis sic refert: Subinde interrogabat, quā ille vocaretur, qui in imo recumberet. Salustius quoque in historis scripsit hæc: Igitur discubuere Sertorius in medio, super eum Fabius senatus, ex proscriptis in summo Antonius, & infra scriba Sertorij Verrius, & alter scriba Mæcenas in imo, medius inter Tarquinium & denarium Perpenna. Haec tenus. Salust. Illud annotandum, quod non tam summus in mensa locus honoratior, quam medius fuit. ex quo illud Virgilianum: Aurea composuit sponda, mediæque locauit. & Salustius in Iugurtha: Dextra Adherbam assedit, ne medius Ingurtha foret, quod apud Numidas honori ducitur. Xenophon quoque refert in Pædia, Cyrum solituia in medio recumbere, iussis compransoribus sedere, partim ad dextram, partim ad sinistram, ex quibus honoratior sedebat ad sinistram, quod hæc insidiis magis subiecta sit quam dextra. Per ordinem toti Dei.] Ut scilicet proximi Ioui sint, & pri nos recubitus obtineant Diij maiores: mox medioxym, in imo vero toro minuti sedent: & ita gradatim ordinatimque collocentur. nam, vt inquit Manlius in ultimo Astronomicō, sunt proxima primis Sidera, suntque gradus. Ouid quoque in serio opere, habitationes Deorum pro dignitate dicit esse aulæ Iouiali vel propinquiores, vel remotiores, cum sic ait: Pars habitat diuersa locis. & vt auctor est Apuleius in Dæmonio Socratis, sunt Diij summī, medij, infimi. Idem in Dogmate Platonis ait, medioxymos deos à Romanis veteribus appellati, qui Diis summis sunt minores, & in tertio ordine censentur. De quib intellexit Plaut. qui sic scribens in Cistellaria ait: Ita me Diij deaque, superi atq; inferi & medioxym. Ab eodem dictum est, Diij me oinnes magni, minutique & patellarij faxint. Vbi patellarios vocat Deos, à pateris, & per diminutionem, patellis quæ vasa sunt sacrificalia, quibus Diij coluntur. Martianus in lib. de Nuptiis Philologie, tradit Deos cœlites dici, qui in ipso ethere puriores sint, vbi Iovem regnate certissimum est. Infra solis meatum, usque ad lunarem globum, secundæ beatitatis numina esse. Hos omnes Græci dæmonas dicunt, Latini medioxymos vocarunt. Hemitheos Græci appellant, quos Latinè \* semihomines aut semideos conuenit nominare: quia à medietate æris usque in montium terræque confinia versantur: qui ex eo quod Heram terram veteres dixerunt, Heroës nuncupati sunt. M. Varro & diuus Augustinus præcipuos Deos dici selectos prodiderunt, qua in re facetissime lufit Tertullianus: Si, inquit, Diij feliguntur ut bulbi,

utique cæteri reprobi iudicantur. Prætereà Dij per ordinem ac-  
cumbere dicuntur, quando quilibet cum Dea sibi coniuncta  
disponitur: ut Iupiter cù Junone, Neptunus cù Salacia, Quirinus  
cum Hora, Mars cum Nerienc. Est enim Nerie vxor Martis di-  
cta à scriptoribus idoneis, inter quos est Plaut. qui in Truculento  
peritè sic scribit: Mars peregrè adueniens salutat Neriem vxo-  
rem suam. **Pocillator.**] Vocabulo perquām eleganti pocillator  
dictus poculorum ministrator, siue pincerna, quæ Græci οἰνοχόοι  
vocant. Ganymedem autem significat, qui pocula Ioui mini-  
strat in cœlo, statque maximo Deorum ad cyathum. De quo M.  
Tullius in prima Tusculana sic refert: Ne cum ego audio qui Ga-  
nymedem à Diis raptum ait propter formam, ut Ioui bibere mi-  
nistraret. Quicunque habuerint horoscopum in qua ita parte Ge-  
minorum, erunt maxima pulchritudine corporis speciosi, quos  
regibus corporis pulchritudo commenderet, ut in amorem eo-  
rum regis desideria semper æstuent. **Liber.**] Congruum est ut  
Bacchus, qui liber pater nominatur, pocula ministraret Diis in  
cœna Psyches nuptiali: ut potè vini reperitor, & Deus. Homerus  
tamen in prima Iliados rhapsodia auctor est, Vulcanum Diis  
propinasce, pincernæ officio fungentem: & cùm vtrò citrōque  
commearet, ad deformitatem claudicantis ingentes risus ab  
aliis coelicolis toto conviuio excitatos. **Nectar.**] poculum  
Deorum glycy nectar optimo epitheto dictum, quasi dulce ne-  
ctar. Nunc Apuleius scitè singit, cœnam à Vulcano coqui, pe-  
rinde ac ignis Deo: unde est Mulciber nominatus, ex eo quod  
ignis omnia mulceat ac domet: à poëtis ignipotens dictus:  
Quem claudum singunt, quia per naturam nunquam rectus est  
ignis. Vulcanus nominatur, quasi volicanus, quod per aërem vo-  
litet. Græci Hepheston appellant, vnde Hephaestiades dictæ in-  
sulæ à Græcis, quæ à nostris Vulcaniæ nuncupantur. Plato lib.  
ii. de Legi scribit, Vulcanum & Pallada vitam mortalium suis  
artib. instruxisse: ideo illis opificum genus consecratum esse. **Ho-  
ras.**] Ouid Horas Deas celeres appellavit, easque solis ministras  
esse decenter cecinit, cùm ex eursu solis horæ confiant. Vnde &  
à sole nomen acceperunt, qui apud Ægyptios Horus vocatur,  
auctor Macrobius. Idem Ouid. scripsit in Fastis Ianum præsi-  
dere foribus cœli, cum mitibus Horis: quas prior Ouid. Homer.  
custodes cœlestis auræ esse dixit. Diodorus Horas ex Ioue geni-  
tas refert. Est & Hora Dea Quirini coniuncta, cuius Ouid. & En-  
nius meminere. Non alienum videtur hoc in loco annotare,  
duo esse genera horarum: æquinoctiales, quæ à Græcis isomeri-  
æ vocantur: & vulgares siue temporales, quas illi cæricas appel-  
lant

lant. Aequinoctiales paribus interuallis numero vigintiquatuor diem noctemque conficiunt, quales sunt in equinoctio utroque, autumnali scilicet & verno: quibus & nostri utuntur, & haec semper aequales. Vulgares vero sunt, quibus dies tam longus quam brevis per duodena interualla dividitur: unde fit, ut id genus horae die aestiuo sint longiores, brumali breviores: & cum nostrae horae paribus semper spatiis progrediantur, istae quas vulgares vocant & temporales, pro tempore fiunt modò productiores, modò cōtrariiores, & ita semper inēquales. Exempli causa, dies solstitialis, qui totius anni longissimus est, colligit in Italia horas aequinoctiales 15. vulgares vero 12. & ita posita calculo mensura unius horae vulgaris continet horam aequinoctialem, & partem quartam unius horae. Econtrario per brumam, cum dies brevissimus colligat nouem horas aequinoctiales apud nos, vulgares autem 12. fit ut hora vulgaris minor sit aequinoctiali quadrante unius horae. Hoc ideo copiosius percensui, ut intelligeres illud epigrammatarij poëtae. Hora nec aestiuia est, nec tibi tota perit. Vbi hora aestiuia significatur longior hora, vulgaris scilicet, non aequinoctialis: super quo versu commentatores hallucinant. Ediuerso hybernac horam scitissime posuit Plaut. pro breuem, spatique angustioris. Sic enim ait in Pseudolo: Credo te potesse Massici montis yberrimos quatuor fructus eibere in hora una. Hyberna addito. Enarratores Plantinæ fabulae id genus elegantiæ cæcūtientibus oculis prætereunt, nec medullam introspiciunt. *Purpurabant.* [P]urpureo colore nitentia reddebant. Purpurascentes violæ, purpurascens mare, à colore purpureo dictum. *Gratiae.* [G]ratias numero tris celebrari nemo ignorat, quas Græci Charitas vocant: quæ manibus implexis ridentes, iuuenes, virgines, soluta ac perlucida ueste pinguntur. Ideo autem tres forores videri volunt, ut una sit quæ det beneficium, altera quæ accipiat, tertia quæ reddat. Alij tria beneficiorum genera, protrentium, reddentium simul, & accipientium, reddentiū mīq; Ideo una auersa pingitur, & duæ ad nos respicientes: quia profecta à nobis gratia duplex solet reuerti. Cōserit manibus connexæ ob hoc figuratur, quia insolubilia esse beneficia debet: & quia ordo beneficij per manum transeuntis nihilominus ad dantē reuertitur, & totius speciem perdit, si unquam interruptus est: pulcherri mus, si cohæserit, & vices seruat. Ideo iuuenes, quia nō debet beneficiorū memoria senescere. Ideo virgines, quia incorrupta esse debent & sincera, atq; omnibus sancta beneficia: in quibus cum nihil alligati esse deceat, solutis tunicis vtūtur atque perlucidis, quia beneficia cōspici volunt. Quidā nudas gratias esse tradunt,

propterea quod sine fuso esse debent: ridentes fiunt, quia vultus qui dant vel accipiunt beneficia, hilares esse & debent & solent, Hesiodus Gratias nomina imposuit: qui maximam natu Æglen appellat, quasi splendidam: medium Euphrosyne, à læticia: tertiam Thaliam, quia beneficiorum gratia semper virescere debet, nec unquam senescere. Homerus vni immutavit nomen, Pasitheam appellando, cuius & Catullus meminit. Quidam Liberi & Veneris filias esse memorant, ex eo quod Gratiae per horum feci numinum blandimenta conciliantur. Chrysippus eas ait Louis & Eutynomes filias esse, quibus (teste Diodoro) assignant beneficij retributionem. Chaites, ut inquit Martianus, venustant quicquid apprehendunt. Musæ personabant. ] Homerius in primo Iliados scribit, Mosas in conuicio Deorum suauissima voce & modulato cantu cecinisse, Apolline citharizante. Aristoteles in octavo Politicorum auctor est, musicam adhibendam esse rebus voluptariis: & ex auctoritate Homericæ citharœdum delicijs conuivialibus exhibendum, qui omnes demulcent: tunc enim lætitia continua perfusi, libenter audiunt citharœdum: deinde per citharœdicam artem Orpheus plurimum potuit. Hanc proculdubio philosophi graues & prudentes amant, hanc diligunt Musæ, quibus iradentibus in usum hominum venit: haec in agonibus, hoc est sacris certaminibus, coronatur. Deinde constat, musicam inter honestas professiones numerati, quam Plato & Aristoteles in primis discendam esse præcipiunt.

*Apollo cantauit ad citharam. ] Cithara sine voce cœcinit Thamyras, cum cantu Amphion, cithara edita carmina composuit Terpander. Apollinem vero citharae, eiusque musicæ inventorem ferunt: qui cum Marsia certans,*

*primùm cithara sine voce usus est: mox cum videretur à Marsia superari, ad citharae modulationem addidit vocis quoque suavitatem, ad citharamque cantillans victor est iudicatus. Forma falsanit. } Plato libro 2. de legibus refert, Deos laboriosam homi-*

*Apollo cantauit ad citharam. Venus suauis musicæ superingressa, formosa sat tauit: scena fibi sic concinnata, ut Musæ quidem chorum canerent, tibias inflaret Satyrus. & Paniscus ad fistulam dicaret. Sic ecce Psyche conuenit in manu Cupidinis: & nascitur illis maturo partu filia, quam Voluptatem nominamus. Sic captiva puella delira & temulet illa narrabat anicula.*

hominum vitam miseratos, remissiones laborum constituisse:  
 Musas quoque, & Apollinem Musarum ducem, & Bacchum  
 concelebratores adhibuisse, qui cum voluptate tripudia & salta-  
 tiones nobis ducunt. Idem Plato saltationes & choreas nequa-  
 quam improbat. Venus saltatriculæ partes implevit, cuius motu  
 cuncta venustantur. Est autem saltatio irritamentum incenti-  
 umque libidinis. *Chorum canerent.* } A chara, id est laticia, cho-  
 rum nominauerunt, ut interpretatur Plato: qui tres choros fieri  
 præcipit, videlicet puerilem, iuuenilem, & senilem: quod ex in-  
 stituto Laconico sumptum videtur. Nam apud Lacedæmonios  
 ex disciplina Lycurgi tres chori constituti sunt: unus senum, qui  
 sic canebat, Nos olim fuimus robusti iuuenes: alter iuuenum,  
 qui succinebat, Nos autem sumus, quod si velis periculum faci-  
 to: tertius verò puerorum, à quo illud cantabatur,  $\alpha\mu\mu\sigma\delta\gamma\tau\sigma$   
 $\alpha\mu\mu\sigma\delta\alpha\pi\lambda\alpha\kappa\epsilon\pi\pi\epsilon$ , id est, Nos erimus multò meliores. Cho-  
 rum Seneca & Macrobius ex multorum vocibus constare autu-  
 mant: unum tamen ex omnibus sonum reddi, ubi aliqua acuta,  
 aliqua grauis, aliqua media vox est. In choro singulorum latent  
 voces, omnium apparent, fitque ex dissonis concentus. Mesocho-  
 rum vocant modulatorem, qui in medio canit choro, qua dictio  
 ne Plinius minor & Sidonius vtuntur. *Panis us.* ] Pana Deum  
 esse sylvestrem, nemo non nouit: à quo per diminutionem Pa-  
 niscus ita inflectitur, ut à Satyro Satyriscus, quasi minutulus Pan  
 sit Paniscus. Suetonius in Tiberio: Prostantes ex vtriusque sexus  
 pube Panisorum & Nymphaeum habitu. Scribit Plin. in 35. Pa-  
 niscum fuisse pictum à Taurisco pictore. A panisco differt pa-  
 nicus. Graeci enim panicon repentinum terrorem dicunt, & con-  
 sternationem: hinc illud M. Tul. in epistolis ad Atticum, De Ven-  
 tidio Panicon puto. Item: Rumorem afflunt magnum Romæ,  
 do num ad Antonium frumentum omne portari. panicon cer-  
 te. H genus quoque tradit, capricornum obiecisse hostibus timo-  
 rem, qui panicos nominatur. Mendositas inoleuit in codicibus  
 Higini, in quibus pro panicos passim legitur paniscos. Fistu-  
 lam autem inuentum esse Panos quis nescit? Vnde cicutines  
 dicuntur, quasi fistulicines Panes à Sidon, Apollinari, sic scri-  
 bente: Alta cicutines liquerunt Mænala Panes. Terræ ha-  
 bitant, ut docet Capella Martianus, Fauni, Panes, Satyri, Syluani:  
 qui omnes post prolixum tempus moriuntur, tanquam poly-  
 chronij sint, non æterni. Apud Eusebium & Plutarchum in  
 libro cui titulus est, Quod oracula defecerunt, scriptum legi-  
 mus, nuncatum fuisse Tiberio, quod magnus Pan mortuus erat.  
*Conuenit in manum Cupidini.* ] Non parùm multa sunt, quæ

cum legas, primori cuncte nihil præ se ferant obscuritatis & disciplinæ reconditæ: sed si introspexeris curiosius, deprendas arcam eruditionem, semotamque, ut hic Apuleii locus est: quo non simpliciter, sed scienter & ex legalis doctrinæ verbis dictum est, Psychen conuenisse in manum mariti. Namque vxoris species duæ sunt: una matrum familiâs, altera vnu. Mater familiâs esse non poterat, nisi quæ conuenisset in manum. hæc autem certa erat nuptiarum species. Quæ in manum per coemptionem venerat, hæc matres familiâs vocabantur. coemptio verò certis solennitatibus peragebatur, & sese coëmēdō inuicem interrogabat, vir ita: an mulier sibi materfamiliâs esse vellet? illa respondebat, velle. Item mulier interrogabat, vtrum vit sibi paterfamiliâs esse vellet? illa respondebat, velle. Itaque mulier viri conueniebat in manum, & vocabantur hæc nuptiæ per coëmptionem, & erat mulier materfamilias: quam solennitatem Vlpianus & Boëtius expouunt. Hinc in Topicis argumentum sumitur & quæstio est, An uxoris Fabię legatum, quæ in manum sit argentum, quæ in manum mariti non cōuenit, nec materfamilias fuit. Quinetiam A. Gellius lib. 18. noctium Atticarum, matrem familias appellatam esse eam solam memorat, quæ in mariti manu mancipioque esset: sicut matrona ea propriè dicta est, quæ in matrimonium cum matito cōuenisset, à matris nomine nuncupata, non adepto iam, sed cum spe & omni mox adipiscēdi: unde ipsum quoque matrimonium dicitur. Ad hanc coëmptionem rei uxoriæ referendus est ille Virg. versus, Téque sibi generum Thetis ematominibus vndis. Inuenio apud auctores, quod nubentes veteri lege Romana asses tris ad matitum venientes solebant ferre, atque vnum quem in manu tenerent tanquā ementi marito dare, aliū quem in pede haberent in foco Larium familiarium ponere, tertium in sacciperio in compito vicinali solere resonare. Ita enim legere malim, In sacciperio, apud Nonium Marcellum, quam vti legitur invulgatissimis codicibus. in sacciperone. Nā sacciperium crumena maior est, & minoris marsupij receptaculū. Blautus in Rudente: Meum marsupium, quod plenum argenti fuit in sacciperio. Maturo partu. } non scilicet exacto mense, vel decimo. sunt enim hi duo menses maximè genitales, quibus partionem mulieris maturam fieri secundum naturam existimauerūt antiqui & medici & philosophi: super qua re luculentum caput condidit Gellius in Noctib. Atticis illis lucidissimis. *Quam voluptatem nominauimus.* ] Martianus Capella scribit, Psychen muneribus Deorum optimam, adamantinis nexibus à Cupidine detineri, eadēmq; à Philologia expolitam. Etiam conducenter &

scitè Voluptatem ex connubio Cupidinis & Psyches natam esse  
 fixerūt, cùm ex cupiditate animæ & dilectione voluptas pro-  
 gignatur, qua summum bonum clarissimi philosophorum me-  
 tiuntur. De multiplici voluptate scribit Aristoteles copiosè, &  
 nos annotauimus in quinto commentario Tusculanarum. Grē-  
 ce dicitur *ισθνη*, inde sumptus Hedonius decentissimè dictus  
 Spartiano, pro impensa facta in rebus voluptariis. Contentibus  
 hæc nobis, & has Psyches ac Cupidinis nuptias cōmentantibus,  
 fideiali opinor decreto factum est, vt ego qui hactenus à ducen-  
 da vxore s' nper abhorui, nec quicquam libero lectulo censui  
 esse iucundius, Diis hominib[us]que approbantibus vxorem du-  
 xerim filiam clarissimi iurisconsultorū Vicentij Palæoti, cui Ca-  
 millæ nomen est: quæ annum agēs duodevigésimū, forma mo-  
 desta, moribus ingenuis, & virginali pudore prædita, in manum  
 meam conuenit Dij faxint, vt hoc cōnubium sit nobis felix, fau-  
 stū ac fortunatum: vi que ex eo Voluptas gignatur. Quod si præ-  
 sagia vana nō sunt, haud dubie concordi voluptarioq[ue] coniugio  
 perfuerunt. Nec me cōtristat illud Biantis dehortamentum, qui  
 rogatus à quodam, an vxor ducenda esset? Aut, inquit, pulchram  
 duces, aut deformē. Si pulchram, habebis communem: si turpē,  
 habebis pœnam. Neurum autem bonum. Igitur vxorem ducē-  
 dā non esse, argumēto (vt opinabatur) satis firmo proponebat. Ve-  
 rū, vt Phavorinus dicere solebat, est quædam fœminæ forma  
 media inter pulchritimam & deformissimam, qualis ab Ennio  
 perquām eleganti vocabulo stata dicitur, quæ neque communis  
 futura sit ob nimiam pulchritudinem, neque pœnitenda ob im-  
 modicam deformitatem: quam formam modicam & modestā  
 ī h[ab]em Phavorinus non inscritè appellabat vxoriam. Ennius quoq[ue]  
 eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia esse, quæ stata forma fo-  
 rent. Talis est Camilla vxor, non deformis, neque formosissima,  
 formosæ tamen prior: non inelegans, neque venustissima, ve-  
 nustatis tamen matrimonialis particeps. Theophrastus in libro cui  
 titulus est Aureolus, & post Theophrastum Hieronymus in vo-  
 lümīnibus contra Iouianum, tradunt, sapientem inire matri-  
 monium tunc debere, si pulchra esset coniunx, si bene morata,  
 si honestis parentibus. Quām pulchra mihi sit vxor, nouerunt  
 qui videre: quām bene morata sit, ego ipse noui: quām honestis  
 parentibus nata, nullus ignorat: cuius pater iurisconsultissimus  
 in vrbe nostra clarissimus est, meritōque dici potest fulta  
 scholastici gymnasij: cuius domus huius oraculum est ciuita-  
 tis: cuius ianua & vestibulū tanquā alterius Mutij Scæuola: ma-  
 xima consultorum frequentia ac summorū hominum splēdore

celebratur: qui propter huius civilis iuris scientiam nominari  
verissimè potest, Egregiè cordatus homo, & catus, ut de Helio  
Sesto scripsit Ennius: qui in legibus interpretandois annos am-  
plius 40. floruit, inter primarios totius Italæ professores. Præ-  
tereat in homine tata urbanitas, affabilitas, comitas est, ut omnib.  
maximè colatur, maximèq; diligatur: & cum principibus pla-  
cuisse viris magna laus sit, sacer meus adeò placet, adeò gratus  
charisque est illustrissimo principi Io. Bentiuolo, sub cuius tu-  
tela Bononienses feliciter otiantur, ut eum coniuctorem ha-  
beat quotidianum, ut sine contubernalitate ipsius iucundè &  
hilare cœnare non possit: qui si eo quandoque caret, dicere so-  
let, Palæotum meum desidero. Mater verò coniugis meæ ea  
est, ut probitate, strenuitate, & domesticorum negotiorum cu-  
ratione nulli matronarum postponenda sit: ut quodam quasi  
præfigio à parentibus Dorothæ nomen illi inditum esse vi-  
deatur, veluti dono Deorum data sit. In vxore ducenda quatuor  
principaliter expetuntur: Forma, probitas, dos, nobilitas. Vxori  
meæ forma est illa, quam dixi: probitas, quam noxi: quæ bene  
dotata, nobili genete nata, in manum meam venit: quanquam  
pudicitia, quæ fœminei sexus præcipua virtus est, pro nobilita-  
te sit: quamvis non illa dos ducenda sit quæ dos dicitur, sed (ut  
matrona Plautina inquit) pudicitia, & pudor, & sedatus cupidus,  
Deum metus, parentum amor, & cognatorum concordia: quæ  
morigera marito, olim soror vxoræ contubernalitatis cœliba-  
tum præferebam. Quinetiam subinde mecum reputans, muscu-  
lum pusillum sapientem dici à sapientibus bestiam, qui atatem  
vni cubili nunquam committit suam, ego quoque discurrebam  
per multiplices temporisq; amores, nullo stabili proprioq;  
vinculo illigatus, eramque erraticus ac volaticus amator. Antea  
illud Horatianū laudare solebam: Nil ait esse prius, melius nil  
cœlibe vita. & illud Terentianum: Et isti quod fortunatum esse  
autumant, vxorem nunquam habui. Et cum aliquando publico  
auditorio ac frequenti profiterer Satyram illam, qua in mulieres  
maledicta continetur & probra: invectus sum in vitam cōiuga-  
lem, & in molestias vxorias, acernatis testimonii ex Hierony-  
mo, Seneca, Plutarcho, ceterisque scriptoribus, identidem me-  
morabam versiculos illos Græcos, ρόμης γῆμας δέλος Εἴ τι βλό-  
γο μή γε μάλιστρον τούτον τον εχθρόν. id est, Cogitato, si duxeris vxoret-  
te in omni vita seruum fore: vir sine vxore malorum expers est.  
Nunc verò palinodiam recino more Stesichori: facioque quod  
vir sapiens facere consuevit, qui de sententia, si ita rectius sit, de-  
cedere aliquando consuevit: idque cum laude. Quamvis Sto-  
corum

eorum paradoxon repugnet, assentium sapientem nullius rei  
 pœnitere, & nunquam mutare sententiam. Nunc in ore mihi est,  
 & in pectore sententia illa Græci poëtæ, γυνὴ δὲ χειρὶς ἀνδραῖος  
 οὐ μοιχεῖαι: id est, Vxor bona gubernaculum est domus. Anteā  
 illud more identidem habebam, probabamque, Vxorem non  
 esse ducendam homini literato: impediri enim studia literarum,  
 nec posse quenquam libris & vxori pariter inseruire. Nunc sen-  
 tio cum M. Tullio, qui libro tertio de Finibus, consentaneum ait  
 esse naturæ, ut sapiens velit vxorem sibi adiungere, & ex ea libe-  
 ros procreare. Legem quoque Platonis sequor, qua ille præcipit,  
 vt vnoquisque vxorem ducat: qui vero non duxerit, pecunia  
 mulctetur, atque dedecore: Nec assentior his qui existimant, stu-  
 dia literarum impediri vxoris interpellationibus, cùm mihi in-  
 terdum inter libros lassescenti fomenteum sit & luscitabulum  
 interuentus vxoris. Ex quo fit, vt id quod fertur credam esse ves-  
 tissimum: Quod scilicet olim Marcia Hortensio, Terentia Tuls-  
 io, Calphurnia Plinio, Pudentilla Apuleio, legentibus meditan-  
 tibusque candelas & candelabra tenuerint: vt liquidò satis cla-  
 reat, studentibus discendi per nuptias occasionem tribui desidi-  
 bus excusationem. Habeo itaque vxorem ex animi mei senten-  
 tia: nec me pœnitet censeri in ordine maritorū. Quod superest,  
 Deum optimum maximum precor, vt id connubium fortunet,  
 citra vllum incommodum, citra offensiunculam, citraque lab-  
 culam omnem: vt concorditer, fœliciter, amanter annos Nesto-  
 reos traducamus: nec vlo æuo commutemur, quin ego illi iu-  
 uenis, illa mihi puella esse videatur: gignaturque ex nobis so-  
 boles voluptifica, qualis ex Psyche & Cupidine progenerata est.  
 Nam vt Musæ Græcorum canunt, ανίκητος δέ τόπος αγρίων  
 γυναι: id est, Benevolentiae coniugalis maximum vinculum est  
 soboles. Cùm in præsentia vxor ventrem ferat & prægnationis  
 sarcina quotidiano incrementulo turgescat, spero &ominor  
 filium anno hoc Iubilei memorando nasciturum: qui parenti-  
 bus sit voluptati futurus, & ornamento. Sed iam tempus est, vt  
 ad institutum curriculum redeamus, & è carceribus ad metas  
 commentatio nostra decurrat. *Delira anicula.*] Proprium ani-  
 cularum est, vt delirare dicantur. M. Tul. deliramenta aniculis fe-  
 riè peculiariter ascribit. Idem tradit in Catone: Ut petulantia  
 magis est adolescentum, sic senum esse stulticiam, quæ deliratio  
 appellari solet. Videtur autem hoc vocabulum habere etymon  
 à verbo rustico, quod vocant lirare, operientes semina, vnde, vt  
 docet Plin. primum appellata deliratio est: inde & delirare dici-

tur, à recto recedere. Quòd autem aniculæ peculiariter delirent, & fatuæ sint, docet vocabuli etymon: namque anum dici autem ab à particula priuatiua, & voc, quòd sit sine mente & sensu. Proverbiū est apud Græcos γέγενα οὐθλος; id est veterarum nūgæ: de his qui delirant & hugantur.

*Pugillares & stilum.* Ut calamus in charta & membranis scribit, sic stilus in cera, ut inquit Hieronymus in expositione Psalmorum 337. Pugillares autem, siue pugillaria, dici tabellas ceratas, quibus antiqui scriptabant, quis ignorat? Prisc. automat literas dici à litoris, propterea quòd plerunque antiqui in ceratis tabulis scribere solebant, & postea delere. In codicibus Prisciani menda inoleuit, in quibus pro certatis tabulis vulgo legitur cæteris tabulis. Græci pinacas vocant. Homerus scribit, Bellerophonti datos in Lycia pinacas. Plin. codicillos & pugillares interpretatur. à Catullo quoque codicilli dicuntur.

Sed astans ego non procul, dolebam mehercules, quod pugillares, & stilum non habebam, qui tam bellam fabellam prænotarem. Ecce confecto nefcio quo grani prælio, latrones \* eueniunt onusti: nonnulli tamen, imò promptiores vulneratis domi relictis, & plagas recurantibus, ipsi ad reliquias occultatas in quadam spelunca sarcinas (ut aiebant) proficiisci gestiunt. prandioque raptim tuburcinato, me & equum vectores rerum illarum futuros, fustibus exinde tundentes, producunt in viam: multisq; clivis & anfractibus fatigatos, prope ipsam vesperam producunt ad quamquam speluncam: unde multis onustos rebus rursum, ne breuiculo quidem tempore refectos, ob iter reducunt: tantaque trepidatione festinabant, ut me plagiis multis obtundentes, propellentesque super lapidem prope viam positum deicerent. unde crebris & que ingestis ictibus, dextero crure & ungula sinistra me debilitatum agrè ad exurgendum compellunt. Es unus: *Quonsque, inquit, ruptum istum asellum, nunc etiam claudum, frustra pascemus?* Et alius: *Quid quòd & pessimo pede domum nostram accessit, nec quicquam idonei lucri exinde cepimus, sed vulnera, & fortissimum*

morum occisiones. Alius iterum: Certe ego cum primum sarcinas istas, quamquam iniuitus, pertulerit, protinus eum vulturyis gratissimum pabulum futurum præcipitabo.

tur. Pugillarium usum perquam vetustum esse, apud auctores inuenio. Iurisconsultus titulo de verborum significatione, indicat pugillares codicillos enuntiari, numero semper pluratiuo. Ausonius tamen evanescit, id est, singulariter dixit: Bipaten pugillar expedi. Eueniunt. ] Lege, reueniunt, hoc est, redeunt domū, & repedant. Tuburcinato. } feltināter comedo. Tuburcinari. n. significat raptim comedere. Titinius: Tuburcinari sine me yultis reliquias? Plautus in Persa: Libido exemplo cupere conuiuiū tuburcinari. Cato tuburcinabundū & lurcabundū dixit pro helluone & voratore: quæ vocabula ut vetusta nimis, repudiana da præcipit Quintilianus in primo: nam verbis ut nummis vtendū est, quibus sit forma publica. Cliens. ] loca cliuosa & per anfractus sinuosa, vexant in primis atque fatigant iumenta sarcinis onusta. Anfractibus. ] viarum scilicet & locorum. anfractum dici flexum, tradit M. Varro: dictum ab ambitu & frangendo. ab eo leges iubent, in directo pedum octo esse, in anfracto 16: id est, in flexu. Refectos. ] recreatos, refocillatos, significat enim nec minimum quidem laxamentum sibi præditum fuisse. Obiter. ] Annotandum, ob iter hoc loco dici, quasi ad iter seientim, ut duæ dictiones esse videantur. Alias obiter aduerbiū est, significatque inter eundum, incidenter, tali de causa: quæ particula veteribus visitata, & Plinio frequens est. Trepidatione. ] festinatione. Virgilius Ne trepidate meas Teucri defendere naues. Et iimus. } Corrige, unus. Ruprum. } Ruptos dicimus delassatos, & membris fractos, ex diutino scilicet labore. Apud Plinium non pauca ruptis & conuulsis medicamenta sunt tradita: alias rupti dicuntur, vestibus laceratis, pannosi, sentique. Hinc illud amphibolon apud epigrammatum poëtam: Qui sanet ruptos, dic mihi Galle quis est? Nam cùm de morbi genere loqui videatur, signat festiuiter ruptos, hoc est habentes vestem laceram, & rupto panno discissam, nulla medela, nulloque medico posse sanari. Frustra pascemus. ] ex Catonis præcepto, qui boues vetulos, armenta reiicula, oves reiiculas, seruos senes, morbos, & si quid aliud infructuosum supersit, vendi iubet. Reiicula autem, ut Catonianum verbum in transcurso explicem, dicuntur animalia, quæ morbo seniore & grauia reiiciuntur, à reiicendo videlicet nominata. M. Varro in secundo de Rustica: In gregibus pecuarij dilectus quotannis habendus & reiiculæ

reiiciendæ, quod locum occupant eorum quæ ferre possunt fructus. *Pessimo pede.*] quasi dicat, malo omne & sinistro pede. Sic enim dextro pede ad nos illi venire dicuntur, qui apportant quipiam boni, ita sinistro & pessimo pede, quorum aduentus infortunatus est, & calamitosus. *Vulturis pavulum.*] Apud antiquos variè declinatum hoc nomen est. nam & vultur vulturis, & vulturius recto casu, veteres dictarunt: nunc in vsu est vultur. Ennius: Vulturis in sylvis miserum mandebat hominem. Catullus: Lingua exerta auido sit data vulturi. M. Tul. in oratione pro Sestio: Exierunt malis omnibus atque execrationibus duo vulturij paludati. Vultures, ut inquit Hieronymus, & ante Hieronimum Plut. & Plin. transmarina cadavera sentiunt: & triduo aut biduo illuc præuolant, vbi cadavera futura sunt. Hinc in captatores & bona defunctorum inhiantes scitissime translatum nomen. Mart. Cuius vulturis hoc erit cadaver. & illud Senecæ velut proverbiale: Vultur es, cadaver expecta. Penna vulturina, subiecta pedibus, adiuuat parturientes. Auctor est Ambrosius, vultures non indulgere concubitui, atque sine vlo masculorum semine concipere. Vita vultorio in confessu longa est adeò, ut vsque ad centum annos vita eorum producatur. Romani (vt refert Plutarchus) vulturem in augurijs ut principalem obseruauerunt, cuius aspectu Hercules in rebus obeundis maximè lètabatur. Ex cadaveribus sibi escam querit, nihil enim animatum interficere fertur. Græci γύνας vultures appellant.

*Mitiſſimi.*] ironicos. Timor unguis fecerat.] Ex imitatione Virginiana ductus color. sic enim in serio opere scriptu est: Pedibus timor addidit alas. & Quintus Curtius metum vocat eleganter strenuum, propterea quod homines ex metu sunt strenuissimi, velocissimiique. à Thucydide quoque dictum est, Ti-

Dum secum mitiſſimi homines altercant de mea nece, iam & domum peruereramus: nam timor unguis mihi alas fecerat. Tum, quæ ferebamus, amoliti properiter, nulla salutis nostra circa, ac ne me & quidem necis habita, comitibus adscitis, qui vulnerati remanserant, dudum recurrunt, relaturi tedia (ut aiebant) nostræ tarditatis. Nec me tamen mediocris carpebat scrupulus, contemplatione comminata mihi mortis. Et ipse mecum: Quid pas, Luci, vel quid iam nouissimum expectas? Mors, & hac acerbissima, decreto latronum tibi comparata

gām; significat: ut Virg. Calcēmq; terit iā calce Diores. Auctoritas veterū multa licēter & surpat, & variis generib; inflectit, inter quæ calx est: quæ dīcto modō masculino, modō fœminino genere ponitur, pro calcaneo pedis & percussione. sic Silius: Iā cāpos voti ferrata calce cruēta Cornipedē. In quo imitatus Virgilii videtur, sic scribentē: Quadrupedēmq; citū ferrata calce fatigat. Notum est proverbiū Terentianū: Namque insita est, aduersus stimulū calces. Ductum ex illa Grēca μεγιπτικόν νέρτες λαντίζει: id est, cōtra stimulū calcitrare: cuius meminit Aeschylus. & ab Euripe dictum est μεγάλη νέρτες λαντίζει δινος ἀνδρος, id est mortalis existēs contra stimulū Deo recalcitrat. Viantū. ] Sidonius, Apuleius, recentiorēsq; scriptores, viātes frequēter usurpat pro viatoribus. In Floridis: ut fermē religiosis viantium mos est. Viare verbum est, quo Ambrosius vtitur. Vectorem. ] me asinum scilicet, à quo vehatur. Nisi. } Lege, nixu, hoc est conatu & viribus. Destinatus. ] deligatus. destinare enim pro deligate, Apuleio peculiare verbum est. Quadrupedi cursu. } quadrante.

Nec tamen astutulē annis miluinos oculos effugere potui. Nam ubi me conspexit absolutum, capta super sexum & etatem audacia, lorum prehendit, ac me deducere acreuocare cōtendit. Nec tamen ego, memor exitiabilis propositi latronum, pietate villa commoueor: sed incusis in eam posteriorum pedum calcibus, protinus applando terræ. At illa quamvis humi prostrata, tamen tenaciter loro inhærebat, ut me procurrente aliquantisper, tractu sui sequeretur. Et occipit statim clamoris ululatibus auxilium validioris manus implorare. Sed frustra fletibus cassum tumultum commonebat: quippe cum nullus adforet, qui suppetias ei ferre posset, nisi sola illa virgo\* captiuā. quæ vocis exitu procurrens, videt hercules memorandi spectaculi scenam, non tauro, sed asino de-

Miluinos oculos. ] Acutissima & perspicacissima acie oculos signare volens, miluinos dixit, tanquā miluus clarissime cernat. Notatum quidem est à scriptoribus idoneis, miluum rapacissimam esse & famelicam semper alitem, quæ videatur artem gubernandi nauigia docuisse caudæ flexibus. Traduntur milui solsticijs affici podagra. Aquilæ, ut inquit Plinius noster, clarius quam nos cernunt: vultures sagaciūs odo-

rantur: liquidius audiunt talpæ. Miluinos oculos scriptor nullus, quod quidem sciam, celebrat, velut acumine oculorum præpolentes: sicut Lynceus inter homines, aquilæ inter aues, lynxes inter quadrupedes clarissime omnium cernere traduntur. Credibile est tamen miluo oculos clariores in esse, cum ex alto speculatus deuolet ad prædam, cum pullis gallinaceis ex celo insidietur, & circa macella (vt docet Albertus Magnus) carnem sectetur, & cadavera. Apud Ouidium & Higinum fabula est de miluo iater sidera collocato. Plaut. festiuiter, nec minus scitè dixit, coquos esse miluinis & aquilinis vngulis: significare volens, furtivas esse & rapaces coquorum manus. *Super sexum.* Facta est anus ultra sexum muliebrem audacula & ferocula, cum foeminæ naturaliter timidæ esse soleant. Aristot. lib 9. de animalibus: Foeminæ omnes, inquit, minus quam mares sunt animosæ, excepta panthera & vrsæ: foeminæ enim his generibus videntur esse animosiores, cum cæteris sint pocul dubio molliores. Verum malitiosiores, astutiores, insidiosiores foeminæ sunt, atque in enutienda prole sollicitiores: mares contrà animosiores, ferociores, simpliciores, minusque insidiosi. hactenus Aristot. Plin. noster, illa sua breuitate inimitabili: Mares, inquit, in omni genere fortiores, præterquam in pantheris & vrsis. Xenophon quoque in lib. qui *Economicus* inscribitur, & L. Columella, prodiderunt, sexum muliebrem iccirco tumidiorem à natura formatum esse, quam virilem, quoniam custodia & diligentia domestica mulieribus assignantur: metus autem plurimum confert ad diligentiam custodiendi. In 26. parte sagittarij mulieres habentes horoscopum, erunt viragines: hoc est, virile implentes officium, & virilitate masculina animosæ. *Exitialis*

comparata est Nec magno conatu res  
indiget. Vides istas ruinas proximas,  
& præcitas in his præminentibus silices,  
quæ te penetrantes, quæ decideris,  
membratim dissipabunt. Nam & illa  
ipsa præclara magia tua, non vultum  
laboresque tibi tantum asini, verum  
corium non asini crassum, sed hirun-  
dinis tenue membranulum circunde-  
dit. Quin igitur masculum tandem su-  
mis animum, tueque saluti, dum licet,  
consulis? Habet summam opportunita-  
tem fugæ, dum latrones absunt. An cu-  
stodiam anus semimortua formidabis?  
quam licet claudipedis tui calce unica  
finire poteris. Sed quò gentium capesse-  
tur fuga? vel hospitium quis dabit?  
Hic quidem inepta, & prorsus asinina  
cogitatio: quis enim viantium, vectorem  
suum non libenter auferat secū.\* Et a-  
lacri statim misu locorum, quo fueram  
destinatus, abrumpo, mèque quadrupe-  
di cursu proripio.

dicamenta. Dudum. ] paulò antè. Comminata mortis. ] quam mihi  
comminati fuerant latrones mei. Scrupulus. ] solicitu-  
do & angor. à scrupulo lapillo dictus, qui calcatus molestiam  
affert, & (ut inquit Donatus) nimis molestæ sunt pedibus scrupu-  
losæ viæ. Quod istas luci. ] Leggo, Quid istas Luci? Sermocinatio est,  
quam secum habet Lucius Apuleius. Luci. } Casus est salutato-  
rius, quem vocatiuum vocant. Apuleium autem prænomine Lu-  
ciūm dici quis nescit? apud Lucian. ἀθλεῖ τὴν πολέμην εὐταῦρον: γύ-  
ναις οὐδὲ γυναικῶν τέλεα διπλωσούσαν: id est, Infelix, quid hic etiam ma-  
nes? vulturibus & vulturum pullis eris sagina cœnatica. Silices. ]  
Fœminino genere dixit, sicut Virg. qui ait in Bucolico ludicro:  
Ah filice in nuda connixa reliquit, & in sexto Æneidos: Quos  
super atra silex iam iam lapsura cadendi Imminet assimilis, nā  
vt docet Quintil. auctoritas suorum virorum pro ratione

mor excutit inher-  
ita m. Aenus ergo Apuleius ex  
tardo factus est  
ob mortis metū  
volaticus, contra  
naturam asino-  
rum, quibus tar-  
ditas peculiatis  
est. Hinc optimo  
epitheto dixit poë-  
ta, Sæpe oleo tar-  
di costas agitator  
aselli. Lucianus,  
οὐ δὲ τῆς Σεβάτου με  
ρόβος αὐτόπτην τῆς  
οὐδίωντος ἔργων: id  
est, timor mortis  
detraxit mihi sen-  
sum doloris. A-  
moliti. } remouen-  
tes, exonerantés-  
que. Amoliri e-  
nim est tollere,  
abigere, remoue-  
re. inde amuleta  
dicta, remedia  
contra mala me-

est. Silex autem lapis est vulgaris, duritia indomita, quo via sternuntur. Vnde apud nos visitatum verbum silicare, quod est silicibus sternere. Liu. in 10. Via à Martis silice ad Bouillas prostrata est. vbi annotandum, Liuio dictum esse à Martis absolute, pro eo quod est, à Martis æde sive templo, quæ dicendi figura priscis visitatissima est: vt, ad Vestæ, vt ad Veneris, ad Apollinis dixerunt, Horat. Terent. Cicero, subintelligi volentes ædem. Scribit Plin. Pyrodem primum inuenisse ignem excutere è silice, quem asseruare in fetula docuerit Prometheus: auctor est Victruius, calcem coquendam esse de silice, tanquam ea melior sit structura. Idem lapidicinas silicis asserit duras esse: nigri scilicet auctore Plin. optimi sunt quibusdam in locis, & rubentes. *Præclaræ.* } Ironicos pronunciandum. *Magia tua.* } Fotidem significat, à qua Apuleius en asinus deformatus est: nunc conqueritur, sibi quidem in ea transformatione effigiem asini & labores asininos fuisse induros: pro corio autem asini, quod crassum est & impenetrabile, cutem tenuissimam, qualis hirundiniana est, fuisse circundata. Attende membranulum dici neutro genere, cum in vsu quotidiano sit vt membrana, & per diminutionem membrana foeminino genere dicatur: pauca enim inueniuntur diminutiua, vt auctor est Priscianus, quæ non seruent genera primitiorum: vt hæc rana, hic ranunculus: hoc pistrinum, hæc pistilla: hic qualus, hoc quasillum, quod vasis genus est. Sunt qui subtilitatem animi constare putent cute, experimentisque corporum: & ea maximè bruta esse animalia, quibus crassior est pellis. Vnde asinus brutalis in primis tarditate praeditus videtur, cuius corium iam esse crassissimum, quod obstat spiritus innati tenuitati. *Masculum animum.* ] virilem, imperterritum, & (vt veteres dicunt) extrilidum. *Quin sumis.* ] Exhortantis particula est, cuius varietates in conuertenda oratione multiplices curiosus lector agnoscet, & docet Gellius in 16. *Opportunitatem fugie.* } Pittacus Mitylenæus, unus ex septem sapientibus, dixit hanc sententiam, γνῶθι σεαυτόν, quod Latinè significat, Nosce tempus, sive tempestuitatem, sive opportunitatem in rebus obeundis. Nam, vt inquit scitè Ausonius, cui non fuerit spectata opportunitas, is offensam sape incidit. Plaut. in Pseudolo: Ipsa mihi opportunitas non potuit opportuniùs aduenire. Item: Omnes opportunitatis articulos noui. Terent. quoque rerum omnium esse primum tempus autumat: & à Plin nostro dictum est, Tantum tempestuitas etiam in rapida celeritate pollet. Super qua rescripsi non indiligenter in Heptalogo. *Calce unica.* } unicò calcis ictu. Modò enim non partem plantæ, sed percussionem pedum plaustris, rivois, rupibus, &c. adiungit, ut adhuc

gāmque

parum ouantem, sinu serico progestans  
nucleos, edulia mitiora, te meum sospitato-  
rem quotidie saginabo.

ret. Opem quoque  
Deam venerati-  
sunt, quod ipsius  
ope, id est auxilio

vita constet, humanæque vitæ alimenta querantur: vel quod Ops est terra, & hinc omne opus. cui feriae dedicatae dicuntur, Opalia, qui dies erat post Saturnalia. auctor August. Lucianus sic: *ἡ παρθένος τοῖς μὲν Δεοῖς ἡγέτη σαστραὶ αὐτῶν τὰς οὐραῖς: id est, Virgo quidem Deos rogabat, ut ipsam in fuga incolumem serua-  
rent. Cælum petens.*] Aristoteles in 2. de Cœlo & mundo refert, antiquos cœlum Diis assignasse. Noster quoque Apuleius in Cosmographia testatur, Deum habere in arduis arcib. solium consecratum, ideoque mortales cœlum suspicere solent in pre-  
cationibus, tanquam in domicilium Deorum ac sedem. Plin.  
Sic hominum terra, ut cœlum Dei. Litatum est.] Debet, inquit,  
mala fortuna satis supérque placata esse cruciatibus & ærumnis,  
quas haec tenus perpessa sū: litare enim significat, sacrificio facto  
placare numen, quod aliubi copiosissime explicatum leges. Ma-  
la autem saeuentisque fortunæ placatur numen calamitatibus,  
cruciatibus & ærumnis: talibus enim piaminibus gaudet fortuna  
durior, sicut Mars cognominatur à Græcis *Ἄρης καὶ πάτημα*, quasi san-  
guine gaudens. Malæ autem fortunæ ara in Exquiliis consecra-  
ta fuit: cuius Plin. & M. Tul. meminerunt. Tāque præsidium.] Ver-  
ba hæc per apostrophā fiunt à viagine ad asinum, quæ libertatis  
salutisque suæ præsidium vocat, cum illius ope & dorso effugii  
inuenerit. Apud Lucianum sic inquit: *λιβύην, θηρίον, κομιστὴν τοῦ λαρυγγοῦ, ὁ κατὰ τὸν σκόπελον δέρπει τὸν πόνον τοῦ πόνου αὐτοῦ, κατέδειν δὲ μέσην πορείας τοῦ πόνου τοῦ πόνου τοῦ πόνου.* Si me, inquit,  
ad patrem pervexeris, ô formose, te liberum esse finam, tibiique  
quotidie pro prandio dabitur medimus hordei. Est autem me-  
dimus Græcis mensuræ nomine, quem nostri modium interpretan-  
tur, de quo Priscianus & Ausonius. Proco.] Qui me expedit  
vixorem. Græci *μηνινέας* procos vocant. Quos honores.] Exornatio  
rhetorica est, Græci isocolon vocant: à nostris dicitur compar:  
hisce autem exornationibus oppidò quam frequens est Lucius  
noster. Iubam.] scilicet asininam. Pectina.] apud Plinium pecti-  
nare segetem, est cratibus dentatis quasi pectinibus herbas pe-  
tiinde ac capillos pectere. Errant grammatici, qui autumant pe-  
ctinare verbum Latinum non esse: quibus Plin. Apul. cæteri refra-  
gantur, quorum auctoritas apud me plures est quam illorum re-  
gulae & decreta. Eleganter pectita tellus dicitur Columellæ, pro  
pectinata, quam intelligi vult discriminatam, repurgatam, &

deterso squalore nitescentem. **Discriminabo.**] Discriminare est diuidere, & (ut inquit Donatus Virgilianus interpres in II. Aeneidos Comentario) discriminare est propriè speciem à specie separare: ut exponas Discriminabo comam, discerniculo distinguam, & diuisione componam. Est autem discerniculum acus, quia capilli mulierum ante frontem dividuntur, à discernendo dictum: de quo M. Varto sic: Discerniculum est, quo discernitur capillus, pecten, quod per eum explicatur capillus. A discernendo quoque discrimen capitum deducitur, quod significat diuisionem capillorum muliebrium, atque dissep rationem. de quo Ouid. **Compositum** discrimen erit, discrimina lauda. Ab hoc verbo discriminatio, fit aduerbiū discriminatim, quod significat separatiū & diuisiō: sicut econtrariō indiscriminatim usurpat eruditio, pro eo quod est promiscuē & indifferenter. **Incuria.**] negligētia. Horat. Offendar maculis, quas aut incuria fudit. Apud antiquos, si quis eques Romanus equum habere gracilem aut parū nitidum visus erat, opera censoria impolitrix notabatur. Id verbum significat, quasi dicas incuria. Catonis Tusculani scitum illud celebratur: Magna, inquit, cultus cura est, magna virtutis incuria. Caudæ, præter hominem ac simias, sunt omnibus ferè animalibus, & oua gignentibus, setosæ, ut equis, bovī caudis longissimus caulis; atque in ima parte hirtus. Idem asinis longior quam equis, sed setosus veterinis. Veterina autem dicuntur animalia, quæ vehunt, ut supradictum explicauimus. **Compta.**] culta exornataque. Purior lectio est Cuncta, ut dicat se omni diligentia perpolitutam setas asininæ caudæ globosas, & proorsus inenodabiles diutina incuria negligentiāque discriminandi atque expediendi. **Bullis aureis.**] Hoc in loco bullæ significantur ornamenta illa orbiculata, extuberantiaque, quibus tanquam oculis ephippia equorum & pectoralia & habena exornari solent. Alias bullæ tumor est momentarius in aqua, repente deficiens. Inde proverbiū illud Varonianum, Homo bullæ est. Bullare verbum est, quod significat bullas facere, ut apud Celsum: Si vrina bullat. Alias bullæ pro gestamine & ornatu ingenuorum puerorum accipitur: super qua re in commentariis Suetonij copiosissime annotauimus. **Inoculatum.**] Decenter dixit, quasi oculis latminosum: alludent videlicet ad bullarum effigiem, quæ veluti oculos representant. Inoculare, apud scriptores agricolationis est, inserere arbores, ea infistione quæ inoculatio nominatur: quam teste Plinio docuit ipsa natura, vel (ut alij) vsus. Est autem, gemma sive oculo exciso ex alia arbore, & in aliam arborē inclusa. Virg. inoculationem signat, scribēs in Geor-

bilis propositi.] quo scilicet proposuerant, decreuerantque me sa-  
uissimo mortis genere multatae: cuius ego memor, nulla in for-  
minam pietate commoueor. *Calcibus.*] percusionibus, expone  
ut supra. Illud adde, quod calcem antiqui dicebant, quam nunc  
metam vocamus: & pro fine usurpant. M. Tullius: Quando su-  
mus ab ipsa calce eius interpellatione reuocati. Huiusc rei me-  
minit Seneca libro Epistolarum moralium unde uigesimo. *Ap-  
plaudo terræ.*] allido ad terram, opplodere enim & complodere  
significanter & propriè dicitur plausum edere, illisis inter se ma-  
nibus, & palma cum palma collata. Cæterum cùm quid allidi-  
tur ad terram, sonitum & planctum facit: propterea applodere  
eleganter dicitur, ad terram cum sonitu dare. Græci πονπύζειν di-  
cunt, quod & sibilare significat. Plin. scribit, pictum fuisse poppy-  
zonta: intelligi volens, vel manibus plaudentem, vel sibilantem.  
Seneca in secundo Quæstionum: Manus intet se clausæ plau-  
sum edunt, auersæ inter se manus collisæ non plaudunt, sed pal-  
ma cum palma collata plausum facit. Græci iradunt, more in  
fuisse apud priscos ἀστεράς πονπύζειν, hoc est, fulgetris applodere  
sive insibile. Hinc illud Pli.ianū: Fulgetras poppysmis ador-  
are consensus gentium est: vbi poppysmi pro compllosionibus  
accipiuntur, quamvis non parvum multi codices Pliniani sint, in  
quibus ita legitur, Fulgetras adorare consensus gentium est:  
omissa dictione illa poppysmis. & nunc quoque plerique omnes  
fulgetras signo crucis vel adorant, vel defendunt. In orationibus  
pedibus supplosio loco & tempestiuè usurpata laudem affert: si  
verò crebra est, inepti hominis esse dicitur. auctores Quintilia-  
nus & Cicero. *Tractu.*] tractione, dum trahitur, inhærens scilicet  
loco. *Occipit.*] incipit Lucianus tradit, vetulam cauda correpta  
asimum retélassé. *Cassum.*] inanem, irritum inefficacem: vocabulo  
ab araneorum cassibus ducto, quod sint levis ac nullius ponde-  
ris. Virg. in II. dixit cassum lumine, pro priuatum: sicut Plaut. cas-  
sam dote, in Aulularia posuit, pro carentem dote. *Suppetias.*] au-  
xilia. *Capit ia.*] Dictio est eadem formula à capta inclinata, qua  
ab empto empticius, à facto facticius significat captam, sive ca-  
ptinam: sicut empticius emptum, facticius factum. M. Varro in 3.  
de Re rustica: Hic aprum glans cùm pascit empticia, facit pin-  
guem, illic gratuita exilem. Lucian. & Græci αχυσθων dicunt  
capticiam. *Exitu.*] cùm sine clamoris anilis. Malim legere, ex iu-  
ni significet excitatione vocis, & inflammatione virginē procur-  
risse. *Hercules.*] Iurisurandi aduerbiū est. *Scenam.*] apparatus.  
In eodem significatu superius quoque accipitur scena: translatio  
à scena histrionica, cuius apparatu spectacula exhibentur. Non

**Tauro.**] Allusit ad fabulam Europæ, quæ tauro aucta est: quæ fabula in scenicis spectaculis Romæ edita est. *Placitis gannibus.*] Voces, inquit, & susurros adhibebat virgo illa capticia: quibus, ut potè placentibus, reuocatus sum ab impetu fugæ, præbuique facile dorsum ascensuræ puellæ. *Gnauster.*] strenuè ac perniciter. *Equestri celeritate.*] *Lucian.* καὶ γὰρ τῷ τε ἡρῷ τῷ θεῷ οὐ γάρ, εἰ τῷ τῷ καὶ τῷ εὐγένῳ ἐπιτίθεται: id est, Ego fugæ amore & puellæ studio fugiebam cursu equino & celeritate. *Sapicule.*] sæpe. *Suasus.*] suasione & incitamento. *Solum replaudens.*] terram vngula quadrupedante repercutiens: id quod fieri solet ab equo, iumento, asino, perniciter cursitantibus. *Adhinnire.*] quodam quasi hinnitu responsare, recanere. Maluit autem adhinnire dicere, quam rudere: cum hinnite equorum sit, rudere asinorum: tanquam equinam naturam imitaretur, sítque honestius verbum. *Geta Imperatori Romano familiare* fuit hasce quæstiones grammaticis propone, ut dicerent, singula animalia quo modo vocem emitterent: ut exempli causa, Agni balant, porcelli grunniunt, elephanti barriunt, ranæ coaxant, equi hinniunt.

*Spirans altius.*]

Quidā legunt, *suspensus*, ut sit imitatio Virgiliana ex illo versu: *Suspensus, imoque trahens à pectore vocem.* Vtraq; lectio erudita, vtraque poëtica est: spirare altum is dicitur, qui cum fiducia ferociaque elatione est: suspirare altum, est, suspitia ab imis præcordiis trahere. *Opem facite.*] succurrите atque opitulamini. Veteres Iouem cognomēto Opitulum constiere, quod opem indigentibus fer-

Tunc illa, \* *spirans altius, cælumque sollicito nutu petens.* *Vos,* inquit, super tardem meis supremis periculis operem facite: & tu Fortuna durior iam saire desine: sat tibi misericordis cruciatibus meis litatum est. Tique praedium meæ libertatis, meæque salutis, si me domum peruerteris in columem, parentibusque & formoso proco reddideris, quas tibi gratias perhibeo, quos honores habebo, quos cibos exhibebo: iam primum iubam istam tuam probè pectinatam meis virginalibus monilibus adornabo: frontem vero crissatam, prius decoriter discriminabo: caudeque setas incuria congestas & horridas, compta diligentia perpolibo: bullisque te multis aureis inoculatum, veluti stellus sidereis reluentem, & gaudijs popularium pom parum

rit, inter diem & noctem quodammodo iudicat. Tropicū dicitur, quod in eo Sol vernum tempus faciat: ver enim initiatur Sol in arietem ingresso. auctor Firmicus Maternus in primo Matheseōn. Prodiderunt auream habuisse pellem arietem Phryxi, propter caritatem, ad quam in Colchida prof. Eti regio generare dicuntur Argonautæ. Eusebius chronographus affirmat, idèo ariete singi vectum Phryxum, quia nauis fugit nouerales insidias, cuius insigne erat aries. *Et Arionem.*] De Arione citharœdo famigerato, qui delphino vectus est, scribunt Plinius, Solinus, cæteri: copiosissimè omnium Gellius & Herodotus. de quo cecinit Ouidius in secundo Fastorum: Quod mare non nudit, quæ nescit Ariona tellus? Strabo vulgatae historiæ derogans fidem à prædonibus in mari obrutum Arionem fuisse asseueranter affirmat. Sed fabulæ argumentum vel potentissimum est, quod simalachra duo ænea ad Tænarum Laconiæ promontorium visabantur: delphinus vehens, & homo insidens. Prætereà affatim exemplorum est, quibus proditur, pueros à delphinis amasis per maria vectos esse: quæ fidem faciunt, vt inquit Plinius, vt credatur, Arionem quoque fidicinem interficere nautis in mari parantibus, ad intercipiendos eius quæstus, eblan ditum vt priùs caneret cithara, congregatis cantu delphinis, cùm se iecisset in mare, exceptum ab uno, Tenarum in litus prouectum: pro quo facto inter sidera delphin est collocatus. Scio alias quoque causas tradi, cur delphin inter sidera figuratus sit. Sub quo sidere nati, erunt petaminarij & petauristarij, vt docet Firmicus Maternus nouissimo Matheseos volumine, sunt autem petaminarii, qui agilitate corporis quasi volare videntur: vnde & nomen. Græcè enim πεταύγιο significat volo, volas. Significatio petaminarioi haud multum dissidet à petauristariis, quos & petauristas appellant. De petauro quis ignorat, illa quæ traduntur à commentatoribus Iuvenalis & Martialis? nihil notius. Arion quoque nomen est equi memoratissimi præconio poëtarum, cuius dominus fuit Adrastus: qui ex Neptuno & Cerere natus dicitur, humano dextri pedis vestigio. { Europam tanto supercubasse. } Notissima Europæ Agenoris filiae fabula est, quam Jupiter in taumum deformatus, ex Phœnice exportauit in Cretam, à cuius nomine tertia pars terrarum Europa nominatur. Hinc illud Horatianum: Tua sectus orbis Nomina ducet. Pythagoras ex ære Tarenti fecit egregiam Europæ imaginem, tau ro insidentis. Historici tradunt, Europam à Cretenibus raptam esse nauis, cuius fuerit insigne taurus: ideoque singi, à taurō auctam. Notabile illud, & ad fœmineum sexum commendan-

dum maximè pertinens , orbem terrarum à nominibus fœminarum nuncupari. Namque Asia dicta est à nymphâ , ex qua & Iapeto oritur Prometheus: Europa, vt diximus, ab Europa Agenoris filia, Libya, quæ est Africa, à Libya Epaphi filia. Quod si talia scirent mulieres nostri temporis , quām insolenter gloria-rentur, quām sese iactanticulæ extollerent, quām sibiipfis placent, & quotidiano iurgio viris opprobrarent, quod muliebre genus foret longè quām virile præstantius, quod fœminæ nomen orbi terrarum indidissent? proinde viros moneo, vt hæc veluti mysteria habeant in sanctuaris, nec prodant in cœtu fœminarum, ne illæ ex insolentibus fiant insolentiores. *Muginit in bo-nem.*] Quando scilicet factus taurus. Europam vexit: ob id dicitur taurus inter astra esse constitutus. in cuius prima parte quicunque habuerit horoscopum, erit vates entheus, id est diuinus, & nomine afflatus : quæ dictio frequens est apud scriptores. Dixit Cic. enthusiasmos abest, pro afflatu poëtici furoris.

*Hic.*] id est, hæc. Identidem.] frequenter. *Suspi-ratus.* } suspiria, nomen est quarti ordinis. sic Ouid. in 14. Ref-picit hunc vates, & suspiratibus haustis. *Adtri-uum.*] Lucianus, briuum. Græcè enim ait οὐτανός. Apud Græcos est prouer-bium huic loco congruens, & reiō-dūcēti, id est, in triuio sum. Dicitur autem de his qui incerti sunt & nutabundi in ne-gotiis obeundis, propterea quod ē & reiōdū in triuio pefitus, nescit

Dum hic identidem puella replicat, votisque crebros intermiscespiratus, ad quoddam peruenimus triuium, unde me arrepto capistro dirigere dextro-sum magnopere gestiebat; quod ad pa-rentes eius ea scilicet iretur via. Sed ego gnarus , latrones illæ ad reliquas commeasse prædas , renitebar fortiter, atque sic in animo meo tacitus exposu-labam: Quid faris infelix puella? quid agis? cur festinas ad Orcum? quid meis pedibus facere contendis? non enim te tantum , verùm etiam me perditum i-bis. Sic nos diversa tendentes, & in cau-sa finali, de proprietate soli, immo via her-ciscundæ contendentes, rapinis suis onu-sti coram deprehendunt ipsis latrones: ad lunæ splendorem iam inde longius cognitos, risu magno salutant. Et unus ē numero sic appellat: Quorsum istam fe-stinanti vestigio lucubratis viam, nec noctis

in Georgicis: Nec modus inscrere, atque oculos imponere simplex. Emplastratio eadem fermè est, quæ & inoculatio: ideoque dixit Plin. emplasti ratio ex inoculatione & ipsa nata videri potest. Palladius: Persicus, inquit, inoculari potest: quod & emplastra ri dicitur. inoculatio omnium insitionum fœcundissima est. Progestans nucleus. ] Pollicetur puella, se sinu vestis, & quidem sericea, nucleus scirioris saporis gestaturā: quibus asinum opimet, saginētque: quem eleganti vocabulo sospitatorem appellat, propterea quod eam sospitauerit, saluāmque eduxerit ex manibus latrocinalibus. sospitare enim saluare est, & conseruare. Ennius: Regnum nostrum sospitent, superstinentque. Hinc Iuno sospita dicta, cuius M. Tul. Ouid. Liuius, cæteri meminerunt. Deus quoque ille genitor omnium & architectus bono epitheto dictus est sospitator, cuius nutu cuncta regūtur & cōseruātur. Nucleos autem hoc in loco non tam pineos & ex nucibus intelligo, quam ex opere pistorio concinnatos à dulciario. Nuclei nucis pineæ simili sedant, & acrimoniam stomachi, renibus & vesicæ viles. Græci σπαρτιόνος vocant. Iuris consultus tit. de verborum significatiōne inquit, integros strobylos de pinu ligni appellatione contineri. Saginabo. ] Saginarium dici voluerunt veteres, locum in quo sagina, id est pinguitudine gliscerent animalia, & optimarentur. M. Varro in tertio de Re rustica: ad saginandum, inquit, eligūt pullos circiter sexquimēses qui sūt nati, eos includūt in saginario. Nucleos autem mellitos & esculētos pollicetur asino, perinde ac humanum gustatum habenti: cūm alioqui cibaria homini non faciant ad palatum asini, cui (ut inquit Heraclitus, & repetit Aristot. in 10. Ethicorum) iucundius est fœnum auro.

Sed nec inter cibos delicatos, & otium profundum, vitaque totius beatitudinem deerit tibi dignitas gloria. Nam memoriam presentis fortunæ mee, dini- neque prouidentia, perpetua testatione signabo: & depictam in tabula fuge presentis imaginem, meæ domus atrio dedi cab. Visetur, & in fabulis audietur, doctorumque stilis rudis perpetuabitur historia, Asino vectore virgo regia fitiens captiuitatem. Accedes antiquis & ipse miraculis. Credemus etiam

Oium profundum. ] tanquam ibimentis otium sit finis beatitatis, in quo multi summi boni in posuere, & in otium tanquam portum profugerū: quod, ut inquit Horatius, neque gemmis, neque purpura, neque auro venale est. Non deerit dignitas.]

Promittit asino, id quod sapientes viri in primis exceptendum esse cōsent, otiosam scilicet dignitatem. M. Tull. in oratione pro Sestio: Id quod est præstans-

exemplum \*tuo veritatis, & Phryxum arieti supernataesse, & Arionem delphino gubernasse, & Europam tauro supercubasse. Quod si verè Iupiter migravit in bouem, potest in asino meo latèrè aliquid, vel vultus hominis, vel facies Deorum.

tissimum, maximèque opibile sanis & bonis & beatis, cum dignitate otium. Perpetua testatione.] Constituam, inquit, monumentum, quod perpetuò testetur, propagètque posteritati hanc meam fortunam & fugam. Atrio dedicabo.] Ex ritu institutóque antiquorum, in atrio dedicaturam se dicit tabulam, cuius pictura exprimat asinum virginis hospitatem. Namque apud maiores in atriis cereæ imagines singulis disponebantur armariis. Obiter spectandus est Ouidij versus penitulatè, qui libro Amorum primo sic legi solet: Tene decipient veteris quinquatria ceræ. Quid sint quinquatria, trivialibus quoque Grammatistis notissimum est. Sed quām bene hoc in loco conueniat dictio hæc, non dispicio: extortus nimirum est intellectus ille, qui fertur, nec elegantiæ poëticæ satis quadrans. Quocircà sensu curiosè perpenso, ita legendum opinor, Nec te decipient veteris plena atria ceræ: hoc intellectu puro sanè & lucido. inquit lena ad puellam, ne decipiat te amator, pro nummis afferens nobilitatem & stemmata familiæ, ostentansque atria plena auorum imaginibus. & ita docet, in amatore spectandum esse marsupium, non stemmata. De atrio pleno fumosis imaginibus, in hunc sensum M. Tull. & Seneca commeninerunt: Repositorium quoque ibidem erat tabularum pictarum, quod Pinacothecen ex re dixerunt, de qua mentio apud Plinim & Varronem. Docet Victruvius, qua magnitudine constituēdæ sint Pinacothecæ. Asino vectore virgo.] Erit, inquit, res nouis annalibus memoranda, & stilo historico celebranda, quod virgo euaserit captiuitatem, asino vectore liberata. Phryxum arieti. } Mythici tradunt, & memorat Higinus, Phryxum, & Hellen eius sororem, arieti impositos, iras nouercales & paternum furem per vindas profugisse: Hellen in pontum decidisse, à cuius nomine dictus sit Helleponus: Phryxum Colchos peruenisse incolumem, & arietem Ioui immolasse, pellem in templo fixisse, & arietis ipsius effigie ab Ioue inter sidera constitutam. Est autē aries cœlo signum æquinoctiale regale, à Græcis οὐρανοῖς dictū: quod, cùm in eo signo sol fuc-

cuttere tenebris. De Laruis in superioribus copiosè dictum est, unde laruti pro lymphatis & furentibus dicti. Lucianus: *εἰ τὰ διαφύνεται διδούνται*: id est, non tu quidem dæmones extimescis? Interuisere.] ex interallo reuistare, aliás totum visere. Compendiosum.] breue & compendiarium: aliás lucrosum significat. Ad tuos iter.] Lucianus, *εἰ μὲν οὐ τοῦς οἰκεῖους οὐδὲν οὐδὲν*, id est, te tuis restituemus. In libis temperat. } Si quem pœnitentia iactus illati, & statim expuat medium in manum, quæ percussit, leuatur illi-cò percussus à pœna. Hoc sàpe delumbata quadrupede approbatum est, statim post tale remedium correcto animalis ingressu. Quidam è contrario aggrauant iactus ante conatum, simile modo saliuia in manu ingesta. In gratia. } non sponte, non libenter: aduerbiū est. Plautus: At pol profectò ingratis. item, Hoc noctis à portu ingratis excitauit. Occipio. } Iincipio. Claudicare.] Lucianus dixit *ἐχθρὸν*, id est, claudicabam. Pegasi celeritatem.] Aratus, Ouid. cæteri, Pegasum Neptuni & Medusæ Gorgonis filium esse dixerunt, qui in Helicone saxum vngula feriens, produxit fontem, qui ex eius nomine Hippocrene est dictus. Bellerophon res ex hoc equo decidens, crux infregisse dicitur: equus autem subuolasse, qui inter sidera ab Ioue constitutas existimatatur. De Pegasi celeritate volatica Catullus: Non si Pegaseo ferar volatu. Plinius in octauo, Pegasos pennatos equos & cornibus armatos prodidit in Æthiopia generari. Eusebius, ex auctoritate Palæophati, Pegasum scribit fuisse nauem Bellerophontis. Idem Plinius in 10. inter aues fabulosas numerat Pegasos, equino capite insignes. Lucianus in hanc sententiam, *ὑπέβαντα πτυούσκυρρης καὶ μετεντείνειν*. Sanus, inquit, equo ocyor & volaticus exitisti.

Dum sic mecum fustem quatiens benignus iocatur comes, iam domus eorum extremam loricam peruereramus. Et ecce, de quodam raro proceræ cupressus induita laqueum anus illa pendebat. Quam quidē detractam protinus, cum suo sibi funiculo deninctam, dedere præcipite: puellâq; statim disteta vinculis, cœnam, quam postrema diligenter preparauerat infælix auicela, ferinis inuadunt animis. Ac dum auida

Vocatur. } Corrigere, iocatur. nam per ironiam dicit, comitem illum talia secum iocatum esse. Lucianus ait, se adeò post hæc verba fustuario supplicio affectum esse, ut ulcerosus fieret. Domus loria. ] Obsessores virium, ultra ia-

Etum teli fossam faciunt: eamque vallo, sudibus, turriculis instruunt, ut erumpentibus è ciuitate possint obsistere: quod opus loriculam vocant, auctor Vege-tius in 4. Sæpe inuenitur in historiis, loricula vr-

bem esse circum-datam. Hircius in 8. commentario belli Gallici sic scribit: Hæc imperat vallo duodecim pedum muniri, loricamque pro hac ratione eius rationis inædificari. item: Pontium frontes viminea loricula munitetur. Hic loricula domus significatur, non tam fossa inædificata ad domum latrocinalem munientam, quam sepimentum atque maceria, qua septa domus erat in tuto. M. Varro in primo de Re rustica, inter sepimenta quæ tutandi fundi & villæ causa sunt, numerat maceriam, cuius species ferè quatuor sunt: nam fit aut ex lapide, aut è lateribus crudis, aut ex terra & lapillis compositis, quod maceriae genus informe est. In Deuteronomio sic scriptum legimus. Cum facies domum nouam, facies murum recti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps ruente. Hieronymus scribens contra Pelagianos recitat hæc verba. Sed pro illo, Facies murum tecti, elegantiū & speciosius reposuit, Facies loriculam recto. Vnde fit ut loriculam intelligamus esse murum tecti, quæ fit in circuitu domus, ne quispiam & maximè pueri, labantur in præceps. Periboli in eodem ferè significatu mentio est in Ezechiele. nam Græci σειβόλον vocant septum, circuitumque. & ita Hieronymus peribolum capit pro loricula siue circuitu, & corona quasi quadam, quæ fit in domo, ne facilis in præceps lapsus sit. Iosephus in sexto Belli Iudaici scribit, quod templum Solomonis aīamque cingebat ex pulcherrimo saxo loricula gratissima usque ad cubitum surgens, quæ populum à sacerdotibus segregabat, & gonorrhœos atcebatur. Sunt autem gonorrhœi, ut vocabulum signat, semine fluentes: γόνη enim genitura dicitur, & γόνος apud Plinium gonorrhœi signantur per illos, quibus (ut ipse ait) genitura fluit. Malè literati non gonorrhœos legunt, sed Gonorrhœos, corrupta dictione & significatu. Anus pendebat.] Lukanus:

ferocitate cuncta contruncant, iam incipiunt de nostra poena, suaque vindicta secum considerare: & utpote in caetu turbulentio, variæ fuere sententie: ut pri-mus viuam cremari censeret puel-lam, secundus bestias obyoi suaderet, tertius patibulo suffigi iuberet, quartus tormentis excarnificari præcipere. Certè calcuло cunctorum utcunq; mors ei fuerat destinata.

*noctis intempeſta Manes Laruásque  
formidatis? An tu probíſſima puella pa-  
rentes tuos interuisere properas. Sed  
nos & ſolitudini tue præſidium præbe-  
bimus, & compendioſum ad tuos iter  
moſtrabimus. Et verbum manu ſecu-  
tus, \* prehenſo loro, retrorſum me cir-  
cumtorquet: nec baculi nodeſi, quem  
gerebat, ſuetis iictibus temperat. Tunc  
ingratis ad promptum recurrens exi-  
tiuum, reminiſcor doloris vngule, & oc-  
cipio nutanti capite claudicare. Sed ec-  
ce (inquit ille qui me retraxerat) rur-  
ſum titubas & vacillas? & putres iſi  
tui pedes fugere poſſunt, ambulare ne-  
ſciunt? At paulo antè piamatam Pegasi  
vinceras celeritatem.*

*pedibus.] vt ſcilicet pedes mei te ducant perditum in manus la-  
tronum. In cauſa finali. } Verba ſcīte & conduenter uſurpat Iu-  
risconsultorum, apud quos tituli ſunt finium regundorum,  
familiae herciscundæ, & qui ſit proprietarius, & qui fructua-  
rius. Actio in agris vectigalibus & inter eos qui uſumfru-  
ſum habent, vel fructuarium, & dominum proprietatis vicini  
fundū, & inter eos qui iure pignoris poſſident, competere poſteſt.  
In finalibus quaſtionibus (vt inquit Papinianus) vetera monu-  
menta ſequenda ſunt. Familiae verò herciscundæ nomen dicitur  
hæreditatis diuidendæ, vbi familia accipit ut pro pecunia & re-  
bus hæreditariis, quod ducent iurisconsulti, titul. de verbo-  
rum ſignificatione, allegantes legem 12. Tabularum, cuius haec  
ſunt verba: agnatus proximus familiam habeo: hoc eſt, hæredi-  
tatem. In eadem ſignificantia dictum eſt illud ab A. Gel. Famili-  
am pecuniāmque ſuam prandiorum gurgitibus proluiffent. In  
eodem ſignificatu apud Terent. quoque familiam dici reperies.  
Per familiae herciscundæ actionem, vt inquit Vlpia, diuiditur hæ-  
reditas, quæ quidem actio proficiſcit ex lege 12. Tabularum.  
Namque hæredibus volentibus à concione diſcedere, neceſſariū  
videbatur aliquam actionem conſtitui, qua inter eos res hæredi-  
tis diſtribuerentur. Sicut ergo inter litigatores de proprietate*

qua via ire de-  
beat. Dextroſum. } ad dextram  
partem. Horatius:  
Ille ſinistroſum,  
hic dextroſum.  
*Gnarus. } ſcius &  
callens. Expoſula-  
bam. ] Conquere-  
bat, ſubaccuſa-  
bam. expoſtulare  
enim eſt, vt inquit  
Donatus, conque-  
ri apud illū ipsum  
qui peccauerit: po-  
ſtulare, de illo a-  
pud adulterum.  
eodemque ſigni-  
ficatu poſtulatio  
& expoſtulatio u-  
ſurpantur. *Meis**

soli litigatur, sicut quæstiones finales existunt inter cohæredes de familia herciscunda, hoc est hæreditate diuidenda, ita festiviter decentiæ translatione inquit Apuleius se contendisse cum puella de via herciscunda, cùm illa dextrorsum tenderet, hic vero sinistrorum. Tota res est ex verbis iuris civilis scienter apte que translata. Festus Pompeius erectum dici tradit, à coercendo dictum. Vnde & herciscundæ, inquit, & ercisci videor legisse apud M. Tul. ercicum tieri: quod & legi potest ercisci, ex hac Festi auctoritate. cuius verbum corigo, ut pro erectum legas ercicum. Herceus vero Iupiter, dictus ex eo quod intra conserua & penetralia domi colitur, quem & penetrale vocant. Græcè ἕρκες dicitur septum. De Ioue Herceo, Ouid. Lucanus, cæteri. Ad Lunæ splendorem.] Lucianus, γέ πόρρον δύτις μερὸς τὴν σελήνην ἡγαντοῦ δυσυχῆς αὐχεναροῦ: id est, Et procul statim ad Lunam cognoue re infelices captiuos. Appellat. Jalloquitur. Alias appellare verbum est creditoris, quo debitorem super debita pecunia compellat. Apud Columellam Alphius scenerator dixisse senerissime fertur, Optima nomina non appellando fieri mala: ubi nomina pro debitoribus accipiuntur. Lucubratis viam. } quasi nocturno tempore ad lucubrationem conficiatis. Docet Columella, quemadmodum agricola debet ad lucubrationem vespertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere, totidemque per antelucanam lucubrationem. Vocantur autem ridicæ, pedamenta, quæ opiam in vineam solent afferri ex queru & iuniperu. Aliubi corrictus mendosum Plinij locum, apud quem in 17. non ridicæ legebatur, sed radice. Noctis intempesta. } Intempestam noctem dicunt medium & tenebrosam. Helius dicebat, intempestum esse id noctis tempus, quod agedis rebus minimè idoneum est: quod alij concubium appellat, quod ferè omnes cubent: alij, ab eo quod fileretur, silentium noctis, quod Plaut. conticiniū vocat. Larvas.] Propert. libro Elegiarum quarto tradit, Manes umbrasque defunctorum nocturno tempore liberas vagari. Sic enim scribit: Nocte vagæ ferimur, nox clausas liberat umbras. Apuleius in Apologetico, oppidò quam eleganter id genus Larvas appellat noctium occurſacula, bustorum formidamina, sepulchrorum terriculamenta. Plinius nocturnos terrores dicit, memoratque remedia. Idem Fatuos vocat, qui passim fœminarum amasij creduntur, quos lingua vernacula Folletos appellant. Verba Plinij ex 26 subscripti: Hac in Piceno à fœminis abigunt, quos mira persuasione Fatuos vocant. Hieronymus Ozellum à rusticis nominari tradit, vulgus Fatuelum nuncupat. Idem Hieronymus Laruarum naturam esse dicit, terrere paruulos, & in angulis occurrere

clanus: *τόνος ἡ γαύρης οὐ γεγονέναι τὸν πάτρας αἰρεμένοντιν εἰς καλαθίων*: id est; *Vetulam ex terra suspensam funiculo inuenimus. Funiculo.*] *Lucianus* *καλαθίων* dicit. ita enim Græci funiculum vocant. Plinius eleganter pœnam laquei præpostera appellat, ex eo quod includatur spiritus, cui exitus est querendus. In quinta parte aquatij quicumque habuerit horoscopum, laqueo se suspendet. *Suspendios* circundatum temporibus, dolorem capitis sedare. Infamissimum hoc genus mortis iudicauit antiquitas: id eoque pontificalibus libris cautum est, ut qui laqueo finiuisset vitam, insepultus abiiceretur. *Distenta vinculis.*] *τόνος δὲ τοποθετούσιν εἰδούσιν*: id est, Virginem intra domum vinculis alligauerunt. *Ferocitate.*] Quid si lega, voracitate? ut significet, animis ferinis & voracitate inexplibili latrones cœnam inuasisse. Lucianus simpliciter ait, *εἴ τα διατίνουσι, καὶ πότος λόγος μητρός*, id est, Postea cœnata sunt, & potio etat liberalis. *In cœtu turbulento.*] Sicuti vulgus incertum scindi solet in variis sententias, in concione populari & turbulentia: ita & latrones, in quibus nulla ratio, nullum consilium est, variis sententiis decernunt super supplicio asini & pueræ. Loquitur attem ex forma consilii, & ritu senatus, in quo rogati sententias quisque censem, quid sibi & Reipub. videatur. *Vivam cremari.*] Inter atrocissima genera pœnarum est ignis. Capitalium pœnarum ferè isti gradus sunt, ut docent iurisconsulti Digestis de pœnis. *Summum supplicium esse videtur, ad furcam damnatio, item viui crematio, item capitis amputatio.* Ultimum supplicium (ut verbis Celsi utar) mortem solam interpretamur. Igni cremantur plerunque servi, qui saluti dominorum insidiantur: nonnunquam etiam liberti, plebeij & humiles personæ. Incendiarij capite puniuntur, plerunque viui exuruntur. Seneca inter saevitiae commenta numerat, tunicam alimentis ignium illitam & intextam, quam duo terissimi poëtæ elegansissimo vocabulo molestam appellant. ait enim Satyrographus: Ausi, quod liceat tunica punire molesta. & Epigrammatarius: Nam cum dicatur tunica præsente molesta, Vre manum: plus est dicere, non facio. Idem ad hanc tunicam velut alludens inquit: Et scombris tunicas dabunt molestas. *Bestiis obiici.*] Inter gentia pœnarum est, ad bestias damnatio: & (ut inquit Paulus iurisconsultus ad bestias damnatos, fauore populi præfides dimittere non debent, Bestiarios appellant, aduersus bestias depugnantes, qui exhibentur in spectaculis ferarum. de quibus Seneca in decimo Epistolaru: Nuper in ludo bestiarius vnu ex Germanis eum ad matutina spectacula præpararecur secessit ad exone-

randum corpus. Tertullianus refert in Apologetico, morem esse bestiariis, ut supremam coenam coenantes liberalius epulentur. Bestiarum ineminit M. Tullius epistola quadam ad Quintum fratrem. *Patibulo suffigi.* } Famosos latrones, in his locis vbi grasta ti sunt, furca figendos, quam plurimis placuit, ut despectu deterreantur alij iisdem facinoribus obnoxij, & solatio sit cognatis & affinibus interemptorum. Patibuli supplicium infame est, ut docet Lactantius in quarto: quo humiles & infames affici solent. Sa turnus in horoscopo: ut tradit Firmicus in quinto Mathefeso, interdum causa est ut patibulo suffixus in cruce tollatur. Patibulum autem dici crucem, nemo non scit: vnde Plautinum vocabulum fit patibulum. Alias pro serra ponitur, qua ostia occiduntur: ab eo quod hoc patibulo remoto, valvae pateant. Cato patibula non tam pro serra lignea, quam pro instrumento vindemiatorio accipere videtur, cum scribit: *Vindemia & oletate facta, patibula omnia in suo quaque loco reponenda.* Vbi ole ras Catoni dicitur, pro vindemia olearia. *Excarnificari.* } Tyrannica crudelitas est, tormentis & lentitudine mortis per carnificinam homines necare. Caligula non temerè in quenquam nisi crebris & minutis ictibus animaduertebat: noto sanguinario praecepto, Ita feri ut se mori sentiat. Tiberius quoque Caesar exquisitus longisque tormentis & cruciatus excarnificatos homines necabat. *Calculo.* } sententia & suffragio, quæ per lapillos significantur. Candidus calculus datur in absolutione, niger in damnatione. Ouid. morem fuisse testatur, niueis nigrisque lapillis, His damnare reos, illis absoluere culpa. Romani, auctore Dionysio, in centuriatis comitiis singulos calculos per singulas centurias ferebant, quidam fabis dabant suffragia: sicut Bononiensis senatus fabis albis suffragatur, nigris refugatur. Enigma illud Pythagoræ, quo præcipiebat à fabulo abstinendum, eruditii ad hoc transferunt, ut interpretentur significare voluisse Pythagoram, abstinendum esse à Republicæ administratione; quæ per fabas explicatur. Calculus alio significationis diuerticulo ponit dicitur pro supputatione calculatoria, & pro ratione accepti expensique subducta. Iuuenalis Ponatur calculus. Collumella: Hic calculus quem posuimus. item: Ut diligens ratiocinator calculo posito videt. Sic omnis schola eruditorum loquitur. De calculo qui in vesica nascitur, diro cruciatus torquens nulli ignotum: à quo calculosi dicti, calculo laborantes, quos Graeco vocabulo lithanicos appellant. Lithotomos dicitur medicus lapidis excendi.

Tunc

Tunc unus, \* omni sedato tumultu,  
placido sermone sic orsus est: Nec sectæ  
collegij, nec mansuetudini singulorū, ac  
ne mee quidē modestie cogruit, pativos  
ultra modū, delictiq; sanguire terminum:  
nec feras, nec cruces, nec ignes, nec tor-  
mēta ac ne mortis quidē maturatæ festi-  
nas tenebras accersere. Meis itaq; cōsi-  
līs auscultantes, vitam puellæ, sed  
quam meretur, largimini. Nec vos me-  
moria deseruit utique, quod iamdu-  
dum decreueritis de isto asino, semper  
pigro quidem, sed manducone summo,  
nunc etiam mendaci sc̄ētæ debilitatis, &  
virginalis fugæ sequestro, ministrōque.  
Hunc igitur iugulare crastino placeat,  
totisque vacuefacto præcordiis, per me-  
diam aluum nudam virginem, quam  
prætulit nobis, insuere: ut sola facie pro-  
minente, ceterum corpus puellæ nexu  
ferino coercent. Tunc super aliquod sa-  
xum scruposum, insicium & fartilem  
asinum exponere, & solis ardentis  
vaporibus tradere. Sic enim cuncta,  
quæ recte statuistis, ambo sustinebunt:  
& mortem asinus, quam pridem me-  
ruit: & illa morsus ferarum, cum  
vermibus membra laniabuntur: & i-  
gnis flagrantiam, cum sol nimis caloribus  
inflamarit vterum: & patibuli  
cruciatum, cum canes & vultures inti-  
ma protrahent viscera. Sed & ceteras  
eius ærumnas & tormenta numerate.  
Mortua bestia ipsa viuens ventrē habi-

Nec sc̄ētæ colle-  
gij. } Verba latro-  
nis, mira ironia  
pronuntiata: qui-  
bus videtur velle  
mitius decernere  
supplicium, cūm  
decernat atrocius.  
Collegium intelli-  
git latrocinale, cu-  
ius secta & decre-  
ta nil aliud sunt  
quām nefas & sæ-  
uitia, sanguinari-  
tésque sententiæ.  
Ultra delicti termi-  
num. } tanquam e-  
quis & mitis iu-  
dex censere vide-  
tur, atque ex legū  
præscripto, qui-  
bus cauetur, vt po-  
tiū poenæ mol-  
liendæ sint quām  
exasperandæ: &  
vt inquit Satyri-  
eus poëta, ne sit  
vindicta grauior  
quām iniuria. Nec  
feras.] Repetit ge-  
nera poenarum  
dudum annotata.  
Manducone. } eda-  
ce, comedone, vo-  
ratore. Manducū  
antiqui dixerunt  
obsonium, & mā-  
ducones homines  
pro edacibus, qui  
mandones quo-  
que & mandu-  
ci nominantur.  
M m ij

Pomponius: Magnus manducus Camillus. M. Varro: Magnæ mandonum galæ Mā ducatus cibus & commanducatus, non tam significatur comes, ut vulgò est usurpatum, quam man-

tabit: tum factore nimio nares astubunt: inediæ diutinae lethali fame tabescet: nec suis saltē liberis manibus mortem sibi fabricare poterit. Talibus dictis, nō pedibus, sed totis animis latrones in eius vadunt sententiam. Quam meis tam magnis auribus accipiens, quid aliud quam meum crastinum deflebam cadauer?

sus, & dentibus comminutus, masticatusque, qui deinde pro medicamento imponi solet, & pro fartura ingeri. Ita Plinius, ita M. Varro, ita omnes loquuntur, qui eruditè, purè, Latinè loquuntur. *Virginalis fugæ sequestro.* } Sequester est medius inter duos altercantes, & (ut vulgò dicitur) mediator, à sequendo dictus: quod eius qui electus sit, ut docet Aulus Gellius vtraque pars fidem sequatur. Marcus Vatro sculnam appellat. Lauinius quoque scribit, sequestrem vulgò dici sculnam, quasi seculnam, à sequendo. Quod apud sequestrem depositum erat, sequestropositum, per aduerbiū dicebatur. Pacem sequestram dixit poëta, inducas intelligi volens. Papinius in Thebaide: Vbi tunc fidei pacisque sequestra Mater eras? Sequestraria dicitur iureconsultis actio, de eo quod sequestro deponitur. Nunc asinus eleganter dicitur sequester fugæ virginalis, tanquam virgo fugiens illum sequuta sit, eiisque fidei fugam suam commiserit. Quod Apuleius dicit sequestrum & ministrum, Lucianus Græcè dixit, ἔπειρις καὶ διάκονος. *Vacuefacto.* ] exenterato, euiscerato, & (ut eruditī loquuntur) exenterato: exenterare enim est intestina educere, detraheréque, quæ ἔπειρος εὐογνοῦνται. Hinc translatione decentissima, exenterate marsupium dixit Plautus, pro vacuefacere pecunia detracta, tanquam numi intestina sint crumenæ. Lucianus, τὰ πέρι γαστρὸν πάντα ἔξω βάλλεται: id est, viscerata omnia eiiciamus. Prominentem, ] apparentem, & extra corium asinum, ne scilicet suffocetur inclusa intus meatu. Lucianus, τὴν καρδιὴν τὸν ὄντος φρεγεῖσην. *Nexus ferino.* ] vinculo corij asinilis. *Scruposum.* ] plenum scrupis. A lapillorum duricia, meretrices scrupæ dictæ Plauto, quas intelligi voluit contemptibiles. Idem more suo ludens ait, Meus scruposam vietus comediam. *Insitium & fartilem.* ] Observa miram scriptoris in verbis elegantiam. Nihil potuit inueniri significantius, quam asinum insitium dicere, & fartilem, in quo puella inserta sit &

sit & inclusa. De infiticio sat notum. fætilis verò is dictus est, qui instar farciminiis impletur ac fæcitur. Farturam appellat M. Varro in altilibus. Fatores apud Terentium, qui fæcimina faciunt. fætilia apud Plin. pro turundis, quibus fæciunt & saginant aues, à fæciendo. Quod autem dixi fætilia pro turundis poni, scito turundas dici panificia & buceas, quibus fæciunt altilia ad saginam. M. Varro: Gallinas, inquit, fæciunt turundis hordeaciis. M. Cato loquens de fæciendo palumbo sic scribit: Dum poteris facere turundas ex aqua, des escari temperatam. Apud eundem emendanda est, ut opinor, dictio, sic scribentem paulò superius: Polline vel farina hordeacea cōspersa curandas facit. Ego emēdo, Turundas faciat, pro curandas. Turunda eidem Catoni significat linamentum illud ex filis, quod in fistulam & vlcus immitti à medico solet: vulgus imperitum tastam vocat, Cornelius Celsus linamentum. Verba Catonis sunt hæc: Et si fistula erit, & turundam non recipiet. Et hoc metaphoricō dictum: nam sicut turunda fæcitur auis, sic linamento illo fæcitur fistula & vulnus. Dicitur autem fætilis & fætilis, ex cognatione quæ est inter literam T & S, ut merto merso, pulto pulio. Apicius leporem fætilem, pullum fætilem, sepiam fætilem, aliisque cibos esculentos fætiles appellant: quibus scilicet infaciunt & conduntur intus condimenta, cæteraque id genus gulæ irritamenta. Prisci porcum Troianum decenter vocarunt fætilem, & quasi aliis animalibus inclusis granidum, ut ille equus Troianus grauidus armatis fuit. *Solis vapibus.* Lucianus, à quo hæc eadem omnia memorantur, Græcè dicit, Σερποτέτα είναι, id est soli feruēissimo. *Vermibus.* Lucianus, καὶ τις οὐάλη πευμένη, id est, & vermicib. cruciata. Scoleca Græci vermen vocant, & σκωλήκη vermulum. Vnde scolecia dicta æruginis genus, ex eo quod contrahat se in vermiculorum speciem, cuius meminit Plinius in trigesimo quarto. *Vultures.* Græcè dicuntur gypes. Ægyptij literis hieroglyphicis volentes exprimere naturam, figurabant vulturem, de quo Ammianus Marcellinus sic scribit: Per vulturem naturę vocabulū pandunt: quia mares nulos posse inter has alites inueniri, rationes memorant physicæ. *Nares estuabunt.* puella naribus & anhelatione fætorē cōtrahet exanimalem. fætor enim (ut medici tradunt) res una est ex prosterrentibus naturam mortalium. Ex immundicia cloacarum & fœto re pestilentiam gigni, tradunt iurisconsulti. *Inedia diutina.* Te terrimum genus mortis est, famæ mori, si Græcis camoenis habemuſ fidem, clamitantibus, λίμος οἰκεῖος δαρεῖ, fame miserium est mori. Ab Ezechiele sagittæ famis mortiferæ dicun-

tur: à Plinio mors famis dira nominatur. Quibus inedia mori consilium est, hi septimo demum die mortem oppetunt. Plinius tamen auctor est, durasse plerosque ultra undecimum. *Lethalifama.* } Corrigo fame, ut exponas mortifera fame, ex diutina inedia conficietur, & lentissima tabe absumentur. Parasitus Plautinus festiuiter appellat esuriales ferias, quibus scilicet ab edendo feriati sumus. Item parasitus alter famem fuisse matrem sibi suspicatur, propterea quod, postquam natus est, nunquam satur fuit: quam complures annos utero suo hærcere conqueritur. *Mortem sibi fabricare.* } Cùm mors finis sit ærumnarum, & requies malorum, non pauci extitere qui tædio vitæ sibi manu propria necem consciuerunt, ob ærumnosam vitam finiendam. Tiberius mortem adeò leue supplicium putabat, ut mori volentibus vim adhibuerit viuendi, ut cùm audisset unum Carnulum nomine ant cipasse eam, exclamauerit, Carnulus me euasit: & precanti cuidam pœnæ maturitatem, responderit, Nondum tecum in gratiam redij. Scrabit Augustinus in primo de Civitate Dei, maiorem animum meritò dicendum esse, qui vitam ærumnosam magis potest fert, quam fugere. Plinius existimat terram venena genuisse, misertam nostri, ut in tædio vitæ, facillimo veneni hausto extingueremur, nullo labore, similes stientibus. Hinc accipimus, magnos Imperatores haussisse venenum sub anulo, & in promptu, ut mortem oppeterent sine cruciatu in terum desperatione. *Non pedibus sed animis.* ] Ex more Romano hoc dictum est, quo pedibus ibant in eam sententiam quam probabant. Cuius rei mentionem fecimus in commentariis Tranquilli: & hoc saepe leges apud Liu. Cic. cæteros. Non pauci sunt, qui hinc pedatis Senatores appellatos tradunt: quia scilicet in alienam sententiam pedibus irent. Igitur ad hunc priscorum morem alludens Apuleius, dicit non pedibus sed animis concordique consensu latrones iuuisse in sententiam eius, qui censuit virginem a sino exenterato insuendam, & multiplici genere cruciatuum consumendam. Lucianus ait, cunctos latrones exclamasse, & acclamatione sententiam collegæ comprobauisse. Germanorum mos est in consiliis, auctore Cor. Tacito, ut si sententia dispercut, fremitu aspernentur: sin placuit, frameas concuriant, quæ sunt tela eorum. Honoratissimum assensus genus est apud illos, armis laudare. *Tam magnis.* Jasininis. asinos enim auritos, & prægrandibus auribus præditos cernimus. *Deflebam cadauer.* ] Lucianus: Ego me ipsum degemebam, perinde ac iam iam futurum cadaverosum. *Craftinum.* ] cùm in diem craftinum distulissent asini puellæque supplicium,



ARGUMENTVM LIBRI  
SEPTIMI.

Quod Lucianus vno tantum volumine complexus est, id Apuleius membrarium digessit, pluribusque voluminibus latissime euagatus explicavit: ne interpres alieni operis, sed conditor nouae Historiae videretur: & ut rerum varietate, quæ gratissima esse solet, lectors mulceret, caperet, oblectaret citra fastidium. Nunc itaque ut exequatur ordinem destinatum, summatum argumentum proponatur huiuscē septimi voluminis. SVB diluculum matutinum unus latronum reliquis collegis renuntiavit, quemadmodum illa, quæ contigerant in domo Attonis Hypatini, latrocinia & facinora infanda imputabantur Lucio Apuleio: & quod nullus latronum super tanto scelere insimulabatur, sed solus Apuleius omnis facinoris auctor fuisse credebatur, quoniam nusquam comparebat. Quæ audiens Apuleius in asinum transformatus, secum querebatur, & medullitus ingemebat: quod pro insonte sons, pro innocentie nocentissimus haberetur, nec causam suam agere posset. Inseruntur narratiunculae festinae, agasonis improbitas, & famineæ fraudes graphicè describuntur.

Dies inalbebat. ] Soli, cùm oritur, ardens color est, posteà radians, cuius ortu cuncta illuminantur, qui lucem rebus ministrat aufertque tenebras: vnde non immerito à scriptoribus luculentis mundi oculus, iucunditas diei, cœli pulchritudo nominatur.

**V**T primum tenebris abiectis, dies inalbebat, & candidum Solis curriculum cuncta conlustrabat, quidam de numero latronum peruenit: sic enim mutua salutationis officium indicabat. Is in primo spelunca aditu residens, & ex anhelitu recepto spiritu, talem collegio suo nuntium fecit.

nem præcipitauere curricula. Curriculo apud Plaut. & Gel. significat cursus aduerbum est. Collustrabat. ] illuminabat, illustrabat, circunspiciebat. In hanc sententiam Virg. Postera Phœbæa lustrabat lampade terram. item, Omnia collustrans dixit,

pro circunspiciens. Solis autem hoc proptium est, ut omnia videat. Vnde ~~ad~~ <sup>ad</sup> ~~de~~ <sup>de</sup> ~~sp~~ <sup>sp</sup> ~~re~~ <sup>re</sup> ~~sp~~ <sup>sp</sup> Graecis dictus, quasi cuncta intuens. *Speluncæ.* ] Domicilium latrocinalle significat. *Ex anhelitu.* ] *Plau.* in Asinaria: Non vides me ex cursu anhelitum etiam ducere? Anhelatores Plinio sunt suspiciosi & asthmatici, qui anhelatione laborant: quod vitij genus, ut inquit *Cot.* Celsus, omne in difficultate spirandi consistit: quod satis aptè dici posse suspicium, credit Seneca inquiens: Hoc animam agere est. De orthopneæ & dispneæ, quæ & ipsa anhelationis via sunt, annotavimus in commentariis *Tranquilli.* Vnde orthopnoici & dispnoici dicti, hoc morbo affecti: qui ita distinguuntur, ut orthopneæ dicatur, quando spiritus nisi recta ceruice trahi non potest: dispneæ vero modica est spirandi difficultas, neque ex toto strangulans. Hæc vocabula perperam & in loce enuntiantur ab interpretibus Galeni, & medicis recentioribus. *Talem nuntium.* ] *xalem nuntiationem.* Utrumque significat nuntius, & hominem & rem. Catullus nuntia neutro genere dixit, pro re nuntiata: quod rarum repertu est.

*Milonis Hypati.* ] Significatur Milo hospes Apuleij, ex Hypata Thessalæ civitate: cuius domum à latronibus direptam, supra copiose explicatum leges. *Turbulis.* ] A turba turbula fit, & tertio diminutionis gradu turbelæ. Vnde in Daemonio Socratis: Omnes, inquit, turbelæ tempesta tésque procul à Deorum cœlestiū tranquillitate exultant. *Popularium.* ] Plebeios Hypatinos inteligit: alias popula-

Quod ad domum Milonis Hypatii, quam proximè diripiimus, pertinet, discussa sollicitudine iam possumus esse securi. Postquam vos enim fortissimis viribus, cunctis ablatis, castra nostra remeatis, immixtus ego turbulis popularium, dolentique atque indignanti similis, arbitrabor super investigatione facti cuiusmodi consilium caperetur: & an, & quatenus latrones placeret inquiri: renuntiatur vobis, ut mandaueritis, omnia. Nec argumentis dubiis, sed rationibus probabilibus, congruo cuncta multitudinis consensu, nescio qui Lucius auctor manifestus facinoris postulabatur: qui proximis diebus, fictis commendaticis literis, Miloni se se, virum commentitus bonum, arctius conciliaverat; vt\* esset hospitio susceptus, inter familiæ-

miliares intimos haberetur. Pluscun-  
lisque ibidem diebus demoratus, falsis  
amorib. ancilla Milonis animum inre-  
pens, ianua clausa sedulo explorau-  
rat, & ipsa membra, in quis omne pa-  
trimonium condit solebat, curiosè per-  
spexerat. Nec exiguum scelerati mon-  
strabatur in indicium: quippe cum eadem  
nocte, sub ipso flagiti momento, idem  
profugisset, nec exinde usquam compa-  
reret. Nam & praesidium fuga, quo ve-  
locius frustratis insecuritoribus, procul ac  
procul abderet sese, ei de facile suppedita-  
sse: equum namq; illum suum candidum  
vectorem futurum, duxisse secum. Pla-  
nè serum eius ibidem in hospitio reper-  
tum, scelerum consiliorumque herilium  
futurum indicem, per magistratus in pu-  
blicam custodiam receptum, & altero  
die tormentis vexatum pluribus, ac pe-  
nè ad ultimam mortem excarnificatu-  
m, nihil quicquam rerum talium esse con-  
fessum. Missos tamen in patriam Lucy-  
ilius multos numero, qui \*reum poenas  
daturum sceleris inquirerent.

apud Hypatinos super latronibus, nec ne: & si placeret, quomodo  
& qua lege inquireretur. Argumentis dubijs.] Cùm sit argumen-  
tuin, ratio probationem praestans, & rei dubia si tem faciens i-  
psum sanè dubium esse non debet. Dubijs enim (vt inquit Quintilianus) probari dubia qui possunt? firmissimis argumentis sin-  
gulis instandum, infirmiora congreganda sunt: quæ si non pos-  
sunt valere pondere, valebunt quia multa sunt. Nescio qui. Ita  
loqui solemus, quotienscumque de homine ignoto & ignobili  
atque despicato loquimur. Plaut. Nescio quis loquitur. M. Tul. in  
oratione pro Sestio: Intercessit Lignus iste nescio quis, addika-  
mentum inimicorum meorum. Lucius.] Apuleius significatur.

res dicuntur, qui  
in administratio-  
ne Reipub. ita se  
gerebant, vt ea  
quæ faciebant,  
quæque dicebant,  
multitudini iucun-  
da esse vellent, au-  
tor M. Tul. in o-  
ratione pro Sestio.  
Alias populares,  
sceleris partici-  
pes: vt apud  
Salustium. le-  
ge Donatum in  
Phormione. Po-  
pularitas dicitur  
Plauto in Peulo,  
pro ciuitate &  
iure cognationis,  
quæ est inter po-  
pulares, sive mu-  
nicipes & conter-  
raneos. Arbitra-  
bar. ] Spectabam  
contemplab. Et  
an & quatenus ]  
Duo dicit, se vi-  
delicet spectasse,  
an placaret inqui-  
sitionem fieri a-

*Postulabatur. Jaccusabatur.* Nam post direptam Milonis domum, facile crediderūt Hypatini, auctōrē illius latrocinij fuisse ipsum Apuleiū, ex eo quōd nusquā cōparebat, cūm in asinū foret trāsfiguratus. *Commendatitius.*] Ita interpretabatur literas commendatias, quas ab amico Demea ad Milonē detulerat, fuisse ficticias, & dolo cōcinnatas, vt tali vafricia Miloni fieret cōciliator, & ita posset faciliū facere imposturā. *Arctiūs.* Jarctiori vinculo amicitiae. *Falsis amoribus.*] Hypatēs dū habēt persuasissimū, ab Apuleio direptā esse Milonis domū, ita interpretabatur, eūdē simulasse amore Fotidos se teneri, vt sub hoc prætextu explorare posset cūcta Milonianæ domus mēbra, & gazarū repositoria. *In quis.*] in quibus. *Scelerati.*] Apuleij. *Flagitiy momento.*] Ita enim ac ciderat, vt eodē tēpore Milonis domus latrocinali manu diripetur, & Apuleius in asinū demutatus nusquācōpareret: vt meritō tanti facinoris auctōr fuisse videretur. *Frustratis,* Jelusis, deceptis. *Prædiūfugæ.*] Credebāt, Apuleio post facinus patratū præsidiū fugę prēstisſe equum, qui & ipse à latronibus fuerat abductus, onustus p̄dā. *Seruo eius.*] Hæc omnia videbātur esse argumenta potentissima aduersus ipsum Apuleiū, tanquā facinorōsi facinoris auctōrē. *Heriliū.*] ipsius scilicet Apuleij: ab hero enim, herilia concilia dicta. *Indicere.*] Corrigē, indicē, vt dicat, seruum Apuleij fuisse coniectū in carcerē, tanquā indicē demonstratorēmq; futurū scelerum ab hero Apuleio perpetratorū. *In pub. cust.*] carcerem significat, στρυμονεος Græci vocāt. M. Tul. in 1. de diuinatione: Socrates cū esset in custodia publica. Præcipit Plato in libris de Legib⁹, tres carceres in ciuitatibus cōstituēdos esse: vnū pluribus cōmunē, in foro rerū venaliū. Alterū, qui correctionis nomine nūcupetur, qualis hoc tēpore apud Florētinos est, quō traduntur improbi: & illic tantisper continentur, donec meliores fiant, correctioreſque, & ad bonam frugem conuertantur. Terti⁹ carcer in media regione ædificandus est, in deserto & sylvestri loco, supplicij nomine notatus. Differentia est inter publicā & liberā custodiā. Publica custodia est carcer, vt diximus: libera verò custodia significatur, quādo quispiā vel in oppido, vel in aliena domo coērcetur, vt liberē intra prēscriptos terminos possit ambulare, nec possit effugere. Salust. in Catilina: Senatus decreuit, vti abdicatus esset à magistratu Lētulus, itēmq; ceteri in libris custodiis haberētur. Liu. Libera custodia haud procul à castris placere, in aliqua fida ciuitate eū seruari per belli tēpus. Ligneā custodia dicitur Plauto comiter & scitè, pro vinculis ex ligno factis, quibus homines coērciti custodiuntur: quales sunt numelæ, boīæ, compedes. Custodias verò poni apud iutis consultos &

Firmi-

Firmicum Maternum, & Suet. pro hominibus carcerarijs, qui in carcere custodiuntur, aliubi copiosè annotauimus. Nunc obiter annotandum illud Esaiæ prophetae, Sicut tugurium in cucumerario: vocabulo admodum scito custodiarium dici à Cypriano. etenim tugurium custodiæ causa fit in cucumerario, id est in horto, in quo sati sunt cucumeres: vnde eleganter custodiarium dictum. *Excarnificatum.* } per carnificinæ tormenta & cruciatibus disceptum, lacinatissimumque. Suet. in Vitellio: apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est. Cyprianus quæstionatos nouo vocabulo vocat tortos, qui scilicet habiti sunt in quæstione & tormentis. In patriam Lu. iij. } Madauram, Apuleij patriam. Qui rerum. ] Emendo, reum: vt dicat, missos esse in patriam Apuleij, qui reum, hoc est nocentem Apuleium quærerent, deposcerentque ad pœnam.

*Hic eo narrante, veteris fortunæ, illius beati Lucij, præsentisque ærumnæ & infelicitis asini facta comparatione, medullitius ingemebam. Subibatq; me, non de nihilo veteris priscaque doctrinæ viros finxisse, ac pronuntiassse, cæcam & prorsus exoculatam esse Fortunam, quæ semper suas opes ad malos & indignos conferat; nec unquam iudicio quenquam mortalium eligat: immo vero cum his potissimum diuersetur, quos procul si videret fugere deberet: quod que cunctis est extremitus, variæ opiniones, immo contrarias nobis attribuat; ut & malus boni viri fama glorietur, & innocentissimus contra noxiorum\* ore plectatur.*

*Hic. ] hæc. Fæta comparatione.] dum mecum, inquit, per comparationem repinto, qualis tunc essem in asinum ærumnosum transfiguratus, & qualis quondam fuissem fortunæ opulentissimam instructus, vehementer ingemiscebam. Medullitius, aduerbiu[m] est, à medullis dictum. Ennius: Salue, qui mortalibus propinas versus flammeos medullitius. Subibat. ] succor-*

rebat, in mentem veniebat, in memoriam redibat. Plin. in 27. Tantò magis adorant præscorum in inueniendo curam, in tradendo benignitatem subit. *Cæcam firu[n]am.* ] Aristoteles lib. Problematis duodevigesimo: Cur, inquit, diuitiæ magna ex parte ab hominibus praus potius quam bonis habeantur? an quia fortu-

na cæca est, discernere sibi atque seligere quod melius non potest? Philosophi, ut inquit Pacunius, fortunam insanam, & cæcam, & brutam esse perhibent. Cæcam, ob eam rem esse prædicant, quia nihil cernat quo se applicet: insanam autem esse aiunt, quia hæc atrox, incerta, instabilisque sit: brutam, quia dignum aut indignum nequeat inter noscere. M. Tul. in Lælio: Non ipsa, inquit, solum Fortuna cæca est, sed eos etiam plerunque efficit cæcos quos complexa est. Plin. in 2. Fortuna laudatur, sola arguitur, & cum conuitiis colitur, volubilisque: à plerisque vero & cæca est existimata, vaga, inconstans incerta, varia, indignorumque fætrix. In cælo, ut docet Firmicus Maternus, locus est bonæ fortunæ, & malæ fortunæ. Namque bona fortuna, quam ἡγεμονία τύχη vocant, s. ab horoscopo signo collocatur: mala vero in 6. ab horoscopo signo constituitur, quæ à Græcis dicitur ἡγεμονία τύχη. Tabula Cebetis Fortunam ostendit super lapis de rotundo consistentem, esse cæcam, surdam & insanam: quæ oblandulans aliis facultates eripiat, aliis tradat, rursusque ab eisdem illicet anferat. Iccircò in rotundo lèpide consistere singitur, quoniā in instabilitia sunt eius munera. Turba fortunam circumstans aspectu haud quaquam simili sunt, sed eorum alij lætantur & gestiunt, alij incoerent & lugent. Nam qui videntur gaudere, hi quippiam à Fortuna acceperunt, à quibus etiam Bona fortuna nesciatur: qui vero flere & manibus sublatis tristari, hi sunt à quibus abstulit quæ ante tradiderat, à quibus Fortuna mala nominatur. Veteres teste Laetantio, simulachrum Fortunæ fixerunt cum copia & gubernaculo, tanquam & hæc opes tribuat, & humanarum rerum regimen obtineat. Vnde poëta inclytissimus Fortunam vocat omnipotenter: & ab historico scitissime dictum est, Fortuna in omni re dominatur. Quod si vlo inquam tempore antehac cognitum est, Fortunam rerum humanarum dominam esse, & ambiguis passibus volubilem volatilemque, nunc maximè spectatum, nunc maximè compertum est, nihil esse tam magnum quod non possit uestigio volente Fortuni pessundari, & ex summo in imum præcipitari. Erat quinto ab hinc anno in Italia viris opibusque florente Ludouicus Sphortia ducatus Mediolanensis inclitus moderator, tam pollens, rara opulens, vt nutu hominis vel renatu fierent omnia, aut prohiberentur. Eiusdem frater Ascanius in senatu Cardinalium auctoritate & potentia haud dubie princeps Romanæ curiæ habenas instar aurigæ moderabatur. Deniq; hi duo fratres cunctis fermè mortalibus erant formidandi: & in primis Ludouicus Sphortia inter cæteros principes

pes famigeratos, more humani ingenij, quo plura habebat, eo  
 ampliora concupiscens, libidine minandi animum titillante, ma-  
 ximum Galliarum regem Carolum multis inuitamentis in Ita-  
 liam euocauit: qui ingētibus equitum peditū mque copiis stip-  
 tissimus, à transgressu Alpium adusque Neapolim nullis obici-  
 bus repagulisque transcurrit, & circa cruentum & sudorem suba-  
 eta velut à truscurrente Campania est, Calabri Apulique in di-  
 visionem vltro-nei venerunt. Alphonsus rex Neapolitanus, viris,  
 equis, opibus præpollens, regno exturbatus vasa collegit, & in  
 Siciliam festinanter aufugit: totus ille tractus Italæ dicto citius  
 redactus est in Gallorum potestatem, afflatu Fortunæ obsecun-  
 dantis. Rectè pictores & poëtae victoriam finxere pinnataim,  
 quod hominum cum fortuna euntium non cursus est, sed vola-  
 tus. Verùm eadem paulò inox reflante, rex Gallicanus domini-  
 onem capessere coactus est: sed ~~in viaggio~~, id est, non sine san-  
 guine. Siquidem ad Tarutam amnem, qui agrum Parmensem  
 perfluit, ancipiti, cruentoque prælio inter regios milites & Ita-  
 los depugnatum est, cùm Ludouicus Sphortia, iam ex gubernato-  
 re Dux Mediolanensium factus, iam voti compos, nouam  
 cum Venetis societatem coiuisset, & foedus sociale cum rege  
 Carolo diremisset, post emissum vel electum ex Italia Gallo-  
 rum regem: ecce noua dissidia, nouaque & mulationes inter  
 principes populosque Italæ longè potentissimos gliscere cœpe-  
 runt. Dux Mediolanensis Venetos superiores, Veneti ducem pa-  
 rem ferre non poterant: hinc alterius mali labes, hinc fax Italæ,  
 & flagellum. Dux Venetis illudere: & cùm fælicitatis pedisse qua-  
 sit superbia, neminem vereri, leges belli & pacis cunctis morta-  
 libus dare, Imperatorem Maximilianum inducere in Etruriam:  
 mox modò hos, modò illos fouere, euestigio destituere, prout  
 rebus suis conducibile arbitrabatur: cùm attonitis cunctis, &  
 quorsum tenderent eius conatus expectantibus, Veneti odium  
 iamdiu occultum coquentes, decreuerunt Ludouicum alterum  
 Gallorum regem, qui Carolo defuncto successerat, solici-  
 tare in Italiam, rati neminem ad Ducem Insubrium subuer-  
 tendum esse accommodatiorem: qui & ipse priuato odio in-  
 fensus Duci, & dominatum illud velut ad se iure hæreditario  
 pertinentem reposcens, haud grauatè suscepit eam expeditio-  
 nem, ad quam subditis Venetorum maximique Pontificis cal-  
 caribus atque hortamentis factus est etiam atque etiam pro-  
 pensior. Itaque probè callens, Italiam non aliter quam Ita-  
 licis viribus subigi posse (id quod olim Antiocho ab Anniba-  
 le dictum ferunt) præfectum copiarum militarium fecit Io. Ia-

cobum Triuultium , ciuem Mediolanensem , claritudine natalium insignem , & apud populares suos fauorabilem : cuius gratia & virtus paucis ante annis cum Ludouico Sphortia formidolosa esse cœpisset , iampridem extorris factus & domo profugus ad regem configerat : eumque hortari & impellere non desinebat , ut bellum inferret Duci Mediolanensi , ostendens se ductore nullo negotio illum posse profligari . Igitur rex Iacobo Triuultio impulsore , consiliario , ductore , bellum absens mira celeritate atque felicitate confecit . Vix Galli fines hostiles inuaserant , vix machinas oppugnatorias parauerant , cum repente maximus ducum dux , audito tantum belli nomine exanimatus , Fortunæ opinor impendentem procellam metuens , habens rerum subito reliquit , & ad Imperatorem Germanorum Maximilianum auro argentoque omni asportato transfugit . Olim Cæsar Dictator , significare volens belli Pontici celeriter confessi victoriæ gloriabundus scripsit . οὐδὲν εἶδον εἰπεῖν , id est , veni , vidi , vici : Rex verò Galliarum gloriösus , dicere potest , & verius , Nec veni , nec vidi , & vici . Qui paulò post accepto tam insperatae , tam incredibilis victoriae nuntio , confessim cum baronibus & Regio comitatu transgressus Alpes , transiuit in Italiam , oculisque lustrauit partum recens imperium , Mediolanique consedit . Verùm cum natura comparatum sit , ut quòd se Fortuna inclinat , eò fauor hominum sequatur : omnes ferè Italæ principes & reguli iuerunt salutatum officiosè & reverenter maximum regem Gallorum , eique sunt tantam victoriæ gratulati . Inter cæteros alumnus quoque meus Annibal Bentiuolus , honestissimo comitatu stipatus , est profectus : verùm ( ut est in veteri Græcorum proverbio ) οὐδὲν γέ διστρεψει , id est , non sine Thefeo , hoc est , non sine Mimo Roscio deliciis meis , sine quo regulus Bentiuolus nil magnum inchoat : quo cum ob fidem , tum ob prudentiam & facundiam , consiliū que præsentissimum in rebus magnis , plurimū vtuntur Bentiuoli omnes , vna cum maximo parte clarissimi filij . Hoc inclytus Annibal comite , immò collega ( causa enim Reipub . nostræ destinabantur ) reverendissime officiosissimeque salutauit Christianissimum regem , à quo comiter & obuiis ( ut aiunt ) manibus exceptus , & preconio regio dilaudatus , voti compos domum remeauit . Quis queso vñquam credidisset , Ludouicum Sphortiam , inter duces omnies maximum , inter reges famigeratum , inter mortales memoratissimum , inter homines terrenum Deum tam repente , tam inopinatò , iacturam tanti tamque opulentí ducatus esse facturum ? tam subito rebus deploratis , Mediolanum , ipsamque Mediolani arcem

arcem deserturum? quia nihil in terrarum orbe munitius: quam  
commeatibus copiosam , machinis repugnatoriis instructissi-  
mam, inexpugnabilem , & omnibus tormentis bellicis inuinci-  
bilem esse, sciunt omnes qui videre. Nimirum id totum Fortu-  
næ & fato assignandum est. Fato dantur imperia & adimun-  
tur. Fortunæ hi ludi sunt: sola vtranque paginam facit: illi vni  
omnia accepta, omnia feruntur expensa. Fortuna Ludouicum  
Sphortiam ex fastigio excelsissimo deuolutum cernulauit: quem  
priùs non tantum ut alumnum molliter fouverat, sed ut filium  
iucundissimum peculiariter erexerat, illustraueratque. Exem-  
pla Fortunæ variantis innumera sunt apud priscos: quæ Diony-  
sium, gentium quondam terrorem, Corinthi literario ludo præ-  
fecit: quæ Petseum Macedonum regem captiuum fecit, eiisque  
filium legitimum artem ferrariam ob quærendum docuit vi-  
ctum: eadem Pompeium post triumphos ex toto terrarum orbe  
partos, post quæsium ex rerum gestarum amplitudine Magni  
cognomentum, spadonum libidini in Ægypto trucidandum  
tradidit. Verum hæc exempla recentissima, nulli priscorū postfe-  
renda, abundè commonefaciunt, vt Fortunæ blandienti, in re-  
bus secundis homoniūm nemo confidat. Namque regnum  
Neapolitanum (vt cætera præteream) adeò virgine Fortunæ cir-  
cumactum est, vt spatio annorum quatuor, quinque reges ha-  
buerint. quo quid mutabilius dici potest? Florentini , quorum  
opes diu florentissimæ viguerunt, bello externo & domestico  
vexati: Medices, quæ familia Florentiaæ diuitiis , existimatione,  
claritudine multos annos primatum tenuit, in exilium missi: inu-  
tilatus Florentinorum dominatus auulsione Pisarum, quæ ma-  
ritima ciuitas plurimūm rebus illorum cōducebat. Nuperrimè  
Dux Mediolani, quo nemo maior, nemo opulentior, ex fastigio  
amplissimodecussus (quæ res vix apud posteros sit fidem habi-  
tura) cogitur alias suppetias implorare. Denique per hosce an-  
nes nulla fuit ciuitas in Italia, quam non belli fulmen afflaret, &  
turbo percelleret. Sola fuit patria nostra immunis & exors bel-  
licæ vastitatis, bellis vndique allatrantibus: Idque factum pru-  
dentia, auctoritate, consilio illustrissimi Principis Io. Bentiuoli,  
qui Bononiensem Rempub. in maxima tranquillitate , nec mi-  
nor dignitate florentem , diutissimè custodiuit: cui amplissima  
otij & pacis & opulentia bona accepta referimus, optantes vt  
hic saluberimus status permaneat inconcussus, vt optimo Prin-  
cipi bene Rempub. & ex vtilitate omnium regenti, Deus perpe-  
titatem largiatur. Publicum enim votum, est salus Principis: à  
quo, velut à filo, pendet salus ciuitatis: Ecce tibi cū hæc iam cō-

didissem, nec adhuc edidissem, Dux Mediolani succinctus copiis  
 militaribus reuocatus à suis, rediit Mediolanum: estque fauora-  
 biliter plausibiliterque receptus à cunctis ordinibus, restitutus-  
 que in pristinum fastigium: quod sanè plerisque omnibus est  
 perquam iucundum. Etenim stante Mediolani Duce, stant cæte-  
 ri Italiae reguli, Italorum existimatio maiestasque consistit ac  
 floret: illo cadente, hæc omnia similiter titubent, immo corrutæ  
 necesse est. Itaque Deum optimum maximum precor, ut fulci-  
 mentis firmissimis fulciat, & stabilitatis ineluctabilibus stabi-  
 liat principatum Ducis inclytissimi Ludouici Sphortiae, ut nos  
 quoque solidatim consistamus, extra omnem lapsum, tituban-  
 tiæque periculum. Hæc terum ambages, varietatésque tam im-  
 prouisæ, tam subitæ, tam inopinatæ, euidenter comprobant Plat-  
 tinam illam ex Truculento sententiam: Aetutum fortunæ solent  
 mutarier, varia vita est. In has digressiones diuertisse, & hæc  
 transeunter inseruisse, non fuerit alienum, ne que intempestiuū:  
 ob quotidianam Fortunæ variantis mentionem, quam cæcam  
 & surdam non immerito fixere, ut exempla vetusta & recen-  
 tiora testantur quam optimo epitheto, elegantiique vocabulo e-  
 xculataam Lucius noster appellat. Exoculatus autem vt ex se-  
 mita in viam regrediamur, dicitur oculis priuatus. Martial. de-  
 fioculum vocat scitè & eleganter, cui deficit oculus, quem luscum  
 dicunt. Vetus verbum est apud iurisconsultos, Eluscare: quod si-  
 gnificat, luscum facere. Sic enim scriptum legimus sit. ad legendam  
 Aquiliam: Aquilia teneri eum, qui eluscauerit discipulum in dis-  
 ciplina. Elucificare vero, significat luce priuare. Demitor Nonii  
 Marcellum, exponentem elucificare esse lucidare: idque ex aucto-  
 ritate Laberij, qui ita scribit: Volo elucificare exitū ætatis meæ.  
 Etenim (quod cum honore multo dictum sit Nonii Marcelli) a-  
 pud Laberium elucificare accipitur contratio intellectu: non e-  
 nem significat lucidare, vt ille opinatur, sed luce priuare. Est e-  
 nem apud Laberium diues avarus, avarus & popinationem filii  
 deplorans: qui ait, velle se Democriti exemplo luminibus ocu-  
 lorum priuare, ne videat filium nequitia & luxu prodigentem  
 patrimonium. Laberianos versus pro testimonio citat Gellius: a-  
 pud quem lucificare legitur, pro elucificare. *Eligat.* } August. in  
 Ciuitate Dei: Fortuna, inquit, quæ dicitur bona, sine ullo exami-  
 ne meritorum fortuitu accedit hominibus bonis & malis: vnde  
 etiam Fortuna nominatur. Quomodo ergo bona est, quæ sine ul-  
 lo iudicio it ad bonos & ad malos: vt quid autem colitur, quæ  
 ita cæca est paucim in quolibet incurrens, vt suos cultores ple-  
 runque prætereat, & suis contemptoribus hæreat? *Cum his diuer-*  
*fetur.*
}

[Malis scilicet, & indignis.] *Extremus.* Ideterius & peius.  
*Malus boni fama.* } Præstò exempla sunt multorum qui forinsec-  
cùs Catones, intrinsecùs Nerones sunt, & Sardanapali: qui vulgo  
creduntur boni, cùm sint pessimi. nam multis simulationum in-  
volucris (vt inquit verissime M. Tul.) tegitur, & quasi velis qui-  
busdam obtenditur vniuersiisque natura, frons, oculi, vultus  
persæpe mentiuntur: oratio verò sæpiissime. Item in oratione  
contra Pisonem: oculi, supercilia, frons, vultus denique totus,  
qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines  
impulit: hic eos quibus erat ignotus decepit, sed fecerit, induxit. Mi-  
lia hominum sunt, quos vt bonos atque sanctos, & vt Græci di-  
cunt *αιαπήρηνοις*, id est, impeccabiles fama circumfert, qui inter-  
cutibus vitiis madescunt, & sub habitu ouillo lupinam occul-  
tant voracitatem. E contrario vir probus, innocens, iustus persæ-  
pe male audit, & pro improbo damnatur. In hanc sententiam  
est illud Seneca: Inuidit temperatissimos morbus, validissimos  
phthisis, innocentissimos pena, secretissimos tumultus. Scribit  
Firmicus Maternus, eos qui in horoscopo habuerint hædum, fu-  
caro affectu mentiri severitatem, vt Catonis frontem & institu-  
tum imitari videantur. Nunc dolet Lucius quod cùm ipse esset  
innocentissimus, pro nocentissimo culpabatur. Firmicus Mater-  
nus visitatim scribit, vt iustus mendicet, vt sceleratus maxi-  
mis honorum æmuletur insignibus.

*Ego* denique quem sauiissimus eius: *extrema sortis.* }  
*impetus in bestiam, extrema sortis qua-*  
*drupedem, deduxerat, cuiusque casus*  
*etiam cuius iniquissimo dolendus, at-*  
*que miserandus merito videtur, crimi-*  
*ne latrocinij in hospite in mihi charissi-*  
*mum postulabar: Quod crimen non*  
*modo latrocinium, verum etiam parri-*  
*cidium quisque rectius nominaret. Nec*  
*mibi tamen licebat causam meam de-*  
*fendere, vel unico verbo saltem de-*  
*negare. Denique, ne mala conscienc-*  
*ia tam scelesto criminis præsens vide-*  
*rer, silentio consentire. hactantum im-*  
*patientia productus, vulni dicere, Non*

*Eius.* } *Fortunæ.*  
*Asinum signifi-*  
*cat, cuius inter*  
*quadrupedes ex-*  
*trema sortes est, &*  
*in pecore vilissi-*  
*mo censetur: vi-*  
*nde à Columella*  
*vilis vulgarisque*  
*asinus nuncupat-*  
*ur. Casus.* } *Infor-*  
*tunium suum si-*  
*gnat, quo ex ho-*  
*mine in brutum*  
*fuerat demuta-*  
*tus: qualis casus*  
*vel inimico & ho-*  
*sti miserandus vis-*

deri merito pos- feci. Et verbum quidē praecedens, semel set. Consimile est ac sapientius immodice clamitauit: sequens illud poëticum, verò nullo pacto differere potui, sed Vel Priamo mis- in prima remansi voce, & identidem feranda manus. boauit. Non, non: quanquam nimia Postulabat. } accus- rotunditate pendula vibrassem labia. Sabat, & culpabat. Sed quid ego pluribus de Fortune sa- Parricidium. } V- trunque, & latro- uitate conqueror? quanquam nec istud cinij & patricidij crimen, atrox est puduit, me, cum meo famulo, meoque ac magnum: sed vectore illo equo, factum conseruum atrocious & maius atque coniugem.

haud dubiū est parricidium; in quo multa peccantur. nam violatur is qui procreauit, is qui aluit, is qui in sede ac domo atque in rep. collocauit. Sensus Apuleianus est: violasse ius hospitiij, læsisse Iouem hospitalegii, hospitis domum compilasse, id non tā latrociniū nominandum, quām si & hospitem læsit, & particida sit. Silentio consentire.] Taciturnitas confessionis genus est, & (vt ait M. Tul.) dum tacent, satis clamant. Non feci. } Longè fortissima tuendi se ratio est, vt tradit Quint. si quod obiciatur, negari potest: si dicere possumus, Non feci, non occidi. Plin. in epistolis: Præterea Celer eques Romanus, cui Cornelia obiciebatur, cùm in comitio virginis cæderetur, in hac voce persistet: Quid feci? nihil feci. Merito ergo Apuleius innocentiae suę conscientius, ad refutandum crimen quod insonti obiciebatur, voluit clamitare: id verbum quod in defensione maleficij potentissimum est, scilicet Non feci. Sed cùm Latinam dictionem, vt potē asinus, Latialiter enuntiare non possit, planè satis & dilucide, boauit particulam negatiuam, quæ est Non, verbum autem Feci exprimere nequivit. & profectō ruditus asinorum Non non sonare videtur. Præcedens. } Signatur Non, quæ dictio præcedens & prima est in hac oratione, Non non feci. Identidem. } frequenter boauit, boando inclamaui. Dixit Virg. in Georg. Reboant silvaeque & magnus Olympus: id est, resultant & remugunt, vt exponit Ser. Maronis interpres, qui autuinat id verbum Græcum esse. Rotunditate, } vt videlicet os in rotunditatem conformatum, planiū lucidiūsque verbum explicaret. Vibrassem Labia. } Labia sive labium contorqueri, emouerique in dictionibus atque literis enuntiandis, Nigidius, Marcianus, Gelliūsque notificant. Quanquam. } Legi potest, quam: vt intelligas, quam, scilicet Fortunam, non puduit fecisse me conseruum cum equo meo: & con- iugem,

*jugem, id est coniunctum copulatumque, & in eadem conditio-  
ne coniugatum. M. Cato myrtum coniugulum appellat, intelli-  
gi volens coniugalem, à coniugiis quibus præst Venus, cuius  
totæ myrtus dicata est: vnde Venerem modò Myrteam, modò  
Murtiam vocant.*

*Talibus cogitationibus fluctuantem,  
subiit me illa cura potior, qua, statuto  
consilio latronum, manibus virginis de-  
cretam me victimam recordabar, ven-  
trem crebro suspiciens meum, iam mi-  
sellam pueram parturiebam. Sed ille,  
qui commodum falsam de me notoriam  
pertulerat, expromptis mille aureis,  
quos in simu laciniæ contexerat, quos-  
que variis viatoribus detractos ( ut  
aiebat ) pro sua frugalitate communi  
conferebat arca, infit etiam de salute  
commilitonum solicite sciscitari. Cogni-  
toque quosdam, immo vero fortissimum  
quenque, variis quidem, sed impigris  
casibus adoppetisse, suadet tantisper  
pacatis itineribus, omniumque prælio-  
rum seruatis induciis, inquisitionibus  
comilitonū potius insisteretur, & tyroci-  
nio nouæ inuentutis, ad pristinæ manus  
numerū Martiæ cohortis facies integra  
recur. Nā & iniitos terrore cōpelli, &  
voletes præmio pronocari posse: nec pau-  
cos humili seruiliq; vitæ renuntiætes, in-  
star tyrannicæ potestatis, sectâ suâ cōferre  
malle. Se quoq; iādudū, pro sua parte,  
quendam conuenisse hominē & statu pro-  
cerū, & etate iuuenē, & corpore vastū,  
& manu strenuū: eiq; suasisse, ac deniq;  
persuasisse, ut manus hebetatas diutina  
pigritia, tādē referret ad frugē meliore;*

*Subiij. } in me-  
moriam venit. Cu-  
na potior. ] Sibi cu-  
ram vitæ & salu-  
tis, quam fama,  
potiore fuisse ait  
quoniā, vt & pro-  
uerbium Plautinū  
est, Tunica pallio  
propior est: &, vt  
inquit Gellius, hi-  
hil nobis pensius  
cariūsque est, quā  
nos metipsi: cāte-  
ra extrinsecus &  
circa nos eruciant  
ac torquent, res  
autem vitæ in-  
trinsecus grassan-  
tur. Parturiebam. }  
parturire mihi vi-  
debat ex suppli-  
cio, quod mihi la-  
trones destinae-  
rant: quando scili-  
cet me insitium  
& fastilem, puē-  
læque prægnatio-  
ne distentum, in-  
terimere decreeue-  
rant. Qui commo-  
dum. } tūc tunc, id  
horæ. Notoriam  
pertulerat. } dela-  
tionem, insimula-  
tionemque notifi-  
cauerat, & me no-*

tatione fœdissima infamauerat. Notitia hodie vulgaris dictio est, & libellionibus usurpata. *Expromptus.*] demonstratis, offensisque. *In sinu laciniis.*] Id à pletisque fieri solet, qui furtum & dissimulanter pecunias ferunt, ut in lacinia vestis aureos contexant: vt qui eos viderint, pannosos & mendicos existiment. *Communi arce.*] Signat arcam nun mariam fuisse latrociniali collegio communem, in quam unusquisque latronum portiunculam pecuniae ex rapto partæ conferebat: sicut qui à Pythagora in cohortem discipulorum recipiebantur, quod quisque familia pecuniaque habebant, in medium dabant, & cohibatur societas inseparabilis: sive atque cenobium, hoc est contubernium. Sic scribit Hieronymus faisse quoddam genus monachorum, qui de eo quod laborauerant, in medium partes conserre soliti sunt, ut haberent alimenta communia. In actibus quoque Apostolorum scriptum legimus, quod & Augustinus memorat, solitos eos qui in contubernium recipiebantur, venditis possessionibus, pecuniam offerte ante pedes Apostolorum, & omnia habuisse communia. In castris, ut auctor est Vegetius, folles, hoc est crumenæ per cohortes singulas ponebantur, in quibus depositum militare condebatur. *In scistari.*] pergit inquirere. *Cognitum.*] cum cognouisset, loquutio elegans, & apud idoneos auctores frequens. Silius: Auditoque furens socias non defore vires: hoc est, cum audiueret. Cor. Tacitus: Deligit locum arctis faucibus, & à tergo silua clausum, satis cognito nihil hostium nisi in fronte, & apertam planiciem esse sine metu insidiarum. *Ad oppetisse.*] periisse, & mortuum esse. Ad oppetere enim est, mortem oppetere. Possimus autem sic uti hoc verbo, ut per se plenum sit, & ut recipiat adiectionem. Dicimus enim adoppetit & oppetit, pro eo quod est moritur: & oppetit mortem sicut Expirat, & animam expirat. *Tantis per.*] interim. Annotandum, hanc particulam Tantis per absolute hoc in loco positam, & plenâ esse sine appendicula, accipiique pro interim & interea cōsimiliter. *Liuus in primo:* Id imperiū ei ad puberē ætatem incoleme

lome mansit tantisper tutela muliebri. Alias ferè semper connecti solet, quo ad, dum vel donec, & significat tandem. Plaut. in *Mechanis*: Meretrix tantisper blanditur, dum illud quod rapiat vider. A. Gel. Ut viueret quidem tantisper, quoad fieret permutatio. *Inquisitionibus*. ] ut novi commilitones inquirerentur pro supplemento mortuorum. Antiqui accensos vocabant, eos qui in locum demortuorum subrogabantur, qui adscripti sive ad scripticij nominantur: ex eodicti, ut interpretatur M. Varro, quod olim scribebantur incumes, qui succederent armatis militibus, si quis eorum deperiisset. Plaut. Idem istuc aliis ascriptiis ad legionem fieri solet. Succenturiati quoque verbo militari dicuntur, qui explenda centuriae gratia subiiciunt se ad supplementum ordinum. Hinc illa ex Phormione à re militari scite facta translatio: Ego insidiis hic ero succenturiatus. Eadem metaphora succenturiari ponitur pro subiicere, substitueréque quasi succedaneum. A. Gel. Praefecti popina negant cœnam lautam esse, nisi cum libentissime edas, tum auferatur, & alia esca melior succenturiatur. *Tyrcinio noue inuentus*. } Suadebat, inquit, ut tyrones veteranis substituerentur, & ut iuvenes gladiatores in locum defunctorum sufficerentur, ad explendum pristinum numerum. Tyrcinum autem pro rudimento accipitur, non solum in disciplina militari, sed in aliis quoque rebus. Plinius eleganter tyrcinum narium dixit. Manilius: Nec tyrcinio peccet, circinque feratur Æterna cum luce dies. Tyrones non tam novi & rudes in militia, quam in gladiatura & latrocinio, atque aliis quoque rebus usurpatur. M. Varro de hobus scribens: Tyronem, inquit, cum veterano adiungunt. A. Columella adolescentior canis tyruncula dicta. Scribunt iurisconsulti tit. de re militari, ignoscendum esse tyroni, ignorantis adhuc disciplinam. Optimi tyrones, ex præcepto Vegetij, diliguntur ex agricolis, humeris musculosis, suris expediti, non superflua carne distentis, sed nervorum duritia collecti. Proceritas in tyrone non magnopere desideranda: utilius est enim fortes esse, quam grandes. *Pristine manus*. ] prioris multitudinis. *Martiæ cohortis*. ] Martiam cohortem appellat bellicosam latronum manum, quorum Deus Mars est, & telum quod missile vibrant. Simil. allusit ad Romanam militem, in qua erat legio Martia exploratae virtutis, de qua M. Cicero in quarta Antonianarum: Quid legio Martia? quæ mihi videatur diuinus ab ipso Deo traxisse nomen, à quo populum Romanum generatum accepimus. *Initios*. ] Ad latrocinium exercendum iuici metu compelluntur, volentes præmio inuitan-

tur: nec parūm multi reperiuntur, qui malunt in collegio latro-  
num tyranica potestate dominari, quām in vita priuata humili-  
liter degere, atque seruiliter. Et cūm duo monosyllaba orbem  
terrarum regant, ius scilicet & vis: apud latrones vis colitur, iu-  
risque locum sibi vendicat ensis. Est tamen interdum cernere a-  
liquam iuris iusticiæque adumbratam imaginem apud latro-  
nes: nam qui archipirata dicitur, nisi & quabiliter p̄dām disper-  
tiat, aut occidetur à suis ut inquit M. Tullius, aut relinquetur.  
Quinetiam leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas  
obseruent. Itaque propter æquabilem p̄dām portionem Bargu-  
lus Illyricus latro, de quo est apud Theopompum, magnas opes  
habuit: & multō maiores Viriatus Lusitanus, cui exercitus Ro-  
mani Imperatorēsque cesserunt. *Pro sua parte.* Itanquam vnu-  
quisque ex collegio latrocinali pro rata parte commilitonem  
parare deberet. *Et statu procerum.* ] statura corporis & proceritate  
grandissimum. Proceritatem tyronum, inquit Vegetius, ad vi-  
ctoriam scio semper exactam: ita ut senos pedes, vel certè qui-  
nos & denas vncias habere probarentur. Verūm non tam statu-  
ræ ratio habenda est, quām virium: quod & Homerī suader au-  
toritas, qui Tydeum corpore quidem paruum, sed armis for-  
tissimum fuisse significat. Statum autem pro statura dixit, sicut  
tonsum pro tonsura. Aliās status consistitio dicitur, à stando vi-  
delicet: inde basilius status Plauto, pro regius magnificusque  
consistendi modus. Apud eundem illud prouerbiale, In statu stat  
senex: pro eo quod est, in procinctu est, & stat paratus. De statu  
oratorio, quā res Græcē dicitur σάντε, & alio nomine constitu-  
tio: & de statu Reipub. & priuatæ nihil notius. Scio tibi familia-  
rem esse, ex crebra lectione, libellum meum de Optimo statu.  
*Vastum.* Jenormem, & magnum. Virgil. Vastūmque caua trabe  
currimus & quor. In vsu apud auctores est vastitudo, vasticies, &  
vastitas, pro horrore, desertōve contagio & desolatione. Vastitu-  
do apud Gellium pro magnitudine ponitur, & enormitate. Va-  
stescere verbum vetus est, significans deserit & vastati. *Persuafisse.* ]  
Suademus facilia, persuademus difficultia: suademus monendo,  
persuademus perficiendo. *Pigritia.* ] desuetudo, pigritia veternum  
parit: diutino torpore hebetatur robur corporis, & vigor inge-  
nij: inde illud Silius sententialiter prolatum: Blandoque veneno  
Desidia virtus paulatim euicta senescit. & ut inquit Ouid Ignau-  
num corruptunt otia corpus. Idecirco salubriter p̄cipit Paca-  
tus panegyrista, tergendam otij esse rubiginem, & opere veter-  
num discutiendum, ne virtus quiete languescat. Gaudent diuina  
perpetuo motu, & iugi agitatione se vegetat æternitas: stare Sol  
nescit,

nescit. *Eroganda&stipi.*] Persuasi, inquit, ne veller rogando emendare pecuniam, sed ut potius manus exerceat disciplina latroninali: & ita aurum spoliando, rapiendo, trucidando congereret. Solent mendici & egentes ergo andæ stipi, id est, nummo manum porrigere. Seneca: In sublicium pontem me transfer, & inter egentes abige: non ideò tamen me despiciam, quod in illo-rum numero conseedeo, qui manum ad stipem porrigunt. Apud Frontinum erogatorius aquæ modulus, & acceptorius, inter se opponuntur: ut erogatorius, qui erogat & præbet aquam, signifetur: acceptorius vero, quo accipitur. *Asciæ.*] adscribi, adsum in numerum latrocinalem.

Tunc profectus, & paululum commoratus ille, perducit immanem quendam iuuenem, ut fuerat pollicitus, nescio an ulli presentium comparandum: nam, præter cateram corporis molem, toto vertice cunctos antepollebat, & ei commodum lanugo malis inserpebat: sed plane \* centuculis disparibus, & male consarcinatis \* semamictum, inter quos pectus & venter crux statua crassitate relucentabat. Sic introgressus, Anete ( inquit ) fortissimo Deo Marti clientes, mihique \* iam comilitones, & virum magnanima & uiuacitatis volentem volentes accipite, libentius vulnera corpore excipientem, quam aurum manu suscipientem: ipsaque morte, quam formidant ali, meliorem. Nec me putetis egenum, vel abiectum, néve de pannulis istis virtutes meas estimetis: nam præfui validissima manu, totamque prorsus denastani Macedoniæ. Ego sum prædofamous, Hæmus ille Thracius,

*Immanem.*] vastitate corporis ingentem. Alias immanem dici mus stetum, truculentum, nouium. *Molem.*] vastitudinem. *To-*  
*to verisse.*] Ex Virgilio sumptum, qui ait de Turno, Vertitur arma tenens, & toto vertice suprà est. *An-*  
*tepollebat.*] exuperabat, excellebat. *Commodum.*] tunc primù m, iamiam. Lanugo malis inserpebat.] Vix vesticem fuisse significat: namque vestipes antiquitas vocat, quorum genæ prima verba vessuntur: sicut econtrario inuestes dicti impuberis, quibus

nulla vestis, id est  
barba obumbrat  
malas. In Apolo-  
gia: inuestem à  
nobis accipisti, ve-  
sticipem illicò red-  
didisti. Palladius:  
per inuestes pue-  
ros vasa curabis.  
Illud Virgilia-  
num, Aurea cæsa-  
ries ollis, atque  
aurea vestis: expo-  
nunt grammati-  
ci, ut vestis pro  
barba intelliga-  
tur, sicut illud En-

niuum: Quid sibi vult hæc tam longa vestis? Malæ autem infra  
oculos homini tantum sunt, quas prisci genas vocabant. Centu-  
lus.] vestimentis versicoloribus, vilibusque pannorum, sentum,  
squalidum designat. Inter quos.] scilicet centuculos: de quibus re-  
lege, quæ annotauimus in primo commentario. Ostendit au-  
tem, inter pannos male consutos ac male consarcinatos, pectus  
& ventrem hominis vasti contineri non potuisse, quin denuda-  
tum & intestum conspiceretur, cui crusta callosa esset pro tegu-  
mento: id quod in rusticis & gelicidio duratis persæpe cons-  
picimus. Crusta crassus. ] Crusta interdum & crassitudo callosa  
impenerabilisque obdicitur corporibus, quæ Ione, æstu, algore  
durata sint. Aucte. ] Verbum salutatorium est, quod Græci di-  
cunt χαίρε. Martis clientes.] Latrones salutans, honorifico voca-  
bulo clientes Martis appellat, tanquam omnes in clientela Marti-  
nis sint quibus dextra est & telum pro numine. Mars, Mauors, &  
Mamers dictus à veteribus: unde Mamertinus, Siciliæ populis,  
inditum nomen. Mamercus quoque nomen est Oscum, eò quòd  
hi Martem Mamertem dicunt. Volentes accipite. ] Hortatur latro-  
nes, ut libentibus animis seipsum accipient in cohortem: qui vi-  
uacitate præditus, manu strenuus, vulnerum mortisque contem-  
ptor existit. Vulnera excipientem.] Non potuit expressius signifi-  
cantiusque ostendere hominem impetratum, ac extrilidum,  
minimeque vulnerum metuentem, quam ut diceret, libentius  
excipere vulnera quam aurum: cum mortales fermè omnes ni-  
hil libentius suscipiant quam pecuniam, cum aurum libentius

quam

quām Solem intueantur: cūm omnīs oratio/vt inquit Ambros.) & supplicatio ad Deum aurum quārāt. Qui ergo libentiūs vulnera quām aurum excipit, is nimirūm spretor vulnerum, mortisque contemptor dici potest:& consequenter, in latrocinali familia expetendus. *Formidant.*] Seneca: Metus, inquit, mortis vīctores gentium vincit. &c, vt præcipit Lucretius, est metus ille foras præceps Achētōnis agendus, Qui genus humanum penitus subvertit. *Morte meliorem.*] Mortem scriptores bonam appellant, quoniam finis est æruminatum, & rejuies malorum: vt M. Cicero latissimè explicat in Tusculanis quæstionibus. Inde à poëtis dicitur mors bona. Valerius Flaccus: Miserere parentum Mors bona: & vt inquit Plinius noster, ex omnibus bonis quæ homini tribuit natura, nullum melius tempestiuā morte. Præterea mors bona ex eo dici potest, quod neminem fallit, neminem præterit, nec huic magis quam illi gratificatur, sed æqualance cunctos tollit. *De pannulis.*] In hanc sententiam scitum est illud Cæcilianum: Sæpe est & sub palliolo sordido sapientia. Potest ( vt inquit eleganter Seneca) ingenium fortissimum sub qualibet cure latere: potest ex casa vir magnus exire: potest ex deformi humilique corpusculo formosus animus ac magnus, consimiliter potest in pannoso & sordidato corpore, animus generosus ac robustus delitescere. Plin. in epistolis tradit, non paucos cultu pagano præcellentes inueniri. Itaque non est quispiam de pannoso vestitu æstimandus, sed à virtute & animi dotibus probandus: nec enim habitus virtutem dat, nec cathedra sanctificat sacerdotem. *Validissime ma.*] cohorti gladiatorum robustissimæ. *Præfamosus.*] Fere semper in malam partem famosus usurpatur: vt famosus latro, famosus leno, famosus gladiator, & alia id genus. Nonnunquam cum laude famosus dictus, vt alibi annonaui & infrā ostendetur. *Hemus.*] Nomen est famosi latronis: vt apud Theopompum Bargulus Illyricus latro, vt apud nostros scriptores Viriatus Lusitanus memorantur. Livius quoque celebrat Himasitheum archipitratam Liparenium, cum quo hospitium factum est à Romanis, donaque publicè data. Alludere autem videtur ad nomen Hemimontis in Thracia, excelsitate cōspicui: ex cuius vertice vulgata opinio est, Ponticum simul & Adriaticum mare, & Istrum amnem & Alpes conspicui posse. Ideoque Philippum Macedonum regem cupidō olim cepit ascendendi in hunc montem, ad cuius verticem tertio demum die cum filio Perseo peruenit. Probus grammaticus, Virgilianus interpres, auctor est à nomine regis Hemimuncupatu Hemum esse, à cuius sorore alter quoque mōs Rho-

dope nominetur. Rhodopem & Hemum in holce montes transfiguratos esse fabilæ canunt & signat Ouid. in 6. Metamorphosis his vetsibus. Threisca Rhodopen habet angulus unus, & Hemum: Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam. Posset nomen hoc quoque deduci non insciret id est, à sanguine tanquam prædoni congruat nomen sanguinolentum cum sanguine latrones gaudcent. Hinc Mars apud Græcos, bona epitheto cognominatus, quasi sanguine gaudens. Alias Hemus nomen est Græculi histrionis, cuius meminit satyrographus. Therone. ] Nomen accommodatum latroni, ut potè à feritate deductum. Non enim Græcè fera est: unde Therodamus, quasi ferarum dominator, apud Ouid. hinc Theriotrophion dicitur Varroni, septum quo feræ inclusæ pascuntur. Virg. meinit Theronis alterius. Ex eadem origine Theriaca, Theriacique pastilli nominantur: quoniam scilicet medentur mortibus ferarum, & contra venenata aduersantur: vel quia sunt ex viperæ, quam Græco vocabulo serpentem appellant: quod & Galenus indicat in libro de Theriaca (sic enim scribendum est, non tyriaca) ubi ait ex viperis fieri, amputatis utrinque quaternis digitis: sic modò serpentem id est, theres, hoc est viperæ sint utiles. Idem tradit, theriacen esse antidotum contra deleteria, id est, contra venena & venenata. Sunt ergo Græcè dicitur venenum. Latrone inlytro. ] Vocabulum est ex his quæ Græci dicunt μίσθιον: namque inclitus cum laude usurpatur, & cum reprehensione. A. Gellius, aliquique eruditus, superlatiuum, quod est inclitissimus, usurpat. Manipulos factionis. ] Contubernia factionis gladiatoriæ significat. Manipulus enim (si credimus Vegetio & Modesto, de re militari commentantibus) vocatur contubernium, ab eo quod coniunctis manibus dicebant. Erant autem milites decem sub uno papilione degentes, quibus unus qui præest caput contubernij nominatur. Liuio manipuli sunt numerosiores, qui sic scribit in 7. Manipulus leues vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat. M. Varro manipulum interpretatur, quasi manus plures. Cincius libro 6. de re militari: In legione inquit, sunt centuriæ sexaginta, manipuli 30, cohortes decem. Quibus verbis indicat, manipulum duas centurias continere, constareque ex militibus ducentis. Grammatici manipulos pro signiferis accipiunt: quia sub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus hastis foeni manipulos illigabat, & hos pro signis gerebat. Quod sensisse videtur & Ouidius, cum ait: Pertica suspensos portabat longa maniplos, Vnde manipularis nomina miles habet. Inde commanipulones dicimus, ut  
commili-

commilitones, in eodem manipulo commilitantes. Com-  
manipulationem dixit Spartanus, pro contubernalitate, &  
eiusdem manipuli societate & commilitio. Manipulos pro  
fasciculis manualibus ponit, nemo non nouit. *Amisi.*] Lego,  
amisi, hoc est perdidisti: ut verbum sit, non participium. *Procu-  
rаторем principis.*] Apud Iurisconsultos libro primo Digesto-  
rum titulus est, de officio procuratoris Cæsaris: ubi tradit Vl-  
pianus, quæ acta gestaque sit à procuratore Cæsar, sic ab eo  
comprobari, atque si à Cæsare gesta essent. Claudius Cæsar  
(ut refert Cor. Tacitus) procuratoribus suis omne ius tradidit,  
parēmque vim in rebus peragendis eorum esse voluit, ac si  
ipse statuisset. Procuratoris nomine (docet M. Tullius in orae  
tione pro Cecinna) appellatur nostri iuris vicarius, qui negotio  
nostro præpositus est. Vlpianus libro tertio Digestorum: Pro-  
curator, inquit, est, qui aliena negotia mandato domini admi-  
nistret. *Ducenaria perfunctum.*] Legimus, annotauimusque apud  
Suetonium, quartam iudicum decuriam ab Augusto Cæsare  
additam esse, quæ duceniorum vocaretur, iudicarētque de  
leuioribus summis. Duceñarij autem nominati videtur à censu  
ducentorum festerūtū, cum legitimo iudici equitique fester-  
tia quadringenta census fuissent. Nunc Apuleius procuratorem  
principis ducenaria perfunctum esse tradit, intelligi volens, eum  
in decuria duceniorum iudicum olim fuisse: vel potius si-  
gnat, illum nomine Cæsaris publicanum exactorēmque extitisse.  
Est autem ducenaria nomen vectigalis & tributi, quales sunt,  
centesima, quinquagesima, vigesima, & reliqua id genus: quæ ex  
auctiōnibus illicitis nomina publicani inuenierunt. Ego re dili-  
genter curiosēque perpensa, censeo hoc in loco primo hastatum  
denotari. Dicebatur autem primus hastatus, qui duas centurias,  
id est, ducentos milites ducebat in acie secunda, quem nunc du-  
cenarium vocant, ut Vegetius Modestūsque notificant. Perfun-  
ctum ducenaria dixit Apuleius, quem intelligi voluit fuisse du-  
cenarium, hoc est, præfectum duarum centuriarum: qui duci-  
tus in re militari erat honestissimus. Sicut autem centenarium  
dixerat, quem nunc centurionem nominant: ita & ducenarium  
appellauerit præfectum manipuli, quo duceni milites contine-  
tentur. Hic est intellectus, hæc significatio Apuleiani verbi: in  
quo plerique omnes cæciunt atque hallucinantur. *Decaf-  
sum.*] Qui fuerat principis procurator & ducenarius quod aspi-  
rantis fortunæ specimen est: idem reflante fortuna devolutus de-  
cussusque est ex pristino fastigio. qualia quotidie exempla cons-  
picuntur, quotiens voluit fortuna iocari. Solon amicos princi-

pum calculis ratiocinatorum comparare consueuerat, ut enim illi modò maiorem numerum, modò minorem significant, ita & principes, prout libitum fuerit, aliquando illustrem & inclivum faciunt, aliquando obscurum & ignobilem, nunc extollentes in summum, mox in imum detrudentes. Orontes Artaxerxis gener, cum ex summo fastigio in imum cecidisset: quem admodum, inquit, calculatorum digiti nunc milleparium numerum, nunc ynum tantum supputant, eodem modo regum amicos posse quandoque totum, quandoque minimum. quod Graece dicitur, *βασιάων πλευρῶν τὸ πέρι θύεως, οὗ δὲ τούτους*. Ita oppidò quam decenter Sidonius Apollinatis consuetudinē principum flammarum naturae bene comparat, quæ sicut paulum à se remota illuminant, ita satis sibi admota comburunt. *Præterea unte me orato.*] Castigator lectio est, prætereuntem principis procuratorem, unde sibi prima mali labes extiterit.

*Fuit quidam* <sup>3</sup> *Narratio de pro-*  
*curatore principis, brevis lucida,*  
*probabilis, ex disciplina rhetorica.*  
*Officij. Iulius Capito inus officia*  
*palatina nuncupat, officiales (ve*  
*ita dicam) aulicos & imperatorios.*  
*Sic enim* inquit <sup>4</sup> *in Galienis:* Cum  
 iret ad hortos no-  
 minis sui, omnia  
 palatina officia se-  
 quebantur, praeto-  
 res provinciales,  
 qui cum officio  
 mittebantur. Offi-  
 cia quoque pro-  
 uincialia nomi-  
 nantur, ut docet  
 Donatus. In aula  
 imperatoria erat  
 magister officio-

*Fuit quidam multis officiis in aula*  
*Cæsaris clarus atque conspicuus, ipsi*  
*etiam probe spectatus. Hunc insimula-*  
*tum quorundam astu, proiecit extor-*  
*rem sauiens inuidia. Sed uxor eius*  
*Plotina, quedam rare fidei atque sin-*  
*gularis pudicitiae femina, quæ decimo*  
*partus stipendio viri familiam fun-*  
*dauerat; \* sumptis atque contemptis*  
*urbica luxuriae deliciis, fugientis co-*  
*mes, & infortunij socia, tonso capillo, in*  
*masculinam faciem reformato habitu,*  
*pretiosissimum monilium & auro mone-*  
*tali Zonis refertis incincta, inter ipsas*  
*custodientium militum manus, & gla-*  
*dios nudos intrepida, cinctorum peri-*  
*culorum particeps, & pro marii salute*  
*peruigilem curam sustinens, erumnas*  
*assiduas ingenio masculo sustinebat.*  
*Tamque plurimis itineris difficultati-*  
*bus, marisque terroribus exantlati,*  
*Zacynthum petebat: quam fors ei fa-*  
*talis*

talis decreuerat temporariam sedem. Sed cum primum littus Actiacum, quo tunc Macedonia delapsi grassebamur, appulisset, nocte promota, \*tabernacula quandum littori nanique proximam, vitatis maris fluctibus, incubabat. Inuadimus, & diripiimus omnia: nec tamen periculo leui tentati discessimus. Simul nanque primum sonum ianue matrona percepit, procurrens in cubiculum, clamoribus inquietis cuncta miscuit: milites, suosque famulos nominatim, sed & omnem viciniam suppetitatum conuocans: nisi quod paurore cunctorum, quem sibi quisque metuentes delitescebant, effclum est, ut impunè discederemus.

mulatum.] culpatum, accusatumque. Plantus: sic me insinulare fallum facinus tam malum. Astu.] In aula principum frequens est hic morbus, ut boni insinulentur, concilienturq; calumniis susurrorum: quibus principes autē nimis patulas præbent: vbi enim calumniator & detractor in aurem facile stellavit ex genū de naturæ veneno, & in orum lumine principali, viri boni sumouentur, & extortes à patria eliminantur, amandantur. Ammianus Marcellinus taxat Constantium Imperatorem, apud cuius aures nimis patulas virulentæ linguae existimationem virtuti fortis inuidia gravi pulsarent. Habeat itaque princeps in memoria & in pectore scitum illud Domitiani: Delatores qui non castigat, irritat. Custodiat quoque illud intra mentis penetralia, quod Alexander Magnus facere solebat: qui in iure dicundo accusatore dicente, altera manu aurem occludebat, eamque reo ilibatam conseruabat. Plotina.] Alludere videtur ad Plotinam Augustam, Traiani Cæsar's coniugem, fœminam sanctitate, probitate, & omnibus quæ in muliebrem sexum cadunt virtutibus celebratam: cuius fauore Hadrianus in intérieurem Traiani familiaritatem receptus est. Eadem olim Traianum corripuit, quod calumniis suorum procuratorum prouincias diuexari permettet. Rare fidei.] Versus Græcus prouerbialis signat nullam esse in-

tum dictus, cuius meminit Marcello. Cesars. ] Traianum, siue Hadrianum si gnat: illis enim tē poribus floruit Apuleius. Ipsi probe spectatus. } Princepis est virtus maxima, nosse suos: vt inquit Epigrā matarius poëta. & profectō decet bonum principem, spectatos explorat que habere mores aulicorū, ne lupi sub habitu ouium delicescentes obrepant. In-

fœmina fidem, & quæ fœminis id est, id est, In fœminis fidem credere non licet. Preceptum est Aësopi fabulatoris: τὴν γυναικὸν διδοὺς διαπέπτει, id est, fœminæ nunquam arcana credideris, κούρον δὲ τὸ θηλεῖον γυναικὸν δεῖ φάλον. infidum enim est genus fœminarum. Vetus proverbum est, Nec mulieri nec gremio credi oportere: propterea quod mulier incerti & leuis animi est: & plerunque in gremio posita, cum in obliuionem venerunt exurgentium, procidunt. Magna ergo est fœminæ laus, quæ à fide & pudicitia commendatur: cum pleraque omnes infidae sint, & impudicitiae infamia pulsentur. Doctissimi viri vox est, pudicitiam in primis esse fœminæ retinendam, qua amissa omnis virtus ruit. In hac muliebrium virtutum principatus est pudicitia: pauperem commendat, diuitem extollit, deformem redimit, exornat pulchram: bene meretur de maioribus, quorum sanguinem furtiva sobole non vitiat: bene de liberis, quibus nec de matre erubescendum, nec de patre dubitandum est: bene in primis de se, quam à contumelia externi corporis vindicat, auctor diuus Hieronymus lib. i. contra Iouinianum. Thucydides optimæ esse censet mulierem, de qua minimus apud extrarios sermo habeatur: existimans, probæ mulieris nomen perinde ac corpus, intra domesticos parietes contineri oportere. Contrà Gorgias Leontinus censet, mulieris non solum formam, sed egregiū quoq; nomen & formā, debere apud plurimos esse vulgata: quod & Plutarchus probat in lib. de Virtutib. mulierum. Decimo partu stipē.] Notat Plotinam decies peperisse. Plin. memorat, Corneliam Gracchorum matrem duodecies, Agrippinam Germanici nouies peperisse. Celebratur & Eutyche fœmina, quod enixa sit triginta partus, & mortua à viginti liberis rogo illata. Stipendum autem partus dixit, ex translatione militari. Milites. n. stipendiōsi (sic enim appellantur, qui multa stipendia fecerunt) solent ex numero stipendiōrum mereri prærogatiwas veteranorum, & priuilegia: & ut in Codice Imperatorio scriptum annotauimus, viginti stipendia militem faciunt veteranum, & vacationem militiae præstant. Vxorem ducendam Plato præcipit gratia liberorum: sufficientem autem filiorum numerum esse duos, matem scilicet, & fœminam, in II. de Legibus. Viri familiam fundauerat. ] Platonica lex filios duos satis esse præscribit ad familiam fundandā. Quantò igitur fultura maiori domus illa fundatur, in qua quinques numerus filiorū Platonicus multiplicatur: Iurisconsulti excusationē dant parentibus, numero filiorū quinq; subnixis. Extorrei. ] exulem, extra terram & genitale solum eiectum, eliminatumque: sicut enim exul extra solum, sic extorris extra terram nominatur.

natur. A. Gel. Exul extorrisque esto. Virg. Finibus extoris, expor-  
nit Seruius, extra suas terras remotus. *Sumpis.* } Corrigo spretus. se  
quiturenim, Atque contemptis. *Vrbica luxurie.* ] M. Tul. in oratio-  
ne pro Roscio Amerino: In urbe, inquit luxuries creatur, ex lu-  
xuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erumpat audacia.  
Ab urbe vrbicus, urbanus, urbanianus deriuantur. Urbaniania-  
nos autem milites dici inuenio apud auctores, non tam eos qui  
urbani essent, & Romani, quam qui ad urbem. Ab urbe quoque  
vrbicarius dictus. unde vrbicaria procuratio à iurisconsultis tit.  
de minoribus usurpat: quam urbanam intelligi volunt. *Fugien-  
tis comes.* ] Magna foeminae laus, quæ fugientem maritum &  
extorrem comitata sit: namque maritorum calamitates mate-  
riana præbent vxoribus nominis æterni comparandi. Nec enim  
Alcestis, nec Penelope, ut inquit Aristoteles in secundo Oecono-  
mico, tantam sibi gloriam comparassent, si cum fortunatis viris  
vixissent: verum Admeti & Ulyssis infortunia parauerunt illis  
memoriam sempiternam. Celebrant historici Hypsicrateam  
Mithridatis regis vxorem vel (ut quidam tradunt) pellicem, quæ  
Persico habitu induita, & in habitum virilem reformata, tonsis  
capillis victum à Cn. Pompeio Mithridatē, per efferas gentes  
fugientem, animo patiter & corpore infatigabili secuta est: cui-  
ius tanta fides, maximum fuit solarium, & iucundissimum leni-  
mentum marito, ærumharum aggeribus presso: qui eam ob  
virilitatem & audentiam, masculino nomine Hypsicratem ap-  
pellabat. Hypsicrateam imitata Plotina hæc est, quæ tonlo  
capillo virum mentita, coniugem comitata est in exilium eun-  
tem, impauida, imperterrita, & quædam quasi virago tolerans  
ærumnas acerbas. Versus Græcus est *παρεγμιαστε*, id est, prouer-  
bialis, πυρὶ δὲ ξενὸν μηδεῖον ὁ δίκιος. Vxor bona domus est fun-  
damentum. Fœlices nimirum viri illi sunt quib. uxores tales co-  
tigerunt. Quod ad me attinet, nulli marito inuideo vxoriā bea-  
titatem: habeo enim vxorem ex animi mei sententia. *Auro mo-  
netali.* } Periphrasticōs & per circumlocutionem, significat  
nummos aureos, qui & aureoli nuncupantur. Consimilis est illa  
apud Satyrographum circumscriptio pecunia: Concisum ar-  
gentum in titulos, faciesque minutas. Aurum autem mone-  
tale dictum, ab eo quod cuditur in monetam, & figuratur va-  
riis formis. Tradunt iurisconsulti, Triumuiros monetales consti-  
tutos esse, qui præsident monetae cudenæ. Monetarios appellant  
signatores cussoresq; monetae. Firmicus Maternus: Habentes, in-  
quit, horoscopum sub cygno, erunt monetarij. *Zonis referunt.* ] In  
libro Annotationum latissimè explicauimus, morem priscorum

fuisse, ut zonas numinis referatas haberent. Vnde apud Tranquili-  
 legimus, Vitellium zonā se aureorum plena cinxisse. & Caius  
 Gracchus orator: Zonas, inquit, quas plenas argenti extuli, eas ex  
 prouincia inanes retuli. Spartanus quoque auctor est, Pescen-  
 nium Nigrum Imperatorem Romanum iussisse, ne milites in  
 zonis numeros asteos vel argenteos portarent ad bellum. Quin  
 etiam Lampridius Alexandrum Romanum dicere solitum re-  
 ferat, Miles non timet nisi vestitus & satur, & habens aliquid in  
 zonula. In hanc sententiam est illud Horatianum. Ibit eò quod  
 vis qui zonam perdidit, inquit. Vbi exponit Porphyrio, milites  
 viaticum in zona portare solitos. Consimiliter Plutarchus in  
 Demetrio memorat, Sosigenem aureos numeros habuisse in  
 cingulo militari pro viatico. Hanc zonam aureo monetali  
 referat signat Iuvenalis illo versu: Obrutus & zonam lava  
 mortisque tenet. In quo commentatores per incuriam hallu-  
 cinantur, nihil suspicentes subesse doctrinæ remotionis. Euangeli-  
 glica lex præcipit, ne æs, hoc est pecuniam in zonis habeamus.  
 Incincta. } Sicut inaudire, inobscureare, accipiūtur pro simplici ver-  
 bo apud eruditos: sic & in cingere dicimus, pro cingere: incincta,  
 pro cincta. M. Tul. in nona Philippica: Nulla eius legationis po-  
 steritatem inobscurabit obliuio. Apul. aliubi inconcupiscendam  
 amicitiam dixit, pro concupiscendam & id genus sexcenta alia  
 apud auctores idoneos inuenire est. Plin. 30. Vipera inassata io-  
 cinerum doloribus medetur. Idē inalpinos populos dicit, quos  
 vulgo Alpinos vocant. Ingenio masculo } virili scilicet, & impertet  
 ritto, neque ærumnis succumbenti. Exantatis. } exuperatis ex-  
 haustisque. Zacinthum petebat. } Ante Aetolianum Zacinthus in-  
 sula est libera, prope Cephalleniam, Ithacam, & Dulichium:  
 quæ omnes insulæ sub Ulyssis ditione fuisse memorantur. Plin.  
 in 4. Zacinthum fertilitate præcipua in fuisse cum oppido ma-  
 gnifico tradit, quæ aliquando appellata Hyrie sit. Homer in Ca-  
 talogo, οὐτε ζακύνθον εχον. In insulas autem relegari deportati que  
 solitos damnatos testis est antiquitas: quæ pœna ob hoc insula-  
 ris dicta. Marcellinus: Nec strepente ullo, nec obstante, insulari  
 pœna mulctati sunt. Cor. Tacitus, plenum exiliis mare decenter  
 dixit, propter insulas, in quas deportabantur, relegabanturque.  
 Apud illis consultos inter pœnas est insula deportatio, quæ pœ-  
 na (ut inquit Vlpia.) adimit ciuitatem. Relegatorum duo genera  
 sunt. Sunt quidam, qui in insulam relegantur: & sunt, quibus sim-  
 pliciter prouinciis interdictitur. In insulam relegare praesides  
 prouinciarum possunt. Temporariam sedem. } Quidam relegantur in per-  
 petuum, quidam ad tempus: ut docet Vlpia. tit. de interdictis. Hie  
 tempo-

temporaria relegatione & exilio significat procuratorem principis esse multatum. Pli. theatrum M. Scauri temporarium appellat, quod ad tempus extructum fuit, cuius sedes perpetuo mansura non erat. Temporariæ amicitiae dicuntur vulgares ab eruditis, quæ non sunt perpetuae, sed ad tempus: quandiu scilicet fortuna est secunda. De quibus Seneca haec refert: Hæ amicitiae sunt, quas temporarias populus appellat. Qui causa utilitatis assumptus est, tandiu placebit, quamdui utilis fuerit. Florentes amicorum turba circunsidet, circa eversos ingens solitudo est. Temporaria Græcorum ingenia scitissimè appellat Q. Curtius quasi temporis seruientia, & fortunæ obsecundantia. Temporius aduerbum, quod significat maturius ac tempestiuus: cuius contrarium est Serius. Columella in nono: ante crepusculum gallinæ, inquit, cibi spe temporius ad officinam redeant. Ouidius: Modò surgis eoo Téporiùs célo modò seriùs incidisvndis. *Litus Actiacum.* } Actium Epiri promontorium & oppidum est, cum templo Apollinis nobili: unde Actiacum littus dictum. Locus est inclitus testimonio eruditorum, & Augusti Cæsaris victoria, ubi nauali prælio M. Antonium Cleopatrāmque deticit: & ut Actiacæ victoriæ memoria celebratior, in posterum esset, utrem Nicopolim apud Actium condidit, id est, victoriæ ciuitatem, ludosque illic quinquenales instituit: qui instar sunt Olympiorum, & actia cognominantur, quorum meminetur Strabo, Tranquillus, cæteri. Ad quos alludens poëta, scripsit in tertio Æneidos: Actiaque Iliacis celebramus littora ludis. *Appulisset.* } Appellere verbum est nauticum, & propriè dicitur, cum ex pelago aut freto quis ad littus accessit. Virgiliius: Hinc me dgressum vestris Deus appulit oris. Appellere quoque dicuntur pecora ad aquam accendentia. Vnde & appulsus usurpatus à iurisconsultis, pro ipso iure appellandi, ipsaque appulsionem. *Nocte promota.* } altiore. Denotat noctem vel intempestam, vel concubiam. Nam id horæ nox maximè promota est. *Nani.* } qua adiectus erat cum Plotina maritus extorris. *Incubabat.* } cubādo obtinebat, habitabatque: Alias incubare dicuntur hi, qui in templis Deorum dormiunt ad accipienda responsa. vt illud Platinum ex Curculione: Incubare te satius fuerat Ioui. Item: Siquidem incubare velint qui periurauerint, locus non præberi potis est in Capitolio. Ex eodē intellectu est illud Maronianum: Pellibus incubuit stratis, somnōsque petiuit. De incubatu auiū, & quod gallinæ incubant oua, notius est quām vt debeat enarrati. Incubinā pro cōcubinam dixit antiquitas. *Matrona.* } Plotina: *In cōcubinam.* } dormitorium significat, de quo Plinius in triges.

mo scribit, Lacertam viridem in olla ante cubiculum dormitorij eius cui medetur, lieni remedium facere. Suppetiatum, auxiliatum, & ad suppetias ferendas: super quo verbo in superioribus satis multa.

*Sanctissima.* ]  
 Virgilius: Tūque  
 dō sanctissima con-  
 iunx, Fcēlix mor-  
 te tua. Sanctum  
 dicimus, in uiola-  
 bile, & quod ( vt  
 refert Martianus  
 iurisconsultus) ab  
 iniuria hominum  
 defensum atque  
 munitum est. San-  
 ctum autem di-  
 cētum est à sagmi-  
 nibus : sagmina  
 verò sunt herbae,  
 quas legati Popu-  
 li Ro. ferre solent,  
 ne quis eos viola-  
 ret : sicut legati  
 Græcorum fe-  
 runt ea quæ vo-  
 cantur. Cerycia.  
 Dictio mendosa  
 est libro primo  
 Digestorum, tit.  
 de rerum diuisio-  
 ne. Nam vbi ce-  
 rycia scribendū in-  
 fuit, passim scri-  
 ptum est cencia:  
 Græcē enim ἡγεμόνη  
 vocatur præco &  
 caduceator, quod  
 nomen legati est,  
 vt aliubi docui-  
 mus : & ἡγεμόνη  
 cerycia, insignia

Sed protinus sanctissima (vera enim  
 dicenda sunt) & unicae fidei fœmina,  
 bonis artibus gratiosa, precibus ad Ce-  
 saris numen porrectis, & marito redi-  
 tum celerem, & ag gressurā plenam vin-  
 dictam impetravit. Denique noluit esse  
 Cesar Hēmi latronis collegium. & con-  
 festim interiit: tantum potest nutus etiā  
 magni principis. Tota denique factio-  
 ne militarium vexillationum indagatu  
 confecta atque concisa, ipse me furatus  
 ægre solus medijs Orci faucibus ad hūc  
 euasi modum. Sumpta ueste muliebri  
 florida, in sinus floccidos abundante,  
 mitellaque textili contecto capite, cal-  
 ceis fœmininis albis illis & tenuibus  
 induitus, & in sequiorem sexum inser-  
 tus atque absconditus, asello spicas or-  
 deaceas gerenti residens, per medias a-  
 cies infesti militis transabij.\* Nam mu-  
 lierem putantes asinariam, concedebant  
 liberos abitus: quippe cum mihi etiam  
 tunc depiles genæ lœui pueritia splendi-  
 carent. Nec ab illa tamen paterna glo-  
 rīa vel mea virtute desciūt, quanquam  
 semitrepidus iuxta mucrones Martios  
 constitutus: sed habitus alieni fallacia  
 tectus, villas seu castella solus aggre-  
 diens, viaticulum mihi corrasī. Et dilo-  
 ricatis statim pannullis, in medium pro-  
 fudit duo milia aureorum. &, En, in-  
 quis,

quit, istam sp̄tulam, immò verò do-  
tem, vestro collegio libens, mēque vobis  
ducem fidissimum (si tamen non recu-  
satis) offero: breuis temporis spatio la-  
pideam istam domum vestram, factu-  
rus auream. Nec mora, nec cunctatio,  
sed calculis omnibus ducatum latro-  
nes: unanimes ei deferunt: vestēmque  
lautiusculam proferunt, sumeret abie-  
cto \* centuculo diuite. Sic reformatus,  
singulos exosculatus, & in summo pul-  
uinari locatus, cœna & poculis magnis  
inauguratur.

delium filios. Idioma sacrarum scripturarum sanctos interdum pro mundis atque purificatis nominat. Sacrosanctum verò id dicitur, quod iureiurando interposito est institutum, si quis id violasset, vt morte poenas penderet. Sanctuarium nuncupatur templum ipsum, vt idem Hieronymus docet. Flinius dixit, in sanctuariis Mithridatis inuentam esse à Pompeio antidoti compositionem: ubi sanctuaria accipi videntur pro arcanis sanctioribus, & quæ Græci vocant ἀρτίβια. Bonis artibus gratiosa.] Pleraque foeminae malis artibus & impudicitia gratiosæ fiant, & favorabiles apud principes: hanc verò signat Apuleius bonis artibus, atque sanctitate matronali iniisse gratiam à Cæsare, impenetrassé ab illo redditum coniugis ab exilio. Meretricum est, mālis artibus gratiam aucupari. Matronarum est, bonis artibus colligere fauorem, & gratia pollere apud summates. Matres familiæ non tā natalium claritudo commendat, quām bonitas & sanctitudo. Namq; vt docet Vlpianus, matrem familiæ neq; nuptiae neq; natales faciunt, sed boni mores. Aggressura. } Sicut grassatura pro grassatione, sic & aggressura pro aggressione dicitur. Significat autē Plotinā impetrasse à Cæsare, vt vlciseretur latrones pro aggressura, qua maritū aggressi inuaserāt, despoliauerāntq;. Latronis collegiū. } Collegia si qua fuerunt illicita, mandatis principalibus & constitutionibus, & senatus consultis dissoluuntur: auctor Martianus iurisconsultus tit. de collegiis illiciti: vbi scribit, collegiū fieri non posse, nisi ex senatus consulti auctoritate, vel Cesaris. Augustus, vt refert Tranquillus, collegia, præter antiqua &

quæ gestant ca-  
duceatores, vt ita  
legati esse noscan-  
tur, vt inuiolabi-  
les & sancti sint  
mortalibus. In  
cōmentariis Sue-  
tonij non parum  
multa tradidi-  
mus, declarantes  
illud Senecæ: Nō  
vis nisi Ceryx, aut  
Prytanis, aut Su-  
fes administrare  
tempublicā. Hier-  
onymus sanctos  
dici autumat fi-

legitima, dissoluit. Quod verò magis illicitum collegium sit, quām latrocinale, non dispicio, cūm factio[n]es latronum vbiq[ue] locoru[m] dissoluendæ sint, ac exterminandæ, & si fieri potest, ad internectionem redigendæ. & , vt auctor est Vlpianus, congruit bono & graui præsidi , curare vt pacata prouincia sit quam regit, vt latrones furēsque conquirat & in eos animaduertat, receptratorēsque eorum coētceat , sine quibus diutius latro esse non potest. *Interibit.*}Lego, *interiit*. significat enim, confessim interriisse & extinctum esse collegium latronum, vbi id iussit Cæsar. Nam de principe illud Psalmographi dici potest : Ipse dixit, & facta sunt. & vt scriptum legimus in libro Esdræ : Si rex dixerit , Exterminate , exterminant: plantate, plantant: & omnes virtutes eum obaudiunt. *Nutus magni principis.*] Notissimus est ille versiculus: An nescis longas regibus esse manus? & , vt inquit Herodotus in Vrania, Regis vîres supra hominem sunt , & manus prælonga: idem pollet potestque in terris rex , quod in celo Jupiter, cuius nutus pro lege obseruatur. Veteres inter nutare & annuere & nictare hoc interesse voluerunt , vt nutare capit[is] dicatur, annuere natum vel laborum, nictare oculorum. quam differentiam signare videtur Plautus , sic scribens in Asinaria: Neque illa vlli homini nutet, nictet, annuat. *Militarium vexillationum.*}Tradunt Vegetius & Modestus , vexillationes dici alas equitū, à velo, quia scilicet velis vterētur. Verba, vt docet M. Tul. in oratore s[ecundu]m contrahuntur : vt ex vexillo velum contractum est, è maxillis mala, ex pauxillo paulum. Linius refert, ordines militares tribus ex vexillis constare : vexillus autem centum octoginta tres homines erant. Primum vexillum triarios ducebant, secundum rorarios, tertium accensos. Sunt autem rorarij, vt ve[ct]ib[us] apud historicos frequens intelligas, milites qui prælium antè committebant iaculis , quasi roratione quadam præudentes. Vnde & à rore dicti sunt: nam antè rorat, quām pluit. *Indagatu.*} inuestigatu & inquisitione. *Confecta.*] contrucidata , extincta : conficere enim interdum est occidere, & exanimare: inde confessores bestiarum dicti , pro imperfectores. M. Tul. gladiatorem confessum & saucium Catilinam appellat: translatione oppidō quām decenti, & verbis gladiatori conguentibus. *Medius orci fauibus.*} Ille dicitur euadere ex fauibus orci, id est Plutonis, qui præter spem euadit, subduciturque à more impendente, sic Cicero : Ex flamma atque ferro ac penè ex fauibus fati erectam urbem , & vobis consruatam ac restitutam videtis. Orci autem fauces dixit, ex Virgiliana imitacione

tione: Vestibulum ante ipsum, primisque in fauibus orci. *Floccidos.* } A floccis, qui eminent in panno, dicti sinus floccidi. Cornelius inter signa ægroti mortifera esse dicit, si floccos colligit. & de floccis in hoc significatu crebra est mentio apud Plinium, & cæteros. Quidam corrigunt, flaccidos, quasi languentes & fluxas atque laxas vester intelligi voluerit: flaccere enim est languere. Inde in Apologia scriptum est: Oratio rebus flaccet, strepitū viget. Inde & cognomina Flaccorum, quorum scilicet aures essent flaccidæ. *Abandante.*] Quid si legas, *Vndante?* dicimus enim eleganter vester vndantes, quæ instar vndarum fluctuant & vndantur. Alia nimilum intelligitor vestis illa, quam Cymatilem ab vndis & fluctibus dicunt, quæ cymata nominantur: cuius meminit Plautus in Epidico. Namque Cymatilis veste ex eo nomen accepit, quod fluctuum similis sit, & textura ipsa fluctus & vndas imitetur: qualia hodiéque vestimenta symbolora vulgo nominant. De hac cymatili veste Ovidium intellexisse arbitror, cum ait: Hec imitata vndas, nomen quoque traxit ab vndis. Quidam intellectum carminis Ouidiani ad cœruleum vestimentum referunt, qui color est vndarum. *Mitella.* } A mitra, quod muliebre tegumentum est, per diminutionem mitella deducitur, de qua Virgilius in Iudicio poëmatio: Copæ Syriæ caput Graia redimita mitella. Sicut pilea viorum sunt, auctore Seruio, ita mitræ fœminarum, quas calanticas dicunt. Hinc Virg. huiusmodi ornatum in viris quasi fœmineū ac probrosum, criminatur, cū ait: Et tunicae manicas, & habent redimicula mitræ. Arabes mitrati degunt, ut tradit Plinius. *In sequiorem sexum.*] Id est, muliebrem, qui sequior est, & aliis à virili. *Incensus.*] qui ignorabat, delitescens sub habitu cultuque fœmineo. Prior lectio est, *Insertus.* nam qui induit vestimenta muliebria, quasi inseritur & transfiguratur in alterum sexum. Lex Iudaica, ut in Deuteronomio scriptum legimus, præcipit, ne mulier induatur veste virili, nec vir vtratur veste fœminea. Probrosum enim id est, nisi quis ea causa indueret qua Euclides factitauit: qui, vi scriptores annotauere, sub noctem, priusquam ad uesperasceret, tunica longa muliebri indutus, & pallio versicolor amictus, ad Socratem è domo sua clam contra decreta Atheniensium conmeabat, ut sermonum doctrinæque Socraticæ fieret vel tantillo tempusculo particeps: rursusque sub lucem milia passuum paulò amplius viginti, eadem veste illa intectus, domum redibat. Sensus est: Indutus cultu vestituque fœmineo, & ita hoc æstu ignotus evasi. Legimus apud historicos, Volusium à triumuiris proscriptum, assumptio ha-

bitu sacerdotali per itinera viásque publicas stipem emendantem, hac fallacia salutem quæsiuisse. *Per medias.* Ilego, *per medias acies.* Infestis militis. ] infestoruim infensorumque inilitum: numerus singularis pro plurali. quæ locutio apud scriptores omnes frequens & peræquè decora est. Liu. Romanus bello victor. In vñ quoque iuris frequenter, vt Caselius ait, singulari appellationes, cùn plura generis eiusdem significare velinus. nam multum hominem venisse Romam, pisein vilem esse dicimus. item nomine hæredis, plures hæredes continentur. *Liberos aditus.* liberum accessum. Potes legere, abitus, vt sit sensus: liberam abitudinem, hoc est discessum, sibi concessam fuisse à militibus, opinantibus illum ex habitu fœminam esse. Virg. Amphitryoniades armata habitumque pararet. *Depiles genæ.* ] Genas depiles dicimus, lœwigatas, & sine pilis: quales sunt his quos inuestes vocant. Talis autem vultus facile fœminam mentitur, quem Horat. decenter ambiguum appellat. *Læui.* } Prima longa tractum legendum & scribendum est, vt lœuor pro teritudine, & lœuatut pro expolito. Lœuis optimo epitheto dicitur puer, & pueritia, quæ scilicet nullo barbitio, nullis pilis hirsuta est. Mart. Læuior ò conchis Galle Citheriacis. Virg. lœuis ocreas dixit, pro ex politas & lœwigatas. *Desciui.* ] degenerauit. Populi desciscere dicuntur, qui fidem fallunt, & deficiunt ab eo quem colebant. Dicit se non degenerasse à gloria patris, cùn plerunque (teste Manilio) degenerent nati patribus, natisque parentes. *Habitus alieni.* } vestimenti muliebris, quo fallebat oculos mortalium, & nullo quippiam suspicante impunè grassabatur, dum mulier esse creditur. *Aggregiens.* } quasi aggressuris quibusdam & grassationibus inuadens *Viaticulum corrasum.* ] Græci ephodion dicunt, quod nostri viaticum, & per diminutionem viaticulum: verbum Plautinum & vetus est viaticari, quod significat viaticum parare. Iurisconsulti tit. de iudiciis: Futurū sit, vt impunè fraudē patiatur, & egestate Romæ laboret, viaticulo suo non recepto, quod ad sumptus pater ei destinauerit. *Corrasum.* ] confeci, corripui, & quasi radendo abstuli. Sic & illud Terentianum, Abradi potest, exponit Donatus per vim auferri. Iurisconsultus tit. de bonis damnatorum. Plerunque corrasas pecunias præsides ad filium transmiserunt. *Diloricatis.* ] discissis, dissutisque. Egesippus in quarto: Quicunque reperiebant, diloricabant. *Istam.* } sportulam. Qui coëunt collegium, & in sodalitijs societatem cooptantur, solent conferre pecuniam ex constituto. Quod Martianus notat, qui ait: Dimittit tenuioribus stipem menstruam conferre: & si quis in duobus collegiis fuerit, eligere eum oportet ex scripto

scripto principali, in quo magis esse velit, accepturum ex eo collegio à quo recedit, id quod ei competit ex ratione, qui communis fuerit. id nunc nomine sportulæ, & dotis significatur. Nam sicut vxor tradita dote recipitur à marito contubernium commune, sitq; particeps rei maritalis: ita latro pecuniam quasi domum confert in collegium latronum tanquam vadem & prædam commilitii. Sportula autem, quod nemo non nouit, nomen est erogationis. Sportulantes Cyprianus eleganter appellat, sportulis accipiendis operantes. Sportulam in nuptiali quoque festiuitate dari solitā, testis est Apul. qui in Apologia ait: Ne ciues denuò ad sportulas conuolarent. De sportula quæ clientibus & affectatoribus dabatur, de qua si equens mentio apud Iuvenalem, Martialem, cæteros, copiosissimè scripsimus in Suetonij commentariis. *Facturus auream.*] Hyperbole siue superlatio est, congruens personæ latronis magnifici & iactantici, qui plenus gloriarum, & gladiatoriæ firmitatis conscius, insolenter pollicetur se domum latronum, quæ lapidea erat, & latericia, facturum auream: congestis scilicet coaceruatisque auri & diutia rum gazis, ex latrocinitu & grassatura. *Calculis omnibus.*] Cunctorum consensu & suffragiis dux lattonum designatur. Calculos autem pro suffragiis dici, suprà scriptum est. & Plin. in epistolis inquit: Si modò tu fortasse errori nostro album calculum adieceris. *Ducatum.*] præfecturam latrocinaliem. Inter vocabula ancipitia, & quæ vtroque versūm dici possunt, ducatus quoque est, qui non solum pro bono principatu primatique, sed etiam pro malo accipitur. sicut in loco, ducatus latronum in deteriorem partem usurpatur. honorem quoque ita veteres dixerunt, ut etiam malus honos significaretur. Metellus Numidicus: Tantò, inquit, ille vobis quam mihi peiorem honorem habuit. quod significat, maiore vos afficit iniuria & contumelia quam me. Ductus militares pro præfecturis usurpant frequentissimè scriptores idonei. Si Mars Solem in horoscopo constitutum aspicerit, auctore Materno, ducatus, imperia, potestatesque decernit. *Lautiusculam.*] splendidiorem, & quæ duci latronum conueniret. *Centuculo.*] vestimento pannoso: super cuius verbi significatu multiplici affatim scripsimus in primo commentario. *Divite.*] Repugnantia sunt centucus & diues, cù centucus propriè pannorum sit, & sordidulorum. Sed nunc ex causa scitissimè diuitem centuculum nominat, quasi diuitiis faritu: ex quo scilicet, diloricatis pñulis profuderat duo milia aureo rū. In *summo puluñari.*] Plautus summi subsellij virum decenter appellat eum, qui in summo, hoc est in honoratiore loco honoris

causa discubbit: sicut econtrariò imi subsellij & imi lecti vir accipitur, pro despctissimo, vilissimòque. Legimus tamen apud priscos, medium in mensa locum honoratiorem extitisse: quod & Xenophon tradit in Pædia Cyri: & nos suo loco non indiligerent annotauimus. *Qui.*] *Quando.* *Cœna inauguraratur.*] Sermo ductus ex sacerdotum verbis & ritu. Nam quando flamen, aut augur, aut pontifex in collegium cooptabatur, soliti erant lauatore cœna esculentiorēque sacerdotalem dignitatem auspicari. Macrobius refert, cœnam pontificis luxuriosissimam, in tertio Saturnalium, vbi ait Lentulum flaminem Martialem, quo die inauguratus est, triclinia lectis eburneis strata habuisse. percensētque edulia non patum multa ganeata, quibus cœna illa pontificum farta fuit, & instructa. Hinc ab Horat. dictum, Pontificum potiore cœnis. Hinc M. Varro in tertio de re Rustica scribit, Q. Hor tensum augurali cœna primum pauones posuisse. cuius rei mentionem fecit & Plin. in ro. cuius verba cum variè legantur, varijs interpretamentis torserunt Plinianos enarratores.

*Monstruosa morte.*] ut scilicet virgo, asino exenterato, per medianam aluum nuda insue retur: & ita fartilis asinus super saxum expositus, solidis vaporibus tra deretur. *Cuncta nare.*] Hic, cui du catus latronum vltro delatus est, erat maritus capricia puellæ: qua visa, ne agnoscere eam videbatur, irrisione quadam & subsannatione, quasi vituperans abscessit. Nasum enim, vt inquit Plin. subdolæ irri sioni dicauerunt: unde narem con-

*Tunc sermonibus mutuis de virginis fuga, dēq; mea vectura, & utriq; desti nata monstruosa morte cognoscit: & ubi locorum esset illa percontatus, deducētisq; visa ea, ut erat vinculis onusta, cō torta & vituperanti nare discessit. Et, Non sum quidem tam brutus, vel certè temerarius, inquit, ut scitum vestrum inhibeam: sed mala conscientia reatum intra me sustinebo, si, quod bonum mihi videtur, dissimulauerero. Sed prius fiduciam, vestri causa sollicito mihi tribuite: cum præsertim vobis, si sententia hec mea displicuerit, liceat rursus ad asinum redire. Nam ego arbitror latrones, \* qui que eorum rectè sapiunt, nihil anteferre lucro debere suo, ac ne ipsam quidem sāpe & alijs damnosam vltionem. Ergo igitur si perdideritis in asino virginem, nihil amplius quam sine*

sine ullo compendio indignationem vestram exercueritis. Quin ego censeo, descendam eam ad quamquam ciuitatem, ibique venundandam: nec enim leui pretio distracti poterit talis etatula. Nam & ipse quosdam lenones primi cognitos habeo, quorum poterit unus magnis equidem talentis (ut arbitror) puellam istam prestatinare, condigne natalibus suis in fornicem processuram, nec in similem fugam discursuram, non nihil etiam, cum lupanari seruerit, vindicta vobis depensurā. Hanc ex animo quidem meo sententiam conducibilem protuli. Sed vos nostrorum estis consiliorum rerumque domini. Sic ille latronum fasci aduocatus, nostram causam pertulerat, virginis & astini sospitator egregius.

tortam & vituperantem decenter dixit, cum vituperatorem derisorumque signare voluisse. Natus, ut inquit Quint. derisus, contemptus, fastidium significari solet. [Tam brutus.] Brutum dicimus stupidum, graue, tardum, hebetem, insensatum: cui sapiens opponitur. Cyprianus in epistola de Demetriano: Nullus, inquit, effectus offerre lumen cæco, sermonem surdo, sapientiam bruto: cum nec

sentire brutus possit, nec cæcus lumen admittere, nec surdus audire. Verbum vetus est Obbrutescere, quod significat obstupescere. Afranius: Non possum verbum facere, obbrutui. Hor. dixit bruta tellus, pro graui & tarda, quod terræ perpetuum est. Inde bruta animalia, pro tardis & irrationabilibus. Plin. Bruta existimantur animalium, quibus cor durum riget: ubi bruta accipit pro hebetotibus, tardiorisque intellectus. [Scitum.] decretum & constitutionem. Sic enim plebiscitum dictum est, ab eo verbo quod est sciscere. Hinc locus ille Plautinus ex Pseudolo: Plebiscitum non æquè scitum est. [Reatum.] Sicut dicitur reatus homicidij & furti, ita reatum malæ conscientiæ eleganter vocat pro crimine & culpa. Messala primus reatum dixisse traditur. [Intra me.] Vetus verbum est, Conscientia mille testes, & inquit Pacatus in Panegyrico: Habet occultos conscientia carnifices, qui magis lancinant & torquent vitalia, quam cruces, quam verberra, quam tormenta, ut Græci dicunt, ξινσιδητε πλαντει τινω ψυχω, conscientia animam ferit. [Vestra causa.] Sum, inquit, solicitus & anxius non mea causa, sed vestra, & solicitudinem

pro vobis patior. Quærit apud A. Gel. Apollinaris Sulpitius, qua ratione dicatur, Habeo curam vestri aut misereor vestri: cùm videatur non vestri oportere dici, sed vestrū: sicut Græci dicunt καὶ οὐ μόνον. Nihil autem aliud rationis esse opinatur, nisi auctoritatem quandam vetustatis, non nimis anxie nec superstitione loquentis: sed procul dubio qui rectissimè loqui velle, vestrū potius dixerit, quām vestri. Noster Lucius dicere maluit vestri, quām vestrū, sicut à Plinio dictum est de terra: Quin & venena nostri miserta instituisse credi potest. Ad asinum. Id est, ad sententiam vestram, qua decrevistis ut asino puerla insuta perimitur. Anteferre. Latrocinantur, & grassaturis vias infestant, ob solum lucrum. id faciunt, lucro cuncta postponentes, lucrum plutis facientes quām vitam, quām Deum: ut meritò dicere possint, Lucri bonus est odor ex re Qualibet: & illud, Vnde habeas quærit nemo, sed oportet habere. Si ergo secta latronum censem sumnum bonum esse lucrum, nōnne debebat puella capticia magno potiù vendi, quām nullo facto compendio interimi? Damnosam vñl. Vindicta multis iucundissima rerum omnium est, iuxta illud: At vindicta bonum vita iucundius ipsa. & iram veteres diffinierunt, cupiditatem vltionis reponenda. Sed latronibus, qui lucrum spectant, qui quæsticulo inhiant, vltio damnosa & sine compendio omittenda est, nec indignatio cum iactura exaturanda. Ergo igitur Archaismos est. Veteres enim, ut inquit Donat. particulas hasce multipliabant. Perdideritis. Extinxeritis. Compendio. Lucro. Censeo. Utitur verbo illo, quo utitur senator qui in senatu sententiaria dicit. ut Cicero frequenter ait: Censeo patres conscripti. Distrahiri. Vendit: verbum est peculiare iurisconsultorum. Distractione quoque pro venditione accipitur, ut supra scripsi. Talis etatula. Mancipia quæ adolescentiora sunt, & recentiora, longè maiore pretio distrahuntur quām veterana: propterea quod ( ut scribit Vlpia. ad edilitium edictum) præsumptum est, ea mancipia quæ rudia sunt, simpliciora esse, & dociliora, & ad omne ministerium aptiora. Tracta vero mancipia & veterana difficile est reformare, & ad suos mores formare: Quia igitur venalitiarij sciunt facile decurri ad nouitorum emptionem, idcirco interpolant veteratores seruos, & pro nouitiis vendunt. Annotandum est, venalitiarios dici à iurisconsulto, eos qui vendunt seruos: interpolare vero significat immutare, & in aliam quasi formam reformare. Sic à Plin. medicina dicta est ars interpolis, quoniam sæpe & immutata aliam atque aliam formam accepit. Poterit unus. In edicto praetoris continetur: Qui lenocinium facit, infamia notari, lenocinium

nium autem facit is ( ut interpretatur Vlpianus) qui quæstuaria  
mancipia habuit. Apud Plaut. lenones graphicè describuntur,  
qui puellas scitulae formæ magno pretio emunt, quas mox ama-  
toribus prostituant, compendium vberius lucrūmque captantes.  
Apud Senec. in controversiis leno emit virginem à piratis, ut in  
lupanari prostituat. In Persa leno sexaginta argenti minis puel-  
lam emit, decipiturque dolis Toxili. *Præstinare.* ] emere, ver-  
bum in hoc significatu frequens. Plautus quandoque dixit de-  
stinare, pro præstinare & emere. sic enim ait in Persa : Dij Déæ-  
que te agitant irati & scelus, qui hanc non properas destinare.  
Lenonis diminutiva sunt lenūculus & lenulus, quæ usurpat Plaut.  
& annotauit Pris. πρόφεσον Græci vocant lenonem, scorta  
alentem. *In fornicem.* ] Fornices dicuntur curuatura, quæ arcus  
aut cameras faciunt, siue naturales, siue hominum manu per-  
fectæ sint: auctor Donatus, Virgiliani poëmatis commentator.  
De naturali fornice ait Vir. Aut amnis ripis, aut alti fornice  
saxi. De extructis forniciis exempla affatim suppetunt. Cic.  
fornicem Fabium memorat, qui fuit arcus iuxta regiam in sa-  
cra via, à Fabio censore constructus, qui deuictis Allobrogib. no-  
minatus est Allobrogicus. Quoniam verò meretrices in eiusmo-  
di locis & cellulis prostare consueuerunt, factum est ut fornix  
pro lupanari & cella meretricia accipiatur & fornicari pro scot-  
tari, & fornicator pro scortatore, & fornicatio: quibus verbis  
scatent descriptores ecclesiastici, quæ vix inuenias apud pri-  
scos illos teriores puriorésque conditores. Scribi Paul. de  
fundo instructo, quod balneatorio instrumento legato contine-  
tur & fornicator. Vbi fornicator dici videtur minister fornicis  
in balneo calefactandi. Item ad legem Aquiliam mentio fit for-  
nicarij. Plin. Palma, inquit, econtrariò fornicatur, id est, curuat-  
ur ad fornicis similitudinem. & ita omnes prisci, qui purissimè  
loquuti sunt, usurpat hæc verba alio significatu quam faciant  
ecclesiastici scriptores, & indoctum vulgus usurpet. Nec ego  
fornicatorē dicere ausim pro scortatore, nec fornicari pro adulto-  
rari &c. quæ in ore idiotarum sunt. Sed ad propositum: Quidam  
à furuo, quod nigrum significat, fornicis nomen deriuare nituu-  
tur: an rectè, ipse viderint. Russus declamator de puellâ in lupa-  
nari deductâ dixit oppidò quam decenter: Redoles adhuc foli-  
ginem fornicis. Satyrographus fornicem optimo epitheto olen-  
te nominavit, à fecutinis scilicet & graueolētia lupanaris. Sēsus  
est Apuleij: puella à leone empta prostituetur in lupanari, quæ  
fœditas erit condigna natalibus. & ex hac virginis prostitutione

tam obscenæ, ex hoc meretricario puellæ quæstus tam impuro,  
 non nihil vindictæ latronibus persoluetur. Quam enim mai-  
 rem ultionem posset homo deposcere ex femina inimicissima,  
 quam videre illam in lupanari inter lupas, inter lenonias puer-  
 las, lenonis iussu prostitutam, & corpus passiuo pudore prophan-  
 nantem? quam etiamsi nemo violaret, locus ipse violauit. Solet,  
 quoniam de lupis & lupanari sermo incidit, titulus superponi  
 cellæ singularum meretricum, & nomen puellæ in liminari  
 cellæ fronte prescribi, ut ita noscatur, in qua quæque cella prosti-  
 tuat. Quod docet Seneca, sic scribens in 2. Suasoriarum: De-  
 ducta es in lupanari, accepisti locum, pretium constitutum, titu-  
 lus inscriptus. & mox paulò: In communi loco stetisti, supposi-  
 tus est cellæ tuæ titulus, venientem recepisti. Item, Nomen  
 tuum pependit in fronte, pretia stupri accepisti. Ex his Senecæ  
 verbis iam satis planum est, cur dixerit Iuuernalis, Titulum men-  
 tita Lycisce: cur Mart. scripsiterit, Intrasti quoties inscriptæ limi-  
 na cellæ. Annotandum obiter, dici à Seneca communem lo-  
 cum pro lupanari, sicut vulgo hodiéque lingua vernacula nun-  
 cipatur. Cestius declamator tradit, virginem, quæ steterit in lu-  
 panari, etiamsi à nemine violeretur, loco tamen ipso violari. Huic  
 sententiæ Cestij reclamant ecclesiastici scriptores, & in primis  
 Ambrosius, qui ita proclamat: Non lupanaria infamant castita-  
 tem, sed castitas etiam loci abolet infamiam: & sicut radius so-  
 lis in luto & cæno non inquinatur, ista castitas fornicis fœditate  
 non polluitur. In decretis canonicis 34. q. 5. id latissimè explicat-  
 tur. *Talentis magnis.*] Terent. Si quis daret talentum magnū. Pris-  
 cianus in libro de ponderibus sic scribit: Talentum paruum est  
 minæ 60. talentum magni minæ 83. & vniæ quatuor, talentum  
 Atticum ex computatione Romanis ponderibus pendit  
 pondo, hoc est libras 80. Græcè dicitur ταλάντον. Annotaverunt  
 scriptores, multa fuisse genera talentorum, ut Rhodiū, quod erat  
 quatuor millium. D. denariorum: Alexandrinum, quod erat 12.  
 denariorum: Neapolitanum, sex: Syracusanum trium, Rheginum  
 victoriati vnius. Est autem victoriatus, nummus à nota victoriæ  
 sic nominatus, cuius frequens mentio apud Plin. Celsum, cæ-  
 ros. Fuit & talentum Ægyptium, quod taxatur festertiis 16. Con-  
 ductibilem. ] utilem & accommodam. Plautus in Epidico: Reperi-  
 mus aliquid calidi conductibilis consilij. Conducere enim, unde  
 conductibile deriuatur, significat utile esse: conduceenter aduer-  
 bium, pro utiliter & congruenter. *Latronum fisci aduocatus.*] Allusio ad fisci principis aduocatum. Fiscus autem, ut in com-  
 mentariis Suetonij diligenter annotauimus, propriè ad principē  
 pertinet,

pertinet, ærarium verò ad rem publicam. De iure fisci titulus est apud iurisconsultos, & apud eosdem de aduocato fisci, scribit Vl- pianus: Fiscus alicui status controversiam faciat, quod fisci ad- uocatus adesse debet. quod si sine fisci aduocato pronuntiatum sit, Diuus Marcus rescriptit, nihil esse actum. Sicut ergo fiscus principis & aduocatus fisci dicitur, ita nunc aduocatum fisci la- tronum festiuer nec inscienter appellat. Illud Satyrographi, Res fisci est ubique natat: intelligendum plane est de fisca principali, tanquam ad principem pertinet captura piscis ge- nerosi. *Nostram causam.*] Hoc Apuleius propter se dixit, qui in a- sinum transmutatus, iam ex sententia latronum neci vna cum virginе fuerat destinatus. Vtriusque saluti consulebat nouitius latro, qui sponsus erat virginis.

*Mora consilij.]*

Cunctatione con-  
sultationis, consi-  
liique latrocina-  
lis, sua præcordia  
lancinata discru-  
ciaque esse si-  
gnificat. *Nouitij.*]  
Novitium à nouor  
dictum inclina-  
tumque est. No-  
uitij, vt indicat  
Varro, dicuntur  
serui noui in fami-  
lia empti. A Pli-  
nio novitium in-  
uentum dicitur,  
pro nouum. Ho-  
die nuper asciti in  
religionem, noui-  
tij vulgo nominā-  
tur. *Fornicis & le-  
nonis.*] Dixerat e-  
nīm nouitius la-  
tro, fornici & lu-  
panari virginem  
debere tradi ac  
mancipari. *Risu*  
*latissimo.*] *laticia-*

præferente : quia  
 scilicet illum re-  
 cognouerat non  
 latronem esse, sed  
 sponsum. quòd si  
 legas latissimo,  
 expones pro cachinnabili & lato & spatioſo riſu , qualis inter-  
 dum latissimè effunditur. Physici dicunt, quod & Laſtantius cre-  
 dit, læticiae affectum in ſplene eſſe, intemperantiā inque ridendi  
 conſtare ex lienis magnitudine: verūm hæc viderit Democritus.  
 Me, vt inquit Cæſar apud M. Tul. non pudet nescire, quo pacto  
 riſuſ concitetur, vbi ſit, quomodo exiſtat, atque ita repente erum-  
 pat vt eum cupientes tenere nequeamus: quæ ne iphi quidem illi  
 ſciunt, qui ſcire ſe pollicentur. *Geffire.*] gaudere, & geſtu quaſi  
 quodam corporis gaudium intimum læticiamque animi de-  
 monſtrare. *Subire.*] veniſet in mentem. Subire, Plinio frequen-  
 ter eſt ſcandere: qui ait in quarto, Hemi excelsitas ſex M. paſ. ſu-  
 bitur. *Totius ſexus.*] Scilicet foeminei. Ex p̄cepto diſciplinæ  
 Rhetoricae , ob vitium vniuſ tota natio minimè infamanda eſt.  
 Sic & Quid: Parcite paucarum diſſundere crimen in omnes. *Pro-  
 ci amore ſimulato.*] Ita ſuſpicabatur Apuleius ex re p̄ſentि, virgi-  
 nem hanc ſimulaffe ſe angi deſiderio ſponsi: quoniam ſcilicet ve-  
 tulæ denarravit, ſe ex gremio matris raptam viduatam eſſe am-  
 plexibus adolescentis, qui iam maritus iphis uincipatus fuerat.  
*Totarum mulierum ſecta.*] Sicut philofophorum ſectas, quorum  
 dogmata ac placita non probamus, inſectari & inculcare ſolemus,  
 ita ſectam foeminarum tanquam improbam, & improbis dog-  
 matibus refertam , vituperare coepit, atque infamare mores fo-  
 minarum, cùm reuera crederet virginem arrififfe, quaſi ex deſi-  
 derio ad nomen lupanaris & fornicis. Totæ Euripidis tragœdie  
 in mulieres maledicta ſunt. Versiculi Græci foeminas inſectanter  
 criminantur. γυνὴ γυναικεὶς δὲν διαρίψῃ, nihil foemina diſſert à fo-  
 mina. εἰδὲ γυναιγέπιστη ἡ τοῦ θεοῦ, id eſt, in foeminis fidein videre  
 non eſt. Θελασσα καὶ περι τῷ γυνὴ τεῖχοι: Mare, ignis, foemina, ſunt  
 mala tria. *Marti comiti.*] Non ſecundum Latinitatis elegantiā,  
 ſed ἀκύρωτ, id eſt impropriè, Martem nominasse comitem vide-  
 tur: cùm propriè comes pro inferiore perſona accipiat, dica-  
 turque is qui digniorem affectatur, comitatürque. Nam, vt do-  
 cerit iuriſconsultus tit. de iniuriis, comitem accipere debemus eū,  
 qui comitetur & ſequatur, ſiuſ liber ſit, ſine ſeruus. Inter comi-  
 tes utique & paedagogi ſunt. Dux & omnes oppoñuntur, vt dux  
 ſit ille qui p̄xit, comites qui ſubſequitur. Hinc Pliniānum illud,  
 Eum

Eum esse tui consilij ducem, me comitē, decet. Priscianus tamen in proœmio operis sui dixit: Te comite, te quasi sole quodam dilucidiū crescat. vbi comes honorifica appellatione, sicut & hic, usurpatur. Præterea comites à recentioribus scriptoribus identidem cum laude dicuntur. Sic Ammianus Marcellinus: Comes, inquit, orientis Nebridius erat. item, Magontianus comitem partis exulari morte mulctauit. item, Iuncto ad audiendi societatem Vrsulo largitionum comite. vbi semper comes nomen dignitatis est. Hic verò Mars comes cognominatur, magis vocabulo honoris quam de honestamenti: ut comitem exponas pro eo qui comitetur, sequatur, foueat in bellum euntes, & in expeditionem latrocinaliem progredientes. Vnde & in alio consimili cognomine secutor dictus, nimirum à sequendo alijs secutor nomen est gladiatorium, de quo apud Suetonium. *Vlpian.* {Vullo in loco: nulpiam, nullibi, nullo in loco. *Sacrificatui.*} ad sacrificandum. *Potau.*] Corrigo, *potau*, ut conueniat cum dictione illa sacrificatui. Est enim sensus, vinum non habemus potau: hoc est, ad potandum satis copiosum ac sufficiens: id ēque id quārendum est, assumptis coitibus. *Legate.*] tradite, necum mittite. Salustius: Tres adolescentes in Africam legantur. *Quis.*] quibus. *ve* tus elocutio. *Castellum.*] Præter notissimam significationem, Castellum quoque dicimus receptaculum, quod aquam publicam suscipit: ut docet Vlpianus, interpretamento interdicti prætorij de aqua quotidiana & aestiuia. Hoc significatu scripsit Plin. Agrip pā fecisse castella 130. fontes centum 5. Hinc illud quoque Frontini ex eodem intellectu dictum est: Auctor castorum, operum, lacuum Nerua. Et corrigendus est obiter vulgi error, castellanos vocantis præfectos artium: cùm castellani ab his qui Latinè & puriter scribunt, dicantur castelli habitatores: sicut oppidani, sicut urbani. Præstò sunt exempla innumera, sed unum aut alterū, quod in præsentia suppetit, retulisse sufficiet. *Liuius:* Ilotarū dein quidam; hi sunt iam inde antiquitus castellani, agreste genus. item: *Stipem castellanis colligens.* Et quoniam à Liuio mentio fit Ilotarum, scito Ilotas dici ab historicis, seruitia famulitiaque Lacedæmoniorum, quales Penestæ Thessalorum, quorum meminit Aristoteles in Politicis. *Aram cespite virenti.*] Cespiticiam aram significat. Sic enim appellatur ex cespitibus constructa, quibus simplicitas rustica antiquitus mensas torosque conficiebat. quod & Tibullus signat illo verso: Cespitibus mensas, cespitibusque torum. Plin. ait cespites castrorum vallis accommodos esse. De aris cespiticiis mētio fit à Iulio Capitolino in descri-

ptione hecatombes, cuius verba subieci, quæ sunt hæc: Hecatomba tale sacrificium est, centum aræ uno in loco cespiticiæ extrauntur, & ad eas centum sues, centum oues mactantur. Cespiticium quoque tribunal antiqui dixerunt, quo erat militare atque castrense, quod ex cespitibus in castris milites factitabant, quod denotat Lucanus, cum ait in s. Pharsaliæ, Stetit aggere fulti Cespitis intrepidus vultu.

*Vinarios utres.]*

Hircini vtris vina  
tij cinis, vt inquit  
Plin. sanguinem  
sistit. *Pecua.* } An-  
notatum aliubi  
est, vetustissimos  
dixisse hoc pecu  
singulariter, &  
hæc pecua plura-  
liter: quod & Pris-  
cianus docet in 6.  
vnde pecuarij ho-  
mines dicti, qui  
pecuarias habent:  
& pecuaria, pecco-  
ris pastio, cuius  
pecus est funda-  
mentum, vt me-  
morat Varro. pec-  
cuatus quoque  
pro stulto apud  
antiquos usurpa-  
tur. *Comminan-*  
tes. } simul agen-  
tes. Minare enim  
est agere gregem,  
& ante se propel-  
lere. quod verbum  
in quotidiano ser-  
mone vulgi est, &  
in vsu eruditoru. In libro Hierniæ scriptum legimus, Me mina-

*Nec multò post adueniunt illi, vina-  
rios utres ferentes, & gregatim pecua  
committantes, unum prælectum grandē  
hircum, annosum & horricomen, Marti  
secutori comitique viclimant: & illico  
prandium fabricatur opipare. Tunc  
hostes ille: Non modo, inquit, expedi-  
tionum, prædarumque, verum etiam vo-  
luptatum vestrarum ducem me strenuū  
sentire debetis. Et aggressus insigni fa-  
cunditate, gnauiter cuncta premini-  
stra, verrit, sternit, coquit, tuceta concin-  
nat, apponit\* satulè: sed præcipue pocu-  
lis crebris, grandibusque singulos ingur-  
gitat. Interdum tamen insimulatione  
promendi quæ \* poscebat, ad puellam  
commeabat assidue, partesque subreptas  
clanculo, & prægnatas à se portiones,  
offerebat hilaris. At illa sumebat appet-  
tenter, & nonnunquam basiare volenti,  
promptis sauiolis adlubescebat. quæ res  
oppido mihi displicebat. Hem oblitera es-  
nuptiarum, tuique mutui cupitoris,  
puella virgo? & illi nescio cui recenti  
marito, quem tibi parentes iuxerant,  
hunc aduenam cruentumque percusso-  
rem præponis? Nec te conscientia stimu-  
lat? sed affectione calcata, inter lanceas  
& gla-*

*¶ gladios istos scortari tibi libet? Quid si quomodo cæteri latrones persenserint, non rursum recurras ad asinum, ¶ rursum exitium mihi parabis? Reuerà ludis de alieno corio.*

uit & adduxit in tenebras. item, Simul agricolæ & minantes gre- ges. Prælectum. } Significat exti- miam siue egre-

giam victimam. Eximiaæ enim siue egregiæ hostiæ dicuntur nomine sacerdotali, quæ ad sacrificium destinatae eximantur e græge: vel quod eximia specie, quasi offerendæ numinibus, elegantur. auctores Macrobius, Neratius, cæteri. Super quo ita scribit Donatus: Eximij sunt porci maiores, qui ad sacrificandum electi sunt: boues, qui ad hoc electi sunt, egregij dicuntur, & oves leætæ. Virgil. M. Cæsar leætas de more bidentes. Mos autem de præligendis bidentibus, auctore Sætuio ille seruabatur, ne habeant caudam aculeatam, nec linguam nigratam, nec autrem fissam. *Hircum.*] Pomponius in Ateilana, Marti verrem sacrificandum dixit, cum ait: Mars tibi voueo facturum bidenti verrem: ubi facturum accipe, pro sacrificaturum. M. Cato in te Rustica, Marti solitaurilia sacrificat, cuius verba subscripti: Mars patet macte hisce solitaurilibus lactantius esto. Sunt autem solitaurilia, sacrificia ex siue, oue, tauri facta: unde & nomen. de quo sacro Liuius, Quintil. Alconius, Festus, cæteri. Horriconmem. } horrentibus villis hispidum & hirsutum. *Victimant.*] sacrificant. Victimare, est victimam immolare: unde & victimarij dicti, qui præsunt immolationi victimarum. Apud Suetonium cultrarius significatur minister factorum, qui cultro victimat, hoc est inimolat hostiam. Popas quoque tales ministros vocant, & ita leges apud eundem Tranquillum in Caligula. Succinctus poparum habitu: id est, victimariorum. Hoc obiter annotavi, ut retractarem locum Suetonii, quem per incuriam dormitans transmiseram: apud quem in omnibus codicibus legitur, poparum habitu. Tertijs lectio & doctior est, poparum. Locum hunc Hermolao Barbaro acceptum referimus: est enim ingenui ut scis, pudori fateri per quos profeceris. *Opiparè.*] laute. Veteres opiparum dixerunt, magnarum opum apparatus. Scribit Cicero, se accepisse Cæsarem iucundè, opiparè & apparate. *Hospes ille.*] Nouicius ille significatur, cui ducatum latrone detulerant. *Verum etiam voluptatum.*] Sicut, inquit, in paranda præda & expeditione obeunda vobis fui dux, ita & in voluptatibus cibarizæ rei condidæ concinnator, structor, primarius esse discipio: & ipse semet quasi symposiarcham & atellæ

triclinium vlttioneus exhibit. *Gnaniter.*] strenue & celeriter. *Verrit.*] Qui apparat cœnam, curat vt versa & munda omnia sint, iuxta illud Satyrographi: Verre pavimentum, & nitidas ostende columnas. Cato præcipit, vt villica villam versam mundamque habeat. Prisci Deam nomine Deuerra colebant, quæ præterat verrendis domibus. Scoparium vocant conuerritorem, hoc est, ministrum illum qui scopis verrit domum & cuncta venustat. *Sternit.*] Plautus eleganti vocabulo lectisternatorem appellat, qui lectis mensisque sternendis præstet. Sic enim ait in Pseudolo: Tu esto lectisterniator, tu argentum id extruito. *Tuceta concinnat.*] edulia pretiosa concinniter facit, paratque. Quæ sint tuceta, quid concinnare significet, suprà annotatum est. *Satulæ.*] abundanter & copiosè, quasi à satis dictione dedueta. Quid si legas, scitulæ? quasi iucunda omnia, scitique saporis apposita esse significet? *Poculis cre.*] Prima cratera ad sicut pertinet: secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam. Bacchus triplicem vim possidet, vt inquit Æsopus fabulator, τλω με φράτλω ιδοῦς, τλω δε διατέρπω μίδης, τλω δε τείτλω υβρίως: hoc est, primam quidem voluptatis, secundam ebrietatis, tertiam insanæ & furoris. Ex vino, vt inquit Plin. rerum omnium obliuio est, morsque memoriæ. Vino sapientia obumbratur, ingenium obruitur, vigor animi impeditur. In hanc sententiam inquit A. Gell. crebris & ingentibus poculis omne ingenium iniurgitabat. *In simulatione promendi.*] Sensus est, dum simulat se promere velle, & ad mensam inferre quæ usui coniuali erant necessaria, itabat subinde ad puellam, illique partes eduliorum gaudibundus offerebat: hoc autem faciebat tanquam sponsus ad sponsam. A promendo promus dictus, qui præstet promendis cibariis, ex promptuario. sic enim appellatur cella penuaria. Plaut. Ego sum promus condus, procurator peni. Apuleius graphicè promum librorum dixit, qui præstet promendis libris & quasi bibliothecarius est. A Boëtio promptuaria memoriae eleganti translatione dicta sunt, quasi repositoria, quibus doctrinas memoria concredidit, quæ præstò sunt ac de promuntur eadem exigente. *Partes.*] escarum scilicet & eduliorum. Suet. in Caligula: Equiti Romano contra se hilarius audiisque vescendi, partes suas misit. Cyrus, vt memorat Xenophon in Pædia, quem ex amicis chariss. honoratissimumque haberi volebat, ad eum mittebat partes cibariorum ex mensa. De hisce obsoniorum partibus coniualibus, suprà copiosius scripsi, explicato Græco proverbio. *Prægustatas.*] Inde prægustatores dicti, qui epulas & pocula

pocula prægustant in mensa principum , explorantque ne quid  
veneno infectum inferatur : auctor est Tranquillus. Epulanti  
Claudio , venenum datum est per spadonem prægustatorem.  
*Appetenter.*] scilicet, auidè, cupienter. Appetentiam eleganter  
appellat Plin. appetitum. M. Tullius ait, Romanos gloriae ap-  
petentes fuisse ultra cæteras gentes. Appetones dixit antiqui-  
tas, homines appetentes & cupidos. *Sauiolis.*] osculis amato-  
riis. Adlubescet. ] lubens accedebat, placebatque. Adlubescen-  
te enim, ab eo quod lubeat dictum est. Plaut. in Milite : Hercle  
verò iam adlubescit primulum. ubi adlubescit significat, lubeat,  
hoc est placere incipit. Adlubescit dicitur, pro liuere incipit  
hoc est, liuidum fieri. *Oppidò* ] valde. *En obliitā.*] Asinina indi-  
gnatio , & quædam quasi secum expostulatio , de puella quam  
viderat iuueni atridentem , ignorans scilicet hunc esse virgi-  
nis maritum, qui latro esse credebatur. *Mutui cupitoris.*] sponsi  
scilicet & mariti, qui te mutuiter cupiebat. *Nescio cui.*] De ho-  
mione nobis ignoto sic loquimur. Plaut. Hic nescio quis loqui-  
tur. *Huic adye.*] Magnum pondus est, ut inquit scitissime Do-  
natus , in pronominibus. sic Propert. Iste quod est , ego sæpe  
fui. *Affectione cal.*] posthabito amore coniugali, postposita ve-  
recundia : qua deposita , vittutes omnes in foemina corrunt.  
*Et gladios istos.*] Expressit habitum cultumque latronum , qui  
sempet gladiis accinctis sunt, qui semper lanceas in manibus ge-  
stant. Germani frameas vocant lanceas brevi ferro , & ita ad  
usum habili, ut eodem telo (prout ratio poscit) vel comitius, vel  
eminis pugnant. alias framea dicitur gladius. *Scortari.*] libidinati-  
ti, lascivire , & instar scorti plurib. corpus prostituere. Propriet  
scortari (ut docet M. Varro) est meretriculam dicere: quod perti-  
net ad viros. Inde & scortatores dicti sectatores scortorum at-  
que meretricarij. *Recurrens ad asinum.*] Hoc secum mussabat Apu-  
leius, saluti suæ metuens: ne scilicet iterum sententia latronum  
morti simul destinaretur. *De alieno corio.*] Prouerbiale est,  
quod significat, quasi tu dicas alieno, non tuo periculo ludis: ut  
corium meum, & cutis, propter ludum tuum lancinetur: ex libi-  
dine tua periclitabor , impudicitia tua mihi magno constabit.  
Metaphora sumpta ab his lustoribus , qui ludunt de aliena pecu-  
nia, quorum alea fit cum aliena iactura. Potes hoc quoque re-  
ferre ad nummos, qui olim ex corio fiebant. Et Numa Pompilius,  
ut scriptores annotauerunt, in congiario dedit asses scorteos: sic  
enim nominatur nummi ex corio facti. Hinc illud Hieronymi:  
De thesauris tuis ne scortum quidem nummum proferte pos-  
sis. Donatus quoq; in commentariis Virgilianis , Pectinia autu-

mat ex corio bubulo priscis temporibus fuisse : & inde dictam pecuniam, quod ex pecore fieret. Placet simpliciter exponas, ut ludis de alieno corio, dictum sit propter asini pellem : sicut dicimus, ludis de alieno auro, quando quispiam non suam, sed alienam pecuniam ludit in foro aleatorio: ex quo fit, ut qui ludit, impune ludat, citra sollicitudinem: altero, cuius pecunia luditur, anno & periclitante. Apud Plaut. Concidere corium est, lacerare flagris tergum & pellem hominis vapulantis: & ita est exponendum. Cui subscriptibit illud Seneca, scribentis in Suasorijs: Quod filius M. Tullij flagra protinus & afferri iussit, & Ciceroni patri de corio Cestij satisfecit.

*Sycophanta.* {ca  
lumniator, falsus  
incusator, qui fal-  
so puellam mecum  
accusabam: cum  
ille cui adlubescer-  
bat, esset sponsus  
virginis. *oukoedpti*  
*day* apud Græcos  
est calumniari. *syc-*  
*ophanta* dicitur  
calumniator. Qui  
sycphantam dici  
autuinant fico-  
rum comedone, labuntur errore  
non dubio. Sed super hoc verbo aliubi plura. *Pruden-*  
*ti asino.*] Quæ sci-  
licet asinus pru-  
dens & solers, qua-  
lis erat Apuleius,  
intelligere potuissent. *Famosum.*] Si-  
gnificanter loquutus est. famosus enim dicitur quidem inclitus, sed ex malis ar-

Dum ista sycphanta ego tecum maxima cum indignatione dispu-  
to, de verbis eorum quibusdam dubijs, sed non obscuris prudenti asino, cognosco, non Ha-  
mum illum predonem famosum, sed Le-  
poleum, sponsum puella ipsius. Nam pro-  
cedente sermone, paulo iam clarus,  
contempta mea presentia: \* *Quienre*  
*mortui*\*, bono animo es, inquit, Charite  
dulcissima, nam totos istos tuos hostes statim captiuos habebis. Et instantia vali-  
diore vinum iam immixtum, sed modico tepefactum vapore, saucys illis & cra-  
pula violentiaque madidis, ipse abstemius, non cessat impingere. Et hercules suspicionem mihi fecit, quasi soporiferum quoddam venenum cantharis immiseret illis. Cuncti denique sed prorsus omnes, vino sepulti iacebant, omnes partim parati morti. Tunc, nullo negotio arctissimis vinculis impeditis ac pro arbitrio suo constrictis illis, imposta dorso meo puella, dirigit gressum ad suam patriam.

ut famosos appellant iuris consulti, eos qui infamia notan-

*tut. Iam carius* } *Lege, clarius*, id est, clariore voce, & subaltiore.  
*Quieuerent mortui*] Obelo expungendum hoc est, tanquam subditium, & alieno loco inculcatum: nec etsim conuenit expone re, operantes Veneri iacuerunt quasi mortui, atque animam an helantes: nec ad latrones referri congruenter potest, quod tanquam mortui quieuerint, obruti vino, & crapula consupulti. Et. } sis, esto: *vetus locutio*. *Charite dulcissima*. ] Hoc nomine, quod *Gratarum nomen* est, quod gratiam significat, capticia hæc puella nominabatur. *Dulcissima*. } Ex affectu coniugali dictum. Nam, ut *vetus proverbum* est, *Sua cuique sponsa est dulcis*: & imprimis *dulcissimæ* sunt uxores primis diebus illis & noctibus quæ plena sunt amoris, plena dulcedenis, plena mellitissimæ suavitatis. *Tuos*. ] Hostes significat. *Vinum iam immixtum*. ] Denotat vinum propinatum fuisse latronibus à sposo Charites medicatum, commixtumque venenis, vel potius medicamentis soporiferis: quale opinor est, qui succus est papaveris, vi somnifica præcellens, cuius largior copia mortifero somno necat. *Sancius*. } Vinum instar teli cerebrum ferit summi calentis aspergine: auctor Macrobius in 7. Saturnal. *Crapula*. } Aristot. in Problematis ad *vinum* pertinentibus: *Crapula*, inquit, est ferver quidam & inflammatio, quæ plus conflictat, quam temulentia: quod mentem illa quatit & alienat, crapula autem mente sibi constante dolorem admouet. Plin. in 23. Resignatum *vinum*, inquit, nulli conductit, capitis dolorem & vertiginem facit, ab hoc dicta *crapula* est. Quibus verbis signare videtur, *crapulam* οντος καρπας, id est à capitibus dolore nominatam. Idem in 9. *crapulam* ait flore resinæ crudo, & feritatem nimiam, frangique viris. Græcè dicitur οπατάη. *Abstemius*. } sobrius, & vino abstinent. Prisci enim vino temetum nomen indiderunt. Vnde temulentia appellata, ebrietas & abstemius dictus sobriosus, quasi abstinent temeto, hoc est vino. Abstemius quoque dictus, qui abstineat: ut apud Horat. In medio potorum abstemius. *Hercules*. ] Certe, per Herculem: adverbium est. *Impingere*. ] ingerere: alias illidet. Hieronymus: Impigi in Danielem. *Venenum*. } Qui *venenum* dicit, ut scribunt iurisconsulti, adiicere debet utrum bonum sit, an malum, nam & medicamenta venena sunt. Græci phœnacōn dicunt, quod nos *venenum*: quo nomine apud illos quoque tam medicamenta quam noxia venena continetur. Est ergo *venenum* οπόστατον, quod inter ancipitia vocabula numeratur. *Cantharis*. ] puluis vinariis. *Cantharum Libero patri dicatum*, ut *Syphum Herculii*, sciunt omnes. In cœlo est *cantharus*, tribus stellis con-

stans: in aquario, ut docet Maternus. Obiter annotandum, Græcæ  
*καραβη* dici scarabeum: de quo intelligendum apud Laëtiūm,  
 scribentem, Deorum colloquia fieri per cantharum & accipi-  
 trem. Fidus interpres, per scarabeum dicere debebat. Scarabeum  
 autem inter numina Ægyptiorum coli, testis est Plin. in 30. Idē  
 in II. tradit, locum esse in Thracia paruum, appellatum Cantha-  
 roletton, à pernicie scarebeorum, in quō vnum hoc animal ex-  
 animatur. Est & cantharias gemma, ab effigie scarabei cognomi-  
 nata. *Vino sepulti.*] Virgilius: Somno vinoque sepulti Procubue-  
 re. *Negotio.*] difficultate. *Impeditus.*] illigaris. Impedire enim, sicut  
 compedire, est innectere & illigare. Horatius: Nunc decet um-  
 brosa nitidum caput impeditæ myrtho. Hieton, vinculatos dixit,  
 pro vinculis impeditos: scitè magis quam eloquenter. *Imposu-  
 dorso.*] Lucianus narrat, manum militarem ad latrones capien-  
 dos accessisse: interque illos milites fuisse sponsum virginis ca-  
 pticiæ, qui puellam dorso impositam ad suos reduxerit.

*Ad votiuū conspectum.*] ad o-  
 ptatum & votis  
 expetitum specta-  
 culum. Votiuū e-  
 nem hoc in loco  
 significatur, voto  
 desideratus. Alias  
 votiuū dicimus,  
 quod ex voto de-  
 betur & solvitur:  
 sicut ludi votiuī,  
 apud Liuium, &  
 apud Horatium:  
 Pascitur in redi-  
 tum vestrum voti-  
 uia iuuencia. Vo-  
 tiuum veteres di-  
 ci voluerunt, reli-  
 gione aliqua pro-  
 hibitum, siue in-  
 terdictum. Paren-  
 tes.] affines. Dia-  
 lyron est, siue a-  
 syndeton, que ex-  
 ornatio à nostris

*Quam simul accessimus, tota cinitas  
 ad votiuū conspectum effunditur. Pro-  
 currunt parentes, affines, clientes, alum-  
 ni, famuli, lati, faciem gaudio deli-  
 buti. Pomparam cerneret omnis sexus, &  
 omnis etatis: nonumque & hercules me-  
 morandum spectamen, virginem asino  
 triumphantem. Denique ipse etiam hil-  
 larior pro virili parte, ne presenti ne-  
 gotio ut alienus discreparem, porrectis  
 auribus, proflatisque naribus, rudini  
 fortiter, imò tonanti clamore personui.  
 Et illam thalamo receptam commodè  
 parentes sui fouebant: me vero cum in-  
 genti iumentorum ciuiumque multitu-  
 dine, confessim retro Lepolemus agebat,  
 non inuitum. nam & alias curiosus, &  
 tunc latronum captiuitatis spectator o-  
 ptabam fieri: quos quidem colligatos  
 adhuc vino magis, quam vinculis, de-  
 prehendimus. Totis ergo prolatis eru-  
 tisque*

tisque rebus, & nobis auro & argento  
ceterisque onustis, ipsos partim constrictos  
(ut fuerant) prouolutosque in proximas ripas precipites dedere; alios  
verò suis sibi gladiis obtruncatos reliquere.

dicitur Dissolutū:  
quæ sit, quando  
oratio nulla coniectatione inter-  
posita, simpliciter effertur: ut, Eunt,  
quæ sunt, inueniunt, afferunt. A-

lumni. } qui in illius domo alebantur. Læti faciem. ] facie lætitiam  
præ se ferentes. Archaismos est, visitata apud veteres elocutione.  
Sic Virgilius: Nuda genu, nodoque sinu collecta fluētes. Gaudio  
delibuti. ] læticia, &c, ut Hieronymi vocabulo utar, gaudimonio re-  
pleti, perfusique tales gaudibundos appellant. Ad animum tran-  
stulit, quod est corporis: imitatus Terentium sic scribentem in  
Phormione: Satin est, si delibutum gaudio reddo? Delibutus  
propriè vinctus & vnguento nitens diciur. Spectamen. } specta-  
culum. ] alienus disparem. ] Præsentis negotio discrepat perinde  
ac alienus, qui se rebus præsentibus non accommodat, qui  
in læticia publica tristatur, qui hilario omnium vultu frōtem cot-  
rugat. Prudentis est (ut aiunt) seruire temporibus. Ille laudatur  
ut circunspectus & consultus, qui præsentis negotio se se compar-  
tam præsta: qui facit, quod Plauti Sosia: vultum è vultu com-  
parat: tristes sit, heri si tristes: hilarus sit, si gaudent. Proflatis  
naribus. ] largo copiosoque flatu anhelantibus. Sic Virgil.  
Proflat de naribus ignem. Rudis. } Asinorum propriè ru-  
dere est, sicut hinnite equorum, balare ouium. Geta Roma-  
nus Imperator habuit hoc familiare, ut tales grammaticis  
quæstiones proponeret, ut illi dicerent animalia singula quo-  
modò vocem emitterent. Verbi gratia, agni balanti, porcelli  
grunniunt, elephanti barriunt, tauri mugiunt, asini rudiunt.  
Retro Lepolemus agebat. ] Lucianus concisior, Apuleius liberior.  
In Luciano mentio nulla sit de Lepolemo retrò agente iumenta,  
& redeunte ad latrones morte mulctandos. Colligatos ad-  
huc vino magis. ] Maius sanè est vinculum ad alligandos homi-  
nes vinum, quam funes, quam pedicæ, quam compedes. Vi-  
num luctator dolosus est, ut inquit eleganter Plautus: pèdes ca-  
ptat primùm, ut Vergilius de sua scribens dixit: Tentatura pè-  
des primùm, vincituraque linguam. Vinario vinculo colliga-  
tus, & corpore toto & animo pressus detinetur. Qui vult homi-  
nem vincere vinculis firmissimis, is vinciat vinculis vinariis; qui  
bus nihil firmius, nihil tenacius sanè est ad homines alligandos,

*Prolati.*] de promptis, & in pro patulum eductis. *Nobis.* } Significat se asium, & cætera iumenta fuisse onusta pretiosis rebus. *Præcipites dedere.* } Græci ἔπειδεν τῷ πρίνανον dicunt: pro eo quod est præcipites ex præcipitio dedere. *Suis sibi gladiis.*] Proverbiale est. Terentius in Adelphis: *Suo sibi gladio hunc iugulo.* ubi exponit Donatus, veteres sic solitos loqui, non suo, sed suo sibi gladio.

*Custodela.*] Sic à custodia custodela, ut à fuga fugela, ab umbra umbella, à puerā puella, aliaque sex centa. In Apologia dixit: Nunc magna fugela in ganeum fugit. An si qui confugelam dixerunt confugium. Græcè οἰκουμένη vocant carcerem, publicamque custodiā. Hic signat, publicæ magistratum custodiæ diuitias fuisse commissas.

*Repetita lege.*] Ex præscripto legis & formula repetitur à sposo spōsa capticia. Lex præterea est, ut viri fortis præmio quod optauerit donetur. Quidam fortiter facit: petit pro præmio alienam uxorem, & accipit. *Eximiū.*] Lego, exin me suum. Sospitato-

Tali vindicta lati & gaudentes, ciuitatem reuenimus. Et illas quidem diuitias, publica custodela commisere: Lepolemo puellam repetitam lege tradidere. Ex in me, suum sospitatorem nūcupatum, matrona prolixè queruabat: ipsoque nuptiarum die præsepium meū ordeo pañim repleri iubet, fœnumque camelō Baetriño sufficiens apponi. Sed quas ego condignas Fotidi diras deuotiones imprecer, quæ me formauit non canem, sed asnum? quippe cum videarem largissima cœna reliquis rapinisque canes omnes inescatos, atque distertos. Post unicam noctem, & rudimenta Veneris, recens nupta gratias summas apud suos parentes ac maritum mihi meminisse non destitit, quo ad summos ilii promitterent honores habituri mihi. Conuocatis denique granioribus amicis, consilium datur, quo potissimum factō dignè remunerarer. Placuerat vni, domi me conclusum, & otiosum, hordeo lecto, fabaque & via saginari. Sed obtinuit aliis, qui meæ libertati prospexerat: suadens, ut rurestribus potius campis in greges equinos lasciviens discurrerem, daturus dominis equa-

rum

in insensu generoso multas mulas alii nas. Ego igitur euocato statim armentario equisitione magna cum prefatione deducendus assignor. Et sane gaudens latisque præcurrebam, sarcinis & ceteris iam nunc renuntiaturus: noctaque libertate, veris initio pratis herbentibus, rosas utique reperturus aliquas. Subibat me tamen illa etiam frequens cogitatio, quod tantis actis gratias, honoriibusque plurimis asino meo tributis, humana facie recepta, multò tanto pluribus beneficiis honestarèr.

pote ipsius sospitorem. Vel lege, quiritabat, quod est inclamat, vocitabatque, & de me plurimum sermocinatur. Nam propriè quiritare is dicitur, qui Quiritū fidem clamans implorat: vt docet M. Varro. Quiritari, inquit Donatus, veteres dicebant, Quirites conclamari. In hanc sententiā Lucianus πολὺ πόνος ἐχει τοι σωμαχνεύειν: id est, de me concaptivo multum fabulata est. Hordeorepleri.] Lucianus: οἵτοι πράξεις μέδυον καθέπειν καὶ χόρτος οὐσε καὶ καρπίλα ιερῷ: id est, Prandum apponebatur mihi medimus hordei, & fœnum vel camelō sufficiens. Bactrine.] Camelos inter armenta pascit oriens: querum duo genera, Bactriani videlicet, & Arabici. qui hoc differunt, quod Arabici bina tubera in dorso habent, singula Bactriani, & in pectore alterum cui incubant: oderunt equinum genus, sicut & quadriduo tolerant, lutulentas aquas libenter potant: aliter potu non gaudent. auctores Plinius, Solinus, Aristoteles, ceteri. Annotauimus, apud iurisconsult. tit. de munib. camelariam dici curationem camelorum, qui publica pecunia alebantur, & camelarios, ipsos curatores: quod sane munus personale est, vt scribit Archadius. Bactrianum verò regnum olim mille vrbibus inclytum fuisse ferunt. Vir. Nec Bactra, nec Indi Laudibus Italiae certent. Deuotiones.] execrationes & maledicta. Non canem.] Incusat & tacita deuotione testatur Fotidem Milonis ancillam, quod non in canem potius ab ea transformatus fit, vt ita posset vesci reliquiis coenæ opulentioris: quod canes fastigare consuerunt, qui culinas vngtiores sectantur. Lucianus:

rem.] seruatorem. Sospitare est seruare. Pacuuius: Populum faustum sempiterne sospitent. Sospitas est salus. Cassiodorus de medico: Visitationis tua sospitas sit ægrotantium. Curruabat.] Corrigendum est, queritabat: vt sit sensus, Sponsa illa capticia me tunc maxime quererebat, vt

ἐγώ δὲ τότε μάλιστα κατερόμην τῶν παλαιότερος ἦν με, καὶ εἰ κωνία τῆς  
 τέχνης μεταδιδούσα. ἔπειτα γέ τοις κωνίας εἰς τούπτους οὐ καθίσαντας  
 πολλὰ καὶ σσα ἐν χάρυσι πλευσίων νυμφίων: id est, ego tunc maximè Pa-  
 læstram detestabar, quæ me asinum, non canem, arte sua trans-  
 formasset: aspiciens videlicet canes introcūntes in aulam, & mul-  
 ta deuorantes, qualia in nuptiis diuitium (sponorum esse solent.  
 Inescatos.) quasi esca captos. Terent. Nescis inescare homines,  
 translatio sumpta ab his qui esca & cibo capiuntur. *Distentos.*]  
 satureos, plenos. Plin. in Panegyrico: Distentus solitaria cœna.  
 Virg. Distendunt nectare cellas. Ad animum quoque transfor-  
 tur, ut apud eundem: Cum sis distentus imperij curis. Rudimen-  
 ta Veneris, id est, post habitas primas coniugales palæstras virgi-  
 nales, post dulcissimam illam noctem maritalem, quæ plena vo-  
 luptatis, plena omnifariae suavitatis est. *Mihi.*] in beneficium  
 meum & commodum. *Illi.*] parentes ac maritus. *Gratias sum-  
 mas.*] Lucia. *χάρεν μου ἵστην ἀπεισούσα ἔχει πρεσβύτερον πατέρα:* id est, dixit  
 domina apud patrem mibi gratiam habere, ac meminisse. *Hor-  
 deo lecto.*] Potes seiunctim legere, ut Hordeo & cubili molliori  
 dicat asinum saginandum. Potes etiam iunctim copulateque  
 connectere, ut hordeum lectum exponas pro electum & ex-  
 minium, atque sincerum, omnibus purgamentis excussis. *Vicia  
 saginari.*] Non pauci sunt qui existimant, summum bonum esse  
 otium, ventrisque delicias. Ex hoc quidam censuit saginan-  
 dum esse asinum cibariis congruentibus, qualia sunt hordeum  
 & vicia. Plin. viciam ait seri oportere Boote occidente: quod &  
 Virgil. præcipit. *Rurestribus campis.*] rusticis & villaticis. Ita su-  
 prā: sic Sidonius & alij sæpiissime loquuntur. *In greges equinos.*]  
 Cūm grex propriè minoris pecoris sit, armentum majoris, *ἀνυ-  
 πεις* dixisse videtur equinos greges. Sed Columella, M. Tullius &  
 cæteri greges armentorum dicunt. M. Varro greges equorum &  
 equarum dixit: quoniam scilicet grex nomen generalius est, ar-  
 mentum specialius. Legato vñfructu gregis vel armenti, de-  
 bbit ex agnatis gregem supplere, ut scribit Vlpianus. Equitum  
 eleganti vocabulo dicitur armentum equinum, qua dictione iu-  
 risconsulti frequenter vtuntur. Inde equitarius dictus armenta-  
 riis, quasi prefectus equitij. Firmicus Maternus refert, equitariū  
 futurū, qui natus fuerit oriente centauro. Lucianus in hanc sen-  
 tiā: *καίλος ἐλεύθερος ἀστεραριών τετράδριον, καὶ οὐσία τοῦτος ἀγλαός ἐποιεῖται.*  
 Iussit liberū asinū sub diuo emitti in greges equinos, & pa-  
 sci. Græci *αἴγαλλον* gregē dicunt. *Inscensu equarū.*] subagitatu & ad-  
 missura, ab inscēdere inclinatū, inscensus nomē. *Mulas alumnas.*]  
 Ex asino & equa mulus gignitur: ex equo vero & asina genitos,  
 hinnu-

hinnulos antiqui vocabant. M. Varro in secundo de re Rustica: Ex equa, inquit, & asino fit mulus, contrà ex equo & asina hinnulus, uterque eorum ad usum utilis. Aristot. in 6. de Animalibus, hippothelas vocat, nostri equimulgos interpretantur: qui sunt pulli asinorum, sugentes lac equinum: ita enim fit, ne à coitu equarum mox arceantur. Ex onagro (qui est asinus sylvestris) mansuetatio, & equa, generantur mulæ veloces in cursu, duritia eximia pedum: onagro & asina genitus mulus omnes antecedit. In generatione mularum, quo seminio sit asinus spectatur. Arcadici enim in Græcia, Reatini in Italia admissarij sunt prætantissimi. Mulas non calcitrare, cum vinum bibent, auctor est Plin. in 8. & in 30. alumnas mulas dixit, vel quasi asino genitas, vel quia (ut ait M. Varro) mulos & mulas nutrientes educamus. *Armentario equisone.*] Lucianus ἡπτάποδον vocat, quem Apuleius armentarium equisone nominat. Græcè enim ἡπτάποδος pastor equorum, & armentarius nuncupatur: equisones equorum moderatores & magistros dicunt, qui & equitarij nuncupantur. De equisone vaframento scribit Valerius Maximus in septimo. Præterea, ut annotant grammatici omnes, quibus regimen conceditur cuiuslibet rei, equisones dici posse, veteres voluerunt. Armentarium vero, armenti pastorem dici, ab armento que deduci, nullus ignorat, qui vel tantum legerit illud ex poëta vulgatissimum: Armentarius Afer agit. Hyadum sydus in horoscopo armentarios facit bubulcos, ouïumque pastores, ut docet Maternus in septimo matheseos. M. Varro refert, se curasse ut armentarius suus crebro aliquid de Magonis libris legeret, quibus remedia continebantur pertinentia ad armentici pecoris sanitatem. Equitum ponunt iurisconsulti tit. de usufructu, pro vniuersitate gregis equini. Item tit. de usu & habitatione scriptum sic est: Equitij quoque legato usu, videndum ne & domare possit, & ad vehendum sub iugo uti. Natus oriente centauro (ut inquit Firmicus Maternus) aut auriga erit, aut equorum nutritor, & equitarius. *Sarcinis renuntiatur.*] Lucianus, ἡπταπόδης καὶ σκύτης ἀρχοποεῖτων: Ego lētabar, ut potè qui nō essem dein ceps sarcinas latus. *Herbentibus.*] herba virentibus, & herbescere incipiētibus: pratorum epitheton commodissimum. Ambrosius in Hexamero primo: Germinare, deinde herbescere campos statuit. Idem viriditatem pratorum herbescentem decenter appellat. *Subibat cogitatio* in mentem veniebat. Plin. subit recordatio. *Pluribus beneficiis.*] Sensus est: Cogitabam ipse tecum, si mihi asino tot honores tributi sunt, tantæ gratiæ repensæ, quantò

**magis honestabor, & pluribus beneficijs afficiar apud istos, vbi  
gustatis rosis humanam faciem recepero, & in pristinum Apu-  
leium reformatus aspiciar?**

*Gregarius.*] A  
grege gregarius  
dictus magister  
gregis, quem pau-  
lo antè nomina-  
uit armentarium  
equisone, qui à  
Luciano *irrōpōp-*  
*θος καὶ τροπεὺς* dici-  
tur. Alias gregari-  
us ponitur pro  
vilos, & promis-  
cuntur: ut gregarius  
miles. Gregales  
sunt, eiusdem gre-  
gis & sodalitij.  
Plinius equas gre-  
gales vocat, quæ  
in grege sunt. *Mil-  
le deliciae.*] Legen-  
dum, *Nulle. Liber-  
tas.*] Non solum  
hominibus, ve-  
rūm etiam brutis  
animantibus dul-  
cissima libertas  
est: ut non imme-  
ritò à iurisconsol-  
tis dictum sit, li-  
bertatem rem es-  
se inestimabilem.  
& à Plauto scitè  
scriptum est: Her-

cle verò liberum esse, id multò est lepidius. Item in Captiuis: Omnes profectò liberi libentiùs sumus quām seruimus. Aibus quoque & feris, si semel fugiendi data est occasio, satis est: nunquam pōst illas possis prendere. *Mula machinariæ.*] Lucianus ait, *Onsārlu illi itarw*, id est, præfectum equorum de- disse ipsum vxori, quæ μύλη ειναι ζήρυσε, hoc est molæ subiu-  
gauerit.

Sed ubi me procul à civitate gregariis ille perduxerat, nullæ deliciae, ac ne ulla quidem libertas excipit. Nam protinus uxor eius, auara quidem, nequissimaque illa mulier, mole machinae sub iugum me dedit: frondosique baculo subinde castigans, panem sibi suisque de meo parabat corio. Nec tantum sui cibi gratia me fatigare contenta, vicinorum etiam frumenta mercenariis discursibus meis conterebat. Nec mihi misero statuta saltens cibaria, pro tantis præstabantur laboribus. Namque ordeum meum frictum, & sub eadem mo la meis quassatum ambagibus, colonis proximis venditabat: mihi vero per die laboriosæ machine attempo, sub ipsa vespera furfures apponebat incretos ac sor didos, multoque lapide salebrosos. Talibus erumnis edomitum, nouis fortuna saua cruciatibus tradidit: scilicet, ut (quod aiunt) domi forisque fortibus factis\* adorare plenæ gloriarer. Equinis armentis namque me congregem pastor egregius, mandati dominici\* serus ausculator, aliquando permisit.

gauerit. Molæ autem machinariæ nomine significatur hoc in loco mola pistrinensis, siue asinaria: vnde & asinus molarius Catoni dictus. Idem memorat molas trusatiles, quæ sunt manuariæ: & quia manibus traduntur, sic circò trusatiles dictæ. M. Varro, A. Gellius, & plerique alij memoriarum mandarunt, Plautum ob quærendum victimum operam pistori locasse, ad circumagendas molas quæ trusatiles appellantur. *Subiugum.*] iunctim & prima acuta lego, vt sit dictione vnica subiugus eleganter dictus, qui sub iugum mittitur, qui Græcè dicitur ὑποχύως. *Subinde.*] identidem, frequenter. *Castigans.*] Exemplum elegantiarum: contrà eos qui assentunt, castigationem pertinere tantum ad verborum reprehensionem, obiurgationemque: quinetiam apud iurisconsultos, qui Latinè & puriter loquuntur, scriptum legimus, inter genera pœnarum esse flagellarum castigationem. Castigare ergo ex auctoritate eruditorum, ad quam veluti ad anchoram confugiendum est, & ad verba, & ad verbera refertur. *Viliorum frumenta.*] Lucian. scribit, asinum ἀετοῦ πνεγίη κειθας ὄλας, coactum esse molere frumenta & hordea non solum dominorum, verum etiam aliorum, cum misero ipsius cruciatu. *Statuta cibaria.*] Iusta indignatio: quod videlicet post concinnata aliorum cibaria, ipse legitimo & debito cibo fraudaretur. Namque & mercenariis seruis cibarium iustum dandum est, quod seruo (vt inquit Seneca) dominus debet. Seruus quaternos modios frumenti accipiebat in mense (auctore Donato) & id dimensum dicebatur: virum à mense, an à metiendo, incertum est. M. Cato cibaria ruris operariis iusta ceu lege dari iubet. Ex præcepto Varronis, asinos laboriosos sceno atque hordeo largiore pascere debemus, & vires cibis suffundere, ne magno nequeant superesse labore. Hæc verò secus factitabat: nam cum iungi labore cruciarer asinum (quia fortassis legerat apud M. Varronem, quod asinus in remissione laboris fit deterior) illum deinde minimè copioso pabulo roborabat, tanquam ieunium & fames ita conduceret asino discursanti, vt homini lucubranti. *Hordeum frictum.*] Ex Luciano qui ait, καὶ τὰς τὸ κειθας τοῦ μὸρος ἀρτεσοφύγουσα. quod significat prandium fuisse hordeum frictum. φρυγία enim est siccus, & frigo. Plautus dixit cicer frictum, intelligi volens rem vilissimam. Quidam legunt, fractum, referentes ad molam, qua cicer molitur, quassatur, infringitur: vnde & faba fressa. Sequitur enim, Et sub eadem mola meis quassatum ambagibus Græci hordeum appellant κειθώ. inde tuberculum oculorum à Græcis crithe nominatur, à similitudine videlicet hordei, cuius & Cor. Celsus meminit in 7. *Ambagibus.*] discursibus & circu-

tu multiuio , qui fieri solet à pistrinensibus iumentis. *Attento.*  
 intento, & perseveranter operanti. Terent. in Adelphis. Nimiū ad rem in senecta attenti sumus. *Furfures incretos.*] Accipe incretos, permixtos, non purgatos, neque excretos: sc̄ quitur enim, Sordidos. Sic Horatius in Sermonibus , Incretum puris circumposuisse catillis. Vbi exponunt commentatores, incretum permixtum: vel incretos expone pro cibratos, quæ scilicet elegan-  
 tor sc̄itiōrque expositio est. Incernere enim & succernere, est  
 cibris & excussoriis repurgare. M. Cato , cum semen serito  
 cibro tanquam linum , & eo terram cibro incernito altam  
 digitum transuersum. Plin. in 18. Farinatio cibro succernunt.  
 Inde incerniculum cibri genus vocant , de quo Plin. in 8. Ne  
 frumentarij negotiatores ab incerniculis arcerent. Idem M. Ca-  
 to iubet , in supellectile villatica habendum esse incerniculum  
 vnum. Furfures autem increti hoc est cibrati , haud dubie de-  
 teriores viliorēs que sunt , cùm farina sequestrata sit ac separata.  
 Lucianus: *μοὶ δὲ πίτυες αἴρεσθαι*: id est , mihi furfur prandium  
 erat. Græci πίτυη vocant furfurem , vnde furfurei panes pityrij  
 dicti: quorum mentio fit à Galeno in 1. de alimen. Rustici vete-  
 res(auctore Gellio) apludam dixerunt furfurem frumenti, sicut flo-  
 res vini fecem. Hinc illud , in esitante m furfurem panem , & vi-  
 num fœtidum potantem: Apludam edit, flores babit. Plin. verò  
 tradit , purgamenta miliij & panici apludam nominari. Inter  
 vitia corporis foeda sunt & furfures , quorum mentio apud Plin.  
 frequens. canicas appellant furfures de farre: à cibo canum.  
*Salebroso.*] Signat panes furfureos , qui sibi in cibatu dabantur,  
 fuisse lapillis plenos, & ob id minimè edules, cùm aspredine fau-  
 ces lacinarent, neque mandi possent. Salebras dicunt asperita-  
 tes saxorum. M. Tul. Nunquam in tantas salebras incidisset,  
 item: Hæret in salebra. Inde salebrosus, pro asper & durus. Virg.  
 Non tam salebrosus ut antè. *Domitum.*] scilicet me. *Fortibus*  
*fa.ado.*] Proverbiale est, de hominibus qui domi , foris , in vrbe  
 extra vrbum , forti animo & subnixo labores ærumnosos tole-  
 rauerunt, qui fortibus factis adoriam laudemque consequuntur.  
 qui gloriantur fortunæ cruciatibus fese haudquaquam succu-  
 buisse. Adoriam veteres dicunt laudem , siue gloriam : quia  
 gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret, quod  
 ador nominatur. Plin. in duodeuigesimo : Gloriam denique  
 ipsam à farris honore adoriam appellabant. Horatiani ve-  
 rò interpretes exponentes illud Flacci , Qui primus alma risit  
 adoria: tradunt , adoriam dici laudem bellicam , ex eo quod  
 adorandi sint qui laudem ex bello reportant. *Congregem.*] Sic-  
 ut se-

ut segregem dicimus egregium, & à grege separatum, ob excellentiam, ita congregem appellamus gregi copulatum, commixtumque. Seneca in Hippolyto : Segregem sparsi per agros. *Mandatis dominici.*} A domino, dominicus derivatur: inde res & rationes dominicæ frequenter apud iurisconsultos. & à Seneca non minùs mordaciter quam eleganter dictum est in epistolis ad Lucilium : Adiice obsonatores, quibus dominici palati noticia subtilis est, *Pastor egregius.*] Ironicos pronuntiandum. *Serius auscultator.*} Serum auscultatorem nuncupamus, qui serio, diligenter, sedulò audit mandata domini, & ea nauiter exequitur. Sed hic quidem malim legere *serus* quam *serius*, tanquam subindignanter dixerit Serius, hoc est, tardus, latus & cunctator: qui non statim mandatum dominicum peregerit, sed sero & cunctanter id tandem impleuerit. M. Cato duo hæc verba Audire & auscultare, ita disparasse videtur atque disiunxisse, ut audire sit negligentis, & eius qui minimè obsequi velit, auscultare vero, attendentis, & auditioni obtemperantis. Verba Catonis subscripti, quæ sunt hæc: Ita est cupidus orationis, ut conducat qui auscultet: itaque auditis, non auscultatis tanquam pharmacopolem, nam eius verba audiuntur, verum ei se nemo committat si æger est.

*At ego tandem liber asinus, latus & tripudians, graduque molli gestiens e-  
guas opportunitimas iam mihi concubinas futuras deligebam. Sed hic etiam  
spes hilarior in capitale processit exti-  
tum. Mares enim, ob admissuram vete-  
rem pasti\* patienter, ac diu saginati, ter-  
ribiles alioquin, & utique quoniam asino  
fortiores, de me metuentes sibi, & adulterio  
degeneri præcaudentes, nec hospitalis  
Iouis fernato fædere, riualem summo fu-  
rentes persequuntur odio. Hic elatis in  
altum vastis pectoribus, arduus capite,  
& sublimis vertice, primoribus in me  
pugillatur ungulis: ille terga pulposis*

*Liber.*} solutus & nactus libertatem, quam semper expetiueram, qua nil dulcius est. *Quas concubinas.*} Festi- uiter dictum in translatione speciosa à fœminis facta, quæ concubinæ fiunt viro- rum. Ex eadem metaphora capræ dicuntur vxores hircorum, ipsi vero hirci capella- rū mariti. Horatius: Quærunt la- tentes per thyma

deuia Olentis vixores marit. Iuris-  
consulti scribunt, concubinam eam  
vocari, quæ cum vxor non sit, cum  
aliquo tamen viuit, quæ nomine  
minus honesto amica appellatur.  
quidam pellicem vocant. Cuiuscun-  
que ætatis concu-  
binam haberi posse palam est, nisi  
minor annis 12. sit Quæ in concubi-  
natu est ab invito  
patrono poterit  
discedere, & alteri se in concubinatum dare. Concubini quoque  
dicuntur pueri pathici, qui in concubinatu sunt eorum qui libi-  
dine obſcœna & præposta oblectantur. Quintil. in primo: No-  
ſtras amicas, noſtos concubinos vident. Hie ſpes. } Haec ſpes. Ma-  
res. } equos intelligit. Ob admissuram.] Admissura dicitur tempus  
& actio ipsa, qua mariti gregum admittuntur ad coitum ſe-  
ræ cauſa. Papinius in Siluis: Expeſtatur equus, cuius de ſtemma-  
te longo Fcelix emeritos habet admissura parentes. Columella,  
docens quæ ætas idonea fit ad admissuram vaccarum: Ex his, in-  
quit, quadrimis minores ſunt, maiores qui duodecim annis, pro-  
hibentur admissura. admissarij quoque equi appellantur, qui pec-  
uliariter deliguntur ad equas ineundas, cauſa ſtirpis propagan-  
dæ. In admissario (vt inquit Palladius) quatuor ſpectanda ſunt:  
forma, color, meritum, pulchritudo. & vt præcipit idem Colu-  
mella, admissarius equus eo tempore qui vocatur à fœminis, ro-  
borandus est largo cibo, & eruo hordeoque ſaginandus, vt Vene-  
ri ſuperſit: quantoque fortiter inierit, firmiora ſemina prebeat fu-  
turæ ſtirpi. Vnus admissarius non minus quam 15. nec plures  
quam 20. debebat implere: isque admissuræ potest & usque in  
annos viginti plerunque idoneus eſſe. Quod si admissarius iners  
in Venerem eſt, odore perficatus deterſit ſpongia fœminæ lo-  
cis, & admota naribus equi. Quod locos fœminæ dixit Colu-  
mella, ſcito significari genitalia equæ. nam Columella, Cato,  
Celsus

Celsus & cæteri locos appellant vuluam, sive genitalia, de quibus Plinius sic in II. Fœminis eadem omnia, præterquam vestæ iunctus utricle. Vnde dictus veterus: quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animalibus vuluam. Cato locos fœminæ viriosos dixit, intelligi volens fœminam catulientem, cuius genitalia viri coitum sitienter appetenter. *Satianter pasti.* ] abunde, opulent, affutim roborati, refectique cum ex admissura vetera exhausti, laterib[us]que (vt inquit Catullus) ex futuris largiore pabulo fuissent saturati, saginatique. *Terribiles.*] Notat suapte natura fuisse feroculos equos, & cibi largitate ferociores factos. Cibus enim, vt inquit Plutarchus in problematis, insolentiam gignit, hinc illud Plautinum: *Satur homo est, habet profecto in ventre confidentiam.* *Adulterio degeneri.* } Scribens dum est, degeneri, nam coitus asini cum equa inuisus infestus que est equo generoso, tanquam degener & vilis. Nec enim virtus detur esse decorum, quod asellus vilis & vulgaris velit inscendere equas præstantiores, quatum mariti sunt equi, & non asini. Ipsæ quoque equæ dicuntur fastidire asellum subactorem & adulterum: iccirco, teste Plinio, præcipiunt equarum iubas tonderi, vt asinorum in coitu patientur humilitatem, comantes enim gloria superbite. *Nec hospitalis Iouis.* } Græci οὐτοι, id est hospitaliem Iouem colunt, qui præ est hospitibus, qui iura hospitalitatis inter hospites sancta illibataque seruari iubet. De quo illud notissimum: Iupiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur.) Verum equi minimè reueriti Iouem hospitalem, polluto iure hospitijs & fœdere, hospitem asinum incursum cœperunt, tanquam riualem, qui eundem amoris quasi riuum peteret, & equas adulterare gestiret. Nam, vt verissimè dixit ille: *Riualem possum non ego ferre Iouem.* Aliubi annotatum est, riuales dici propriè qui ius habent aquam petendi ex eodem riuo: ex quo sæpe rixa & concertatio exoritur, inde riuales dicimus, quasi in eundem amorem deriuantes. Quidam autem riuales dici, æmulos demulieribus: facta translatione à feris bestiis, quæ sitientes cum ex eodem riuo haustum petunt, in prælia contra se inuicem concitantur, hinc riualitas pro ipsa æmulatione usurpat. *Vastis pectoribus.* } Qui vasto & prægrandi pectori præditus est, is pectorofus nominatur. In obsceno pocinate: Nemo est feroci pectorofior Marte. Verbum vetus est \*Pectorare: quod significat, extra pectoris elicere. M. Tul. in 3. de Oratore: Nouantur, inquit verba, quæ ab eo qui dicit ipso gignuntur: vt, Tum pauor sapientiam omnem mihi \* exanimato expectorat. Vastis ante pectoribus pluraliter dixit, ad enormitatem pectoris & firmitudinem *μέγας*

πνωτηρι declarandam, per exornationem Rheticam, quæ libro ad Herennium quarto intellectus nominatur. *Arduis capite.* Secundum Virgilianam descriptionem: Illi ardua cervix, Argutumq; caput. *Pugillatur.* ] confligit, pugnat, colluctatur, trāslatione subuertunt. Dicitur autem pugil, purgillatus, pugillaria, & ipsa pugna, à pugno. Veteres namque ante vsum ferri & armorum, pugnis & calcibus & morsibus corporū inque luctatione certabant. Quod & Lucretius signat illo versu: Arma antiqua, manus, vngues, dentesque fuerunt. Græcē pyctes dicitur pugil, qua dictione & nostri vtuntur: vt Columella, Plinius, Iulius Firmicus. Inde pyctale certamen, pro pugillatu. Homerus Pollucem appellat πυξαρσον, hoc est, pugillatu præstantem. Inter spectacula popularia exhibebantur & pugiles, qui cùm populo mirè placerent, idè satyricè dixit Horatius, poscunt Aut vrsus, aut pugiles, namque his plebecula gaudet. Plautus in Epidico inquit: Valet pugilicē, pro firmiter & robustē. *Primoribus vngulis.* ] Equi ex genere solipedum sunt: ita enim eleganter dicuntur animalia, quibus vngula solida est. Albertus Magnus magis doctus quam̄ tersus, cùm solipedes dicere deberet, dixit, corneas soleas habens animal. Nulli solipedum (auctore Plinio) sunt cornua. à Græcis μόνυχα ζώα dicuntur animalia, vngulam solidam habentia: vt sunt inquit Suidas, ἵππος, ἄρετος, ἀρετή: id est, equus, asinus, mulus. *Obesa.* ] pingua. Ex descriptione poëtica: Brevis aluus, obesaque terga, Luxuriatque totis animosum pectus. In Neuiano carmine, \* Ex corpore peccatore que vndique obeso. Vbi notauit A. Gellius, obesum propriam magis quam̄ vstatè dictum pro exili atque gracilento, tanquam ανύπας & impropriè obesum pro pingui atque vberi vulgo dicatur. Verum eruditii omnes obesum pro pingui usurpat. Notissimum est illud Horatianum, Cùm sit obeso Nil melius turdo. Plinius minus solertes esse homines tradit, quibus obesissimus est venter. *Pulposis torulis.* ] Toros, & per diminutionem torulos, accipimus pro carne musculosa, pulposa, succulenta, cui inest robur & firmitudo. In Hercule poëtæ laudant toros lacertorum. Hinc apud Sophoclem gemebundus Hercules infit, O peccora, ô terga, ô lacertorum tori. Inde torosus detiuatur. Quid. Colla torosaboum. Hieronymus diaconum taxat, cui taurina cervix esset, toris adipeis intumescens. Plinius inulā torosiorē appellat, plantis toros inesse tradēs per trāslationē decētissimā. Et quoniā incidit mētio de toris & torosis, dispiciam⁹ obiter, discussiam⁹ q; quid sint Trosuli: quod vocabulū in ore omniū est, & in scholis

grammaticalibus protriū. Nihil illo Persiano carmine vulgatus,  
Trosulus exultat tibi per subsellia leuis. Commentatores, gram-  
matistæ, scholastici omnes cōmuni consensu & vna voce con-  
clamat, Trosulos dici ex autoritate Plinij & Festi Pompeij, equi-  
tes Romanos, ab eo quod oppidum Thuscorum nomine Trosu-  
lum, sine ullo adiumento peditū cepissent. nec nos id verum esse  
inficiamur, sed nimirū subest occultior quæpiam significatio  
in vocabulo Trosuli, non omnibus obvia, animaduersaque: pro-  
inde nos, ut pro virili parte, quod ubique librorum nostrorum  
facere conati sumus, studiosos iuuaremus, re diligenter curiosé-  
que perpensa, animaduertimus Trosulos, præter illam significā-  
tiam notissimā, dici delicatos, obesos, succulētos, quorum Dens  
veter est: quasi torosulos, à torosa scilicet carne & atuina. Et hoc  
est quod signat Nonius Marcellus, si sinceriter & rectè legatur,  
cūm ait, Trosuli dicti sunt torosuli, quasi habitiores à torosa sc̄i-  
licet pinguitudine. In Nonianis codicibus mendosa diuisione  
scriptum est, Trosuli dicti sunt torro soliti: emenda Torosuli. In  
hanc sententiam est illud à Hieronymo scienter & decenter de-  
promptum in Iouinianū: Vnius tantum philosophi exemplū po-  
sui, vt formosuli nostri & trosuli, & vix summis pedibus adūbrā-  
tes vestigia, imitetur saltem gentiliū parcitatem. Hoc significat  
dixit Varrō. Nunc emūt trosuli natdo nitidi vulgo Attieo talēto  
equum. Hoc haud dubiè est, quod intelligi voluit Plinius, cūm in  
33. scribens equites trosulos vocatos esse subiungit: Quia, inquit,  
non intelligunt trosuli nomen quid valeat, multos pudet eo no-  
mine appellari, invitōsque etiam tuū trosulos vocari Verba  
hæc Pliniana nos ita interpretamur: Equites, qui historiam de  
oppido Trosulo ab equitibus capto, & inde Trosulos se voca-  
ri nesciunt, quod virtutis est nomen: ægreferunt, erubescuntque  
quando Trosuli vocantur: tanquam Trosulus, quasi torosulus di-  
catur, pro succulento & habitiore: quod nomen vitij est, & eius  
hominis qui solas Veneris delicias curet. Ad hunc eundem in-  
tellectum referri commodissimè potest & scitissimè Persianum  
carmen, vt Trosulus non magis pro equitibus iudicibus acci-  
piatur, quam pro auditoribus voluptuariis, succosis & opimisi:  
quos magis pigmenta, flosculi, lenocinia orationis, quam res,  
quam sensa, quam augmenta commoueant. Lector perpen-  
de, quæso, hoc nostrum de Trosulis interpretamentum, &  
sequestrato liuore dijudica, nunquid dignum sit in secreta-  
riis disciplinæ remotioris recondatur. Præterea torulus pro  
quodā quasi torque accipitur apud Plaut. sic scribentem in Am.

phitryone: Tum meo patri autem torulus inerit aureus sub petaso. Victru. quoque torulum eiici tradit ex arbore excisa: vbi torulus accipi videtur pro materie torta, & callo ligni in se conuoluto. Mendum est impressis Victruij codicibus, qui non talo habent, sed torculo. *V elitatur.* } depugnat, contendit, congregatur: à pugna velitum verbo deducto. Sunt autem velites, leuis armaturæ milites: à quibus velitatio dicitur, leuis contentio. Plautus: Nescio quid velitati estis inter vos. Idem: Verbis velitationem fieri compendio volo. Hastam velitarem Tyrhenus primus inuenit, de qua intellexit Ouidius illo versu: Non dum calfacti velitis hasta solum. *Remulsa auribus.* } Quidam codices manuscripti habent, remissis. Natura generofissimo cuique animalium notas animi peculiares tribuit: cauda leonum index est: in equis vero & omnium iumentorum genere indicia animi aures praeserunt, fessis marcidæ, nutantes pauidis, subrectæ furentibus, resolutæ & gris. Ex hac Pliniana sententia aures remulsa accipio, non tam resolutas & remissas, quam subrectas, & quasi retro ac sursum reclinatas. Antiqui remissum dicunt, quasi repandum. Quidam legunt, remissis, sensu manifestatio. *Cadentium.* } Lego, carentium, hoc est albicantium dentium. nam decidui dentes, signum sunt senectutis & inualentiaz. Dentes in cæteris senecta rubescunt, equo tantum candidiores fiunt. Senectus in equis intelligitur dentium brochitate siue bruncitate, hoc est præminentia: brochi enim dentes, siue brunci, dicuntur prominuli. Hoc transeunter dictum sit, ut intelligas dictiones, quibus Plinius, Varro, Lucilius, & cæteri vtuntur. A dente, quod annotatu dignum est & scitu, sit verbum Edentare: quod significat dentibus priuare, & excussis dentibus edentulum efficere. Hoc in transciusu commemini: ut restituere in Flauto suam elegantiam, suamque dictionem, & planè Plautinissimam: quem correctores, immò corruptores interpollaerunt, sic enim scriptum legitur in Rudente: Nimis velim improbissimo homini mala se dentauerint. Tu ita corrigit, & distinctè legito, Malas edentauerint: id est, velim maxillas ita contundi pugnis improbo lenoni, ut edentulus fieret: & ut malas, id est maxillas illi edentarent: hoc est, dentibus spoliarent, excussis crebra pugnorum incussione. Hic est comicus intellectus, hæc Plautina elegantia, hoc verbum Plautinissimum, edentare malas, dentibus excussis maxillas edentatas relinquere. Nam & edentata belua dicitur, carens dentibus, cuius morsus est minime noxius. Inuat me in hæc diuerticula identidem diuertere, ut una opera iuuem Latinitatis curiosos, & simul vi-

tem ex uniformi narratione fastidium. *Hastū.*] exeritis, præparatisque dentibus instar hastarum: metaphoricō intelligi vult. acuminatos dentes, prominentes, exertos. *De rege Thracio.*] Diodorus & poëtae tradunt, Diomedem Thracein equos feritate notabiles habuisse, quos carnibus humanis pascere solebat. Erant equorum præsepiā ænea, ferreis ipsi catenis vincabantur, caro hospitalis erat pro pabulo. Hos Hercules ex Thracia Argos perduxit, occiso Diomede, quem suo ipsis exemplo equis manducatum apposuit. Hos Eurysteus ad se deductos Iunoni sacravit. Ex hoc equorum genere progenitus est equus Seianus ille famigeratus. Plin. & Solinus auctores sunt, Tyridam oppidum fuisse in Thracia, Diomedis equorum stabulis dirum. Equorum qui feri sunt, & nominantur, meminīt Plinius. *Adeon.*] Pro adeone, Tyrannus. ] Diomedes Thrax. *Edacium.*] manduconum: ita enim ab edacitate dicuntur. *Distractus.*] discriptus, diuulsus, dilaceratus. *Molares circuitus.*] molarum pistrinensium gyratus ambagiulos & multiuios. *Requirebam.*] tanquam minùs molestum foret mlore, & molas circummagere, quam subire calces & morsus equinos.

*Verūm Fortuna, meis cruciatibus insatiabilis, aliam denuò mihi pestem instruxit. Delegor enim ligno monte deuehundo, puerque mihi pfectus impunitur, omnium ille quidem puer deterrimus. Nec me montis excelsi tantum, arduum fatigabat iugum, nec saxeas tantum fides incurfando\* cōterebam, ungulas: verūm fastū quoque crebris ictibus persape dedolabar; ut usque plagarum mihi medullaris insideret dolor: coxaeque dextræ semper ictus incutiens, & unum feriendo locum, dissipato corio, & ulceris latissimi facto foramine, imò fouea, vel etiam fenestra, nullus tamen desinebat identidem vulnus sanguine delibutum obtundere. Lignorum verò tantum me premebat ponde-*

*Insatiabilis.*] Fortuna cùm dicatur vaga, inconsrens, instabilis: tamen in quibusdam vexandis nimium pertinax est, & immobilis; ut verū illud planè sit, An miseros tristis fortuna tenaciter virget? Tali fortunæ obnoxium se fuisse testatur Lucius noster, scribens eam insatiabilem, inexplibilémque fuisse continentibus ipsis cruciatibus. Pestem. ] exitium, calamitatem, infor-

tunium. Delegor.] destinor, traditor, assignor. Ligno.] lignis deportandis: quod est asinorum dosuariorum. sic enim nominantur, qui dorso baiulant onera. Varro in secundo de Rustica: Assellis dosuariis comportant ad mare oleum aut vinum, itemque frumentum, aut quicquid aliud. Nam quod dicimus dorsum, veteres dossum nominabant: unde dosuarius dictus, qui dorso comportat. Dorsalia quoque appellamus dorsi regumenta, maximisque in bobus ac iumentis. Iulius Capitolinus tradit, boues dorsualibus sericeis præfulgentes processisse in poppa Galieni imperatoris.

*Omnibus deterrimus.* } Attende loquutionem inusitatam, neq; ex regula grammatices, quæ præcipit superlativa iungi debere cum genitivo: ut dicatur, omniū deterrimus, omniū pessimus. Archaismos figura est: sic enim veteres loquebantur, quib; mutatio casuū erat frequens, & quasi peculiaris. Illud Ciceronis non absimile videtur: Similimū Deo iudico, quod tamen (ut docet Priscianus) significat valde simile. Hoc autē totum transtulit ex Luciano, qui ait, εἰς τὸ ὄφες αὐτῷ ἐπεμπόμενος, καὶ ξύλη τῆς ὅμοιος ἡ κόμη.

re, ut sarcina molem elephanto, non asino paratam putares. Ille vero, quoties in alterum latus præponderans declinat sarcina, cum deberet potius grauatis ruinæ fustes demere, & levata paulisper pressura sanare me, vel certe in alterum latus translatis per equare, contrâ lapidibus additis insuper, sic iniqüitati ponderis medebatur. Nectamen post tantas meas clades immodico sarcina pondere contenius, cum fluum transcederemus, qui forte præter viam defluebat, pedibus suis ab aquæ mado re consulens, ipse quoque insuper lumbos meos insiliens residuebat; exiguum scilicet & illud tantæ molis superpondium. At si quo casu, limo cœnosor ripæ supercilio lubricante, oneris impatentia prolapsus deruisssem, cum deberet egregius agaso manum porrigere, capistro suspendere, canda subleuare, certam partem tanti ponderis quoad resurgentem saltem detrahere, nullum quidem defesso mihi ferebat auxilium: sed occipiens à capite, immo vero & ipsis auribus, totum me compilabat, cädens fusce grauissimo; donec, fomenti vice, me plaga suscitarent.

¶ id est, in montem superiore mittebar, ad ligna humeris deferenda. De puer quoque quem deterrimum pessimumque mortalium Apuleius appellat, Lucianus Gracè inquit: ἐν λάθι  
παρθένον ἀγέδεπτον, id est, Asinariū puerulum impurissimum. Saxeas sudes. } Ut sudes lignæ vstulatae vicem telorum implent, & perforant, sic & saxa acuta, quæ sudes saxæ dicuntur, vngulas asini comminuebant, conterebantque: & id facilius cōtingebat, propterea quod soleis ferreis minimè erat calciatus. Lucianus: αὐτῷ δέ τος ὁ πεῖρα λαθίνη, id est in monte saxeo eram sine calciatu. Iumentorum autem calciamenta sunt soleæ ferreæ. Conturbabam. } Corrige, conterebam. Dedolabar. ] Verbum est propriæ fabrorum, cum materiarum complanatur asperitas. Verum ab alia quoque translatione speciosa transfertur. Ennius dixit, Vnum ego libellum non edolem. Sicut ergo faber dedolando complanat aspredinem in materiis, ita asini corium fustuariis ictibus laevigabatur, expoliebatürque quodam quasi dolatorio. Est enim dolatorium ferramenti genus, quo lapides & ligna dolantur: quidam asciam appellant. auctor Hieronymus. Fustium autem, πληθυντικός dixit: quoniam, ut inquit Lucianus, οἱ ξύλα απλῶς ἔτραχοι, άλλὰ τοι ὅζοις πυκνοῖς ἔχονται οἱ εἴσι. i. non simplici ligno percutiebat, sed ramos densos habente, & acutos. Medullaris dolor. } Signat, ad medullas vsq; ad plagas à puelo inflatas penetrasse. Medulla non nisi cauis ossibus inest, nec cruribus iumentorum aut canum seuosa cornigeris, à iuuenta rubens, & à senecta albescens. Coxæ dextræ. } Lucianus, καὶ ἀπέτρεψεν εἰς τὸν. i. semper feriebat in ipsa coxa siue fœmore. Interpres Luciani parum curans verbum verbo reddere, interpretatur, semper posteriora dorsi perurgebat. Sed profectò aliud est πώμων, aliud ὄμηρος: illud dorsum, hoc femur coxam ve significat. Immofusca. ] Hoc totum ὑπερβολικός dictum est, simul & festiuiter nam mentitur hyperbole, & est omnis ultra fidem. Sed, ut præcipit Quintilianus, non tamen debet esse ultra modum. & ut ait Seneca, incredibilia hyperbole promittit, ut credibilia imperret. Nostri superlationem vocant. Igitur Apuleius emphaticos & hyperbolicos dixit non foramen, sed foueam atque adeo fenestram latissimam sibi in femore dextro suisse patefactam, ut crederet lector corium in asinina coxa ictibus asinarij pueri crebrio ribus eodem ingestis suisse foraminatum, exulceratum, dissipatum. Nullus. ] id est, non: sic veteres frequenter posuerunt. Identidem. ] persæpe, subinde, frequenter. Obtundere. } saepius tunnendo repercutere: translatio à fabrorum malleo. Elephanto pa-

*ratam.*} Lucianus, εἴ τοι μοι ἐπίλειπεν φοβίας δύσης χαλεπὸν εἶ τοι τὸν πόνον  
ἐπεγένετο: id est, posteā mihi imposuit onus, quantum elephanto  
ferre molestum foret & graue. *Praeponderans sarcina.*] Iumentis  
sarcinæ imponendæ sunt compares, & quasi ad æquilibrium,  
ut commodius ferant, vbi enim in alteram partem præponde-  
rant, torquentur diro cruciatu laboriosaque iumenta: ideoque  
æquis portionibus æquandæ sunt sarcinæ, demendo scilicet,  
non addendo, sed ut puer, qui nihil aliud meditabatur nisi asini  
cruciatus & exitium, non ligna demebat sarcinæ præponderan-  
tis ad relevandum asinum, sed saxa insuper addebat ad crucian-  
dum, hoc idem Lucianus. *Pressura.*} pressione; nomen est. sic  
Lucanus: Corycij pressura croci. *Circa.*] Lego, contraria hoc est  
contrario. *Immodico.* Inimicio, prægrandi: una dictio est. *Præter  
viam.*] iuxta: quo in significatu propter quoque accipitur. sic  
Lucretius: Propter aquæ riuum. sic Virg. Propter aqua...  
Apud Terentium in Phormione scriptum est: Ita fugias ne præ-  
ter casam, quod ajunt: vbi illud, Præter casam, exponitur à Do-  
nato, pro ante casam. Item apud Gellium, Fugitus præter  
oculos domini iter: pro ante oculos, & iuxta. *Ab aqua ma-  
dere.*} aspergine & infusione. sic in primo: Vrinæ madore me  
petluerent. Mador enim significatur infusio, & humectatio.  
Salust Ingens terror erat, ne ex latere noua monumenta madore  
infirarentur. Madulsam ebrium dixerunt, quia madidus  
vino esset, & madore Liberi perfusus. Lucianus in hanc senten-  
tiam: καὶ ποταμὸς λόγος αὐτος εἰ τὸ οὖλον, οὐδὲ τὸν νόσον πηγάτων οειδεῖνθος,  
φτιστὸν οὖλον εἰ ποτοι καθίκαντες τὸ ποταμὸν: id est, fluuius  
erat in via perenniter fluens, puer autem calceamentis parcens,  
post ligna mihi infidens flumen transibat. *Superpondium.*] Ele-  
gans scitumque vocabulum, quo significatur illud pondos,  
& quoddam quasi arietatum, quod super sarcinam legitimam  
imponitur: dictio composita copulataque ex integro & corru-  
pto. Eadem formula dixit Plaut. Centumpondium, pro pondere  
centum librarum: sic assipondium & dupondium veteres dixe-  
runt. *Ripa supercilio.*] margine & summitate. Consimiliter  
Virg. Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam Elicit. Ut enim  
supercilia in nobis alta sunt & sublimia, sic & metaphorice  
supercilium pro altitudine ac summitate aliatum quoque ter-  
rum usurpat. Pli. II. Nihil altius superciliis, eruptisque super-  
bia inuenit in corpore, vbi solitaria esset. Supercilium pro fastu  
ipso & grauitate accipi, satis notum est vel illo testimonio: Ter-  
rarum dominum pone supercillum. Vnde supercillum Censo-  
rium, pro grauitate maiestatique accipitur à Valerio: & superci-  
liosus.

siosus dicitur austerus & grauis, ut suprà diximus. *Dernissim.*] cor  
ruissim, cecidissem. Lucianus: χαρπων και αχθοφορων και τα πιστιμι. i. la-  
bore & pōdere pressus cecidisse. Egregius agaso.] Ironicōs. *Suspen-*  
*dere.* ] subleuare, sustollere, χαμόδεν ιπησίδη, id est ex humo subri-  
gere. Interpres Luciani deceptus inquit, Camo erigebat credi-  
dit enī χαμόδεν à camo, quod genus freni est, deriuari: cùm ad-  
uerbiū sit, significans ex humo. quod sat liquet Græca callen-  
tibus. *Anum porrigerē.*] χεῖ εξ μοι θησεων. Ponderis detrahere.]  
προσφίλε αφελέτη. *Occipiens.*] incipiens. *Compilabat.*] pilos peruelle-  
bat: signat enim ita se fustuário cæsum, ut nec pilos in toto cor-  
pore relinqueretur. Namque compilare, (vt auctor est Asconius  
Pedianus) est ita peruellere & furari, ut ne pilos quidem in cor-  
pore compilatores relinquant. Ex eodem fonte illa quoque  
verba sunt, suppilare, & expilare. Hinc compilare dicitur scri-  
ptor, qui aliena furatur, & in vnum quasi corpus redigit. Com-  
pilare enim, auctore Festo, est cogere. Ambrosius dictus est  
à Hieronymo compilasse hexameron Origenis: quoniam vide-  
licet, quæ ob Origene dicta fuerant Græca lingua, hic furtim in  
librum suum transtulit, Latinè compositum: & quod ille fusiū  
tradiderat, & vberiū, hic succinctiū retulit, & adstrictiū. Vir-  
gilius compilator Homeri dictus est ac æmulis, quoniam versus  
Homericos ad verbum penè transferebat, ex alienisque racemis  
vindemiam sibi faciebat: quod ille respondit magnarum esse vi-  
rium, clauam Herculis extorquere de manu. Auctores veteris bi-  
bliothecæ mutuò se compilauerunt, ut inquit Macrobius. Lucia-  
nus in hanc sententiam: ανα ασωθεν δον της κεναρης και της αταν αρ-  
χαιων ουνικοτης με τηξιλη, οιος επεγιπωσι με αι πληνα: id est, su-  
pernè incipiens à capite & auribus, fulse me concidebat, eo us-  
que dum me plagæ ipsæ excitarent. Cedit.] Purior lectio est, cæ-  
den, hoc est, feriens, ac percutiens.

Idem mihi talem excogitauit perni-  
ciem. *Spinas acerrimas*, ερ punctu ve-  
nenato viriosas, tortili nodo in fasem  
constrictas, canda mea penfilem deliga-  
uit cruciatum: ut incessu modo commo-  
te, incitataeque, funestis aculeis infe-  
ste me conuulnerarent. \*Ego igitur an-  
cipiti malo laborabam. Nam cum me

*Spinas acerri-  
mas.*] Lucianus  
dixit, ακαθων ιεν-  
τατον φορτιον: id  
est, spinarum acu-  
tissimarum fascē  
vinculo strictissi-  
mo deligasse sub  
canda. *Viriosas.*]  
virulentas, exitia-  
les, pestiferas. In-  
ter virosum & vi-

tiosum hoc interest, quod virosus dicitur venenatus, virosus verò appetens viri. unde foemina viriosa, & loci muliebres viriosi dicti, scilicet coitum appetentes. à viro virosus, prima correpta deducitur: virosus verò ab eo quod est virus, quod venenum significat. prima producta inclinatur, ideoque hic legere malim, virosas, quam viriosas. Sed quocunque modo legatur, dictio est à veneno deducta, inclinataque. Tortili. ] flexili, à torquendo tortilis dictus. Virgilius: Fit tortile collo Aurum ingens coluber. Pensilem cruciatum. ] Significantissimo epitheto cruciatus ille, qui sub cauda infestat iumenta, expressus est, pensilem nuncupando. est enim, suspensus, pensus, sublatusque pensiles hortos, pensilia pavimenta, pensiles plumas & vuas dicunt eruditi, à pendendo omnia deriuata. In obsceno carmine haud indecenter dictum: Pulchre pensibus peculiati. Lucian. ἐπείκεια ὅμοδε εἰς τοῦ πατέρα. Postilena

cursu proripueram, fugiens acerbissimos incursus, vehementiore nisi spinarum feriebar: si dolori parcens, paululum restitisse, plagis compellebar ad cursum. Nec quicquam videbatur aliud excogitare puer ille nequissimus, quam ut me quoquo modo perditum iret. Idque iurans, & nonnunquam minabatur. Et plane fuit, quod eius detestabilem maliciam ad peiores conatus stimularet: nam quadam die, nimia eius insolentia expugnata patientia mea, calces validos extuleram. Denique tale facinus in me comminiscitur. Stupra sarcina me satis onustum, properèque funiculis constrictum, producit inviam: déque proxima villula spirantem carbunculum furatus, oneris in ipso medullio reponit. Iamque fomento tenus caleficens & enutritus ignis, surgebat in flamas, & totum me funestus ardor inuaserat: nec ullum pestis extrema suffugium, nec salutis aliquod appetat solatum: & vestrina talis moram non sustinet, sed meliora consilia præueritatur. Sed in rebus sauis adfulsit Fortuna nutus hilarior: nescio an futuris periculis me reseruans, certè presente statutaque morte liberans.

Plauto

Plauto significare videtur id tortile incurvumque loramentum, quod sub cauda iumentorum poni solet, à post (vt opinor) nuncupata: in posteriore enim parte subterponitur. Verba Plauti ex Casina hæc sunt: Ita te aggerunda curnum aqua faciam probè, vt postilena possit ex te fieri. Vocabulum hoc nusquam aliubi, quod equidem meminerim, reperitur. *Ancipiti.*] duplicit: spinarum scilicet aculeis, si procurrisset: & plagi agafonis, si substitisset. Lucilius *ancipites* cardines dixit, pro duplices. & M. Varro: *Ancipiti* (inquit) vrg et retur bello, pro duplice. Alias *anceps*, dubium periculosumque significat. Virgilius: *Anceps* belli fortuna fuisset. Interdum *anceps* accipitur pro acuto ex utraque parte. Lucilius: Vecte atque *ancipiti* ferro effringant cardines. *Nixu.*] conatu, impulsu spinarum aculeatum. Græcè *περιστολὴ*: ex Luciano totum ad verbum sic scribente: εἴ τοι γέ ἀτρίμα περιστολή, φυλακτούμενος τῷ ακαθάντῳ τῷ περιστολῇ, τὸ τῷ ξύλῳ διπλούμενος. εἰ δὲ πόλεμοι τῷ ξύλον, τότε ἡδη τῷ στροφῇ ὅπερ εἶναι περιστολή. id est: Si enim lente irem, cauens spinarum nūsum, fustibus male peribam: si autem fugiens ictum fustium procurrereim, tunc me illud sub cauda aculeatum lancingabat. *Perditum iret.*] vexaret, extingueret, morte multaret. Terentius: Cur te is perditum? Lucianus ait, καὶ οὐτε ἐργον λοιπόν οὐλατήτη τῷ σπαθῷ: id est, Hoc unum opus erat agafoni meo me confidere ac perdere. M. Cato dixit. Contumelia factum itur: significans, operam dari quo fiat contumelia. *Expugnata.*] Cūm, inquit, patientiam meām insolentia agafonis immodica expugnasset, vicissimque. Expugnatur patientia in nobis quando amplius patientes tolerantēsque iniuriarum esse non possumus. Ouid. Multa diuque tuli, vitiis patientia victa est. *Calces extuleram.*] Lucianus ait, λαξ ἐνίνοσα, calce percussi. ἔχει δε τοῦ το λαξ εἰ μητρός: id est, habuit semper in memoria illum calcis ictum. Græci dicunt λαξ per aduerbiū, quod significat cum calce. Annotat Caper grammaticus, dicendum esse & scribendum calces per le, quando significatur glutinum parietum: cūm verò pedis dicitur calx, per x. Verū obseruationes tales prærancidæ nimis sunt, & superstitiones. Calcem dicimus partem pedis, & ipsam quoque percussionem. *Stuppa sarcina.*] Græci *στυπατος* vocant stuppam, & à Græco vocabulo (vt opinor) dictio Latina defluxit: quamuis Seruius grammaticus stuppam à stipando dictam esse prodiderit. Plinius in 19. Quod proximum cortici fuit, stuppa appellatur, deterioris lini, lucernarum fere luminibus aptior. Ab eodem stuppius malleus dictus, quo linea tunduntur, curanturque.

*Spirantem carbunculum.*] prunam viuentem, ardente[m]que. Quæcunque spirant, viuunt; & quæcunque viuunt, spirant. Inde carbo spirans, eleganter dictus scintillans, ardens, lucens. illa enim carbonis vita est, sicut econtrariò extictus, qui sine spiritu est carbo, cùm in foco perlucet, tempestate[m] præsagit. Lucianus non carbunculum, sed titionem ignitum raptum esse de foco tradit, his verbis: *ἐν της ἵσιας κλάσας δαλὸν εἰπεπον.* id est, ex foco fūratus torrem etiamnum ardente[m]. *Meditullio.*] in medio ipsius sarcinæ stuppariæ. Meditullium enim dicitur medium: super qua dictione in superioribus plura. Lucianus, *κατέκρυψεν εἰς τοὺς πυρίους.* Torrem intra stupram clanculūm recondidit. *Fomento.*] Quis ignorat, stupram, potentissimum esse flammæ suscitabulum, & ignis alimentum? Virgilius quoque in Troianæ classis incendio posuit stupram, velut fomitem, flamman[m] corripuisse, extutissimum vaporis incentiu[m]. Fomenta à fouendo, id est, calescendo dicta sunt. Vocamus autem generali vocabulo, omnia quæcunque ad fouendum sunt accommodata. Apud Pliniū & Celsum frequens mentio est de fomentis ægritudinum. Fomenta quoque, flammæ nutrimenta dicuntur. Grammatici assulas ex arboribus excussas, fomites appellant: alijs scintillas, quæ ex ferro candenti malleis excutiuntur. *Suffugium.*] Sic Silius: Suffugium infelix miseris & inhospita quercus. *Vixima.*] crematio, exustio que. *Præueritur.*] præuenit, anticipat, præterit. Exustio enim ac flamma non finit hominem meliora excogitare consilia, sed remedio præsentissimo se se quocunque modo liberare compellit. Præuerti signat Plautus, anteponere. in Captiuis inquit: *Sequere te ut amittam, ei rei primūm præuerti volo.* *Fortuna nutus.*] Sicut Dei & principis nutus pollens potensque est, ita & fortuna nutu hilariore blandiri interdum solet his, quos mox gravius alludit & cernulat. *Statuta morte.*] quam mihi statuerat decreueratque nequissimus agaso.

*Pridiana.*] prioris diei. Pridianum enim à pri-die, id est priori die denominatum est. Pridiana obsonia dixit Suetonius in Tiberio, quæ supersunt die pristino. Item in Caligula: Mar-

*Nam forte pluiae pridiana recens conceptaculum aquæ lutulentæ proximum conspicatus, ibi memet improuido saltu totum abijcio: flammæque prorsus extincta tandem, & pondere leuatus, exitio liberatus euado.* Sed ille deterrimus ac temerarius puer, hic quoque suum nequissimum factum in me retor sit: ogregariisque omnibus affirma-

uit, me sponte vicinorum foculos trans-euntem, titubanti gradu prolapsum, ignem ultroneum accessisse. Mibi etiam arridens addidit: Quousque ergo frustra pascemus ignigenum istum? Nec multis interiectis diebus, longè peioribus me dolis petuit. Ligno enim, quod gerebam, in proximam casulam vendito, vacuum me dicens, iam se nequitiæ meæ proclamans imparem, miserrimum que istud magisterium remuens, querelas huiusmodi concinnat: Videlis istum pigrum, tardissimumque & nimis astnum? me præceteris flagitis, nunc nouis periculis etiam angit. Vt quemque enim viatorem prospexerit, siue illa sit vetula mulier, siue viro nubilis, seu tener puellus, sese illico disturbato gestamine, nonnunquam etiam ipsis stramentis abiecit, furens incurrit, & homines amator talis apperit: & humi prostratis illis inhibans, illicitas atque incognitas tentat libidines, & ferinas voluptates. auersam Venerem inuitat ad nuptias. nam imaginem etiam sauij mentiendo, ore improbo compulsa ac morsicat. Quæres nobis non mediocris lites atque iurgia, immò forsitan & criminaria pariet. Nunc etiam visa quadam honesta iuuene, ligno quod deuehebat abiecto, dispersoque, in eam furiosos dixit impetus: & festiuus hic amasio, humo sordida prostrata mulierem, ibidem in corona omnium gestiebat inf-

cescente, inquit, stomacho pridianni cibi onere. Plin. pridianna balnea appellat, quibus pridiæ homo usus sit. Conceptaculum. Lacunam signare videtur, quæ (ut grammatici tradunt) propriæ fossa est, stare consuevit aqua collecta. alio nomine lamae vocantur, de quibus Horatius: Viribus veteris per cliuos, flumina, lamas. Frontinus conceptelas appellat, aquarum conceptacula: aquas ipsam met piscinas interpretatur, sic scribens libro primo de aqueductibus: Nec Virgo, nec Appia, nec Alsietina conceptelas, id est, piscinas habent. Lucianus Græco vocabulo τίκη dixit, quod hic nostre conceptaculum. Græci τίκη vocant, locum cœnosum, & lacunam. Verba Luciani hæc sunt, πίπτει μαντοὶ τῇ τίκῃ

*μετος εις την υγειαν των: proiicio me met in humectissimam lacunę partem.* Retorsus.] reflexit, conuertit, perinde ac ego huiuscē noxā auctor extitsem.

*Lucianus: οὐ τις γαρ οὐ τολμεῖς πάχες αποστελλεῖ μοι μηδέποτε: id est, audax puer domum reueniens, in me hoc totum crimē*

*coniecit, dicens me aptè sponte in focum prosluisse. Gregarius.] A grege gregarij dicti. Est autem gregarius, vilior homo, qui in grege sit. Gregarios milites vocant viliores, abiectioresque: sicut econtrariò egregios dicimus præcellentes & eximios, quasi exemptos ex grege. Possunt quoque gregarij accipi pro pastori bus, qui gregibus pecuinis præfunt: ut exponas hoc in loco gregarios pro pastoribus, siue mancipiis, quæ in eiusdem familiae grege haberentur. Suprà dixit, Gregarius ille perduxerat: vbi exposuimus gregarium dici, gregis armenticij nutritorem & præfectum. Titubanti.] vacillanti & lapsabundo. Titubantia apud antiquos dicta est vacillatio. Suetonius refert, Claudiu[m] lingua titubantia laborasse. Talipedare verbum est priscum, quod significat titubare, vacillare, & quasi talis insistere. Vlironeum.] me scilicet sponte & vltro in ignem accessisse. Hieronymus: Vlironeas aiunt putere merces. Ignigenum.] quasi ignis & flammæ progenitorem, auctoremque. Ignigenus, quasi ignem gignens: contrà ignigena, ex igne genitus. Sic poetæ Bacchum ignigenam vocat, propterea quod igne Iouiali ex Semele progenitus esse memoratur. Petuit.] insidiosè inuasit, & aggressus est: petere enim interdum percutere est, inuadere, aggredi. Inde petitiones, gladiatoriū aggressiones dictæ. M. Tullius in Catilinam: Quot ego tuas petitiones, ita coniectas ut vitari posse non viderentur, parua quadā delineatione, & (ut aiunt) corpore effugii? Bouem cornupetam appellant, quasi cornibus percutientem. De quo iurisconsultus: Si bos, inquit, cornu petere solitus perierit, aut mula propter nimiam ferocitatem. Ligno vendito.] lignis venditis: singularis numerus*

merus pro plurali. Ligni appellatio ( ut scribit Vlpianus ) nomen generale est: & propriè lignum dicimus, quicquid comburendi causa paratum est. Ideoque si cui ligna legata sint, quod comburendi causa paratum est continetur, siue ad balnei calefactionem, siue diætarum hypocaustum. Hæc verba passim leguntur libro de legatis tertio: ubi Accursius, tanquam aliquid præclarum interpretaretur, hypocaustas exposuit loca esse ubi stant ægroti, quod Latinitatis seruantissimi valetudinarium appellant. Sed nil mitum, si in dictione mendosa mendosissimum dedit interpretamentum: cum in sinceris cæcutiens subinde hallucinetur. Ego emendandum censeo Hypocaustum, siue hypocausim, siue hypocaustarium: tot enim modis dici potest, quod voluptarium interpretetur: est enim locus, in quo ignis succeditur & erumpit, calefaciendis vaporandisque balneis cubiculisque præparatus. Vnde ~~in~~ <sup>etiam</sup> id est, subtercalefere ac succendere est nominatus. Victruius in quinto, in describenda balnearum dispositione, eleganter docet, quemadmodum supra hypocaustum, siue hypocausim ahena tria sunt componenda, unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium: & ita collocanda, ut ex frigidario in tepidarium, ex tepidario in caldarium aqua influat. De his Papinius in primo Siluarum: Tenuem voluunt hypocausta vaporem. Plinius quoque in epistolis meminit hypocaustorum: Latini vaporarium interpretantur. M. Cicero in Epistola ad Quintum fratrem: Ita erunt posita, ut eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, esset subiectum cubiculo. Erit itaque census hic iurisconsulti: Legatis lignis, contineri illud quod paratum est ad balneas calefaciendas, &c ad hypocaustum diætarum, id est, ad vaporarium cubicolorum ( ut planius explicem ) quod paratur ad calefacienda vaporandaque cubicula, qualia apud transmontanos sunt frequentissima: ipsi stufas vocant ( interdum enim vocabulis barbaricis vtendum est, ut res eruditior liquidius illustretur. Nam illud ignis conceptaculum ad calefaciendum diætam, non absurdè hypocaustū dici possit. Diæta autem, quarū crebra est mentio in libris iurisconsultorum, historicorum, poëtarumque sunt cubicula siue cœnacula, in quibus viuimus versamurque. Vnde à conuersatione victuque, verbo Græco dicta sunt. θερμαὶ enim significat viuo & conuersor. Quidam nostro seculo clarissimi, quos à me nominari in ea parte qua reprehenduntur inhumanum est, diætas appellatas esse autemant, quod in eis die edatur: idque etymon fulciunt auctoritate Varro.

niana nusquam hoc à Vatrone traditum lego: & quia non lego  
minimè credo hæc esse Varronianæ. A diæta diætarij vocantur,  
qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo: qui (vt scri-  
bit Vlpianus titulo de extraordinariis criminibus) plusquam fu-  
res sunt puniendi. Inibi perperam & corropiè legitur detracta-  
rij pro diætarij. Non inuitus diuertor nonnunquam in extraor-  
dinaria hoc genus annotamenta, propterea quod scio talia non  
minus esse iucunda & grata studiosis, quam ordinaria interpre-  
tamenta. In commentariis Suetonii, Propertii, Tuseulanarum,  
secutus sum morem hunc, vt flosculos doctrinârum per inter-  
ualla insererem, & nodos scriptorum aliorum saltuatim, in trâ-  
cursuque enodarem: quæ lectors (nisi mihi amici blandiuntur)  
valde delectant & ex illa commentarye continent quasi la-  
fescentes reficiunt, recreant, recentant. Sed iam domum repedan-  
dum est, & institutum opus peragendum. *Vacuum.* Hærcina li-  
gnaria exoneratum. Lucianus dixit, γύπιρον καὶ ἔχυλον κούτας. Ma-  
gisterium renens. } recessus officium muniaque asinarii, & in-  
beluas præfecturam. Magistrare est, moderari, & monstrare:  
vnde magister, magisterium, magistratus deriuantur. *Concinnat.* }  
aptè configit, & concinniter facit. *Videtis.* Apud Lucianum  
sic inquit, τῷ οὐρανῷ τὸν ὄντον εἰδέσθαι τὸν βόσκουσθαι ἀργεῖον καὶ βεβδομάδην:  
id est, o domine, non vides quod pascimus hunc asinum cel-  
satorem & tardum? *Nimus asinum.* Allusus ad asinorum natu-  
ram, qui ferè tardigradi sunt, & pigri. Hinc optimo epitheto  
dixit poëta, Tardi costas agitator aselli. *Præ cæteris.* *Præ-*  
*cætera flagitia. Angit.* } cruciat, torquet. Angor animi est & cor-  
poris cruciatus. ab angendo angina dicta, qui morbus angit fau-  
ces, & strangulat: Græcè synanche appellatur, vulgo squiniantia.  
& ita apud Hippocratem passim legitur: Morbus est acutus, mot-  
tiferisque, statim necans, nisi citissime succurratur. Hinc Ange-  
rona quoque Dea nominatur, cui à Romanis sacra instituta sunt  
ad anginam propulsandam arcendâaque, cum omne genus a-  
nimâlum, quodam tempore angina consueneretur, cuius festa  
Angeronalia dicebantur. Hæc diua præsul silentij habebatur; si-  
deoque eius simulachrum fit prænexo obsignatōque ore. Tra-  
dunt tutelarē Deum urbis Romæ fuisse Angeronam, quæ digi-  
to ad os admoto silentium denuntiat, quasi monens silendum  
esse alterum urbis Romæ nomen, quod in arcanis ceremoniarū  
habebatur, quod inuulgare nefas erat. auctores Plinius, Solinus,  
Macrobius, Festus, cæteri. Illud addē, quod anginam vinariam  
habere dicuntur, qui vino suffocantur. *Viatorem.* } Generali voca-  
bulo viantem. Alias viatores nominati sunt ministri, qui ex vil-  
lis

lis senatores accersebat in curiam. auctores, M. Tul. Pli. & Columella. Siue sit vetula. } Lucianus, ἐπειργεῖται παρένθετο καλῶς  
μηδὲν οὐκ, οὐδὲν, οὐτολαντίσται, τοπεύει σχέσιν εἰς τὸν αὐτοῦ: id est, Si mu-  
litem vel virginem formosam, ac viro maturam, siue puerum  
viderit, calcitrando furens eos cursu insectatur. *Viro nubilis.* }  
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis. Quartodecimo  
ætatis anno homines pubescunt: tunc enim moueri incipit vis  
generationis in masculis, & purgatio fœminarum: tunc puellæ  
maturæ viro sunt, & nubiles: tunc masculi aliena tutela eximun-  
tur, quasi virili iam robore muniti: fœminæ vero propter vo-  
torum festinationem matūrius biennio legibus à tutela liberan-  
tur. Iustinianus Imperator libro primo Institutionum, consti-  
tutione imperatoria pubertatem in masculo terminat (vt dixi-  
mus) post decimumquartum annum, fœminas vero post duode-  
cim annos completos viripotentes nubilesque esse sancit. *Pucel-  
lus.* } Antiqui puerulos dixerunt pueros: vt. M. Varro, Lu-  
cilius, Tranquillus, & cæteri. Græcè παιδεῖον καὶ παιδεῖον no-  
minatur. *Gestamine.* } sarcina. *Amator talis.* ] A sinus asinas appre-  
tere debet instinctu naturali. Hoc vero monstrum est, si homi-  
nes appetit, & cum hominibus concubere gestit. *Inhians.* ] siti-  
enter desiderans, & cupienter appetens. Dicimus inhius huic rei,  
& hanc rem, cum dativo & accusativo. Martialis inhians gazæ,  
ut magnus draco, quem canunt poëtae. Statius: Fraternos in-  
hiantem obitus. Qui appetenter quippiam & immodicè con-  
cupiscit, ore patulo & hianti imminet incumbiturque rei ex-  
petitæ. Inde inhiare dictum, pro concupiscere. *Inuitat ad  
nuptias.* ] Symbolicos, & velamento verborum vetricundo con-  
cubitum significat. Lucianus quoque consimiliter Græcè di-  
xit, παιδεῖον εἴσεται, uxorem ducere voluit. *Auersa Venere.* } Con-  
cubitum puerilem, & obscenum atque præpostorum, elegante  
auersam Venerem appellat. Iulius Capitolinus in vita Albinæ  
Imperatoris: Mulierarius, inquit, fuit inter primos amatores,  
auersæ Veneris semper ignarus. M. Cato in hominem mulie-  
bria patientem: Aduersus, inquit, & auersus impudicus es. Præ-  
postera quoque & postica libido nuncupatur auersa Venus, de-  
qua dixit Plinius seueriter & sancte: In hominum genere ma-  
ribus diuerticula Veneris excogitata, omnia scelera naturæ, fœ-  
minis vero abortus: quantum in hac parte multò nocentiores  
quam feræ sumus? Quicunque horoscopum habuerit in quarta  
parte Capricorni, præpostoris libidinum amoribus mulieres  
perseguetur: vt docet Maternus in septimo. Item ille cum uxori  
sua impuro coitu miscetur, in cuius horoscopo Iupiter &

curius positi fuerint in occasu, & eos Saturnus diametra ratione percussat. Coitum auersum esse elephantis, camelis, tigribus, leoni, cuniculis tradunt, quibus auersa sunt genitalia. *Sanguis*, *baſij*, *osculi*. *Morsicat.* } *Lucianus*, *τάχυς εἰς φράγματος σχίματα*: id est, mordet sub osculi praetextu. *Morsicatum aduerbiū est*, quod significat cum morsu: quod alio quoque aduerbiō mor- dicus dicitur. *Lites pariet.* ] *Lucianus*, *ἐν τούτῳ οὐδὲ δίκαιος καὶ περιγραμματα παριστέται*: id est, ex hac re lites tibi & negotia facesset. *Quasdam iuuenē.* } De fœmina dictum. sic Ouidius: Siue petis iuuenem, iuuenes tibi mille placebunt. Plinius in septimo: Cornelia iuuenis est, & párere adhuc potest. *Amasio.* } amator. declinatur amasio amasionis. Pro amatore usurpamus: vt adagium & adagionem dicimus pro prouerbio: sic amasionem & amasium. apud Plautum *τάχυς εἰς παῖδες* amatorculus, pro humili, pusillo, minuto amatore ponitur. *In coram omnium.* ] Archaismos, pro coram omnibus. Terentius: Vereor te in coram laudare. Sic & infra in 10. dixit: Iuniorem in coram sui funerari videbat. *Inscendere.* ] subagitare. *Compauida.* ] pauescens, tremiscensque. Romani codices habent compauita, quod non displicet, vt compauita significetur complanata, compressa, conculcata ab asino: sicut pauimenta pauiendo coquantur, & pistatione solidantur. *Dirupta.* } enormitate scilicet genitalis asinini. *Pænale.* ] noxiū, pestiferūmque. à pœna, pœnale deducitur.

*Publicum maritum.* ] Festiuiter, nec minus de center asinum appellat publicum maritum, tanquam fœminas omnes initio ac subagitare cupientem. De Cæſare dixit Curio, Eum esse omnium virorum mulierem, omnium mulierum virum: à Iuuene quoque dictum est, Fict amator

*Denique unus ex illis: Quin igitur publicum istum maritum, inquit, imò communem omnium adulterum, illis suis monstruosis nuptiis condignam vietimamus hostiam?* Et, Heus tu puer, ait, obtruncato protinus eo, intestina quidem canibus nostris iacta, ceteram verò carnem omnem operariorum cœna reserua. Nam corium affirmatum cineris \* aspersum dominis referemus: eiusque mortem de lupo facile mentiemur. Sublata cunctatione, accusator ille meus noxius, ipse etiam pastoralis executor sententia latet, & meis insultans malis,

malis, calcisque illius admonitus, quam inefficacem fuisse mehercules doléo, proutus gladium cotis attritu parabat. Sed quidam de cœtu illo rusticorum, Nefas, ait, tam bellum asinum sic ene-  
care: & propter luxuriam lasciuiam-  
que amatoriam criminatum, opera ser-  
uicioque tam necessario carere: cum a-  
lioquin exectis genitalibus, posset ne-  
que in Venerem ullo modo surgere, nos  
que omni metu periculi liberare, insu-  
per etiam longè crassior atque corpulen-  
tior effici. Multos ego scio non modo a-  
sinos inertes, verum etiam ferocissimos  
equos, nimio libidinis calore laboran-  
tes, atque ob id truces vesanosque ad-  
hibita tali detestatione, mansuetos ac  
mansues exinde factos, & oneri feren-  
do non inhabiles, & ceteri mysterij pa-  
tientes. Denique nisi vobis suadeo vo-  
lentibus, possum, spatio modico interie-  
to, quo mercatum proximum obire sta-  
tui, petitis è domo ferramentis, huic cu-  
ra preparatis, ad vos actutum redire,  
trucemque amatorem istum atque in-  
suauem dissitis femoribus emascula-  
re, & quoniam veruece mitiorem effi-  
cere.

publicus. Mon-  
struosis nuptijs. } Il-  
læ nimis mon-  
struosæ portento-  
sæque sunt nu-  
ptiæ, quæ inter  
disparés sunt, qui-  
bus iumenta &  
homines copulan-  
tur, quæ inter asin-  
um sunt & fœ-  
minam. Natura-  
lis enim coniuni-  
ctio & coitus ille  
est, ut asinus asinæ,  
equus equæ,  
homo homini  
coniungatur. Nā-  
que (vt docet Ati-  
stot. in Problema-  
tis) in totum co-  
gnata cognatis &  
sui generis con-  
cubunt. Victi-  
marius. } immola-  
mus, sacrificia-  
mus. Victimarij  
dicti, qui praesunt  
hostiis immolan-  
dis. Hemus tu. } Les-  
go, Heus tu: vt vox  
sit vocantis, incla-  
mantisque puerū:  
Iacta. } iactato;  
proicitio: impe-  
rantis est verbum. Lucianus, Στρατηγεῖστε δι τοῦ, οὐ τὰ υπὲ ἡγετα τοῖς  
τοῖς δότι, οὐ τὰ εργα τοῖς, & πάτερες συνάζεται: id est, ipsum iugul-  
late, & intestina quidem canibus date, carnes autem operarijs  
reseruate. Affirmatum cineris inspersum. } Sic emendo, offernat-  
um cineris inspersu: ut sit sensus, Dominis reportabitur asini co-  
tium offernatum: hoc est, purgatum, induratum, concipi-  
tum, inspersum itispergine ciuitalenta. De lupo. } Lucianus:  
R. f. 2

λύκον τρῶτον γέρα φέρεσθε. i. à lupo interemptum mentiamini. Pastorialis sententia, quam unus ex pastorum grege dixerat. Cal-  
 sonis, nam, ut inquit Lucianus, ἐιχεὶς τὸν τὸ λαός εἰ μνήμην. Sen-  
 tentia catholica est: Cui dolet meminit, cui placet obliuiscitur.  
**Memoria iniuriarum immortalis est, beneficiorum obliuisci-  
 mur.** Attamen (ut inquit verissimè Seneca) magni animi est  
 iniurias desplicere. Hinc laudatur M. Cato, qui per impruden-  
 tiam à quodam percussus, eidem postea satis facienti: Non me-  
 mini, inquit, percussum me. In laudem Cæsar is dixit M. Tul.  
 Qui nihil obliuisci soles, nisi iniurias. **Inefficacem.**] quæ videli-  
 cet agasonem non peremerit. **Bellum.** Jelegantem, scitum, ve-  
 nustum. **Servitio necessario.**] Columella in 8. Plurima, inquit, asini  
 & necessaria opera supra portionem respondent, cum & faci-  
 lem terram aratri proscindat, & non minima pondere vēhicula  
 trahat. Iam verò molarum & conficiendi frumenti penè solen-  
 nis est huius pecoris labor. Omne rus tam maximè necessarium  
 instrumentum desiderat asellum, qui pleraque vrensilia & vehe-  
 re in urbem, & reportare collo vel dorso commodè potest. **Cotis  
 attrita.**] Inter operarios lapides sunt cotes ferro acuendo præ-  
 stantissimæ. Multa eorum genera. Creticæ diu maximam  
 laudem habuere. Ex cotibus aliæ sunt aquariæ, aliæ oleariæ:  
 quales in tonstrinarum officinis haberi solent. Inter aqua-  
 rias laus maxima fuit Naxiis, mox Arimeniacis. Ex oleo &  
 aqua Ciliciæ pollent: sunt enim oleariæ simul, & aquariæ. Sunt  
 quædam quoque saliuæ hominis proficientes. Cos, ut inquit  
 decenter Horat. ferrum acuere potest, cum ipsa exors secan-  
 di sit. Aristot. iram dixit cotem esse virtutis. Silius & Cor.  
 Tacitus, ferrum saxo exasperari scribunt: intelligi volentes,  
 cote acutum fieri. Diminutiuum cotis est coticula. Verùm  
 coticulæ alius usus, alia significatio est quam cotis. Nam coti-  
 culæ (ut docet Plin. in 33.) sunt lapides, non ad ferrum acuen-  
 dum, sed reperti in experimentum auri argentique: his coticu-  
 lis vuntur aurifices periū, cum è vena rapuerint lima ex-  
 perimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum  
 argenti vel eris, scrupulari doctrina mirabili, ratione non fallen-  
 te. Hunc lapidem alij Heraclium, alij Lydium vocat. Illud adde,  
 cotarias dici fodinas cotes, loca scilicet in quibus cotes foduntur.  
 Vlpian. tit. de publicanis, sic refert: Cæsar cum insulæ Cretæ co-  
 tarias locaret, legem ita dixerat. Antiqui decotes togas dixerunt  
 detritas, à cotis attritu. **Ejectis geni.**] amputata virilitate. Lu-  
 cian. οὐδὲν αὐτὸν ἔκτημε: Cape ipsum, & castrato. **Nullo modo.**] Legen-

Legendum est, vlo modo: aut duæ negatiuæ particulæ vnius significiantiam habebunt, ex ritu scilicet, & consuetudine prisæ loquutionis. M. Varro: Non modò ignorasse me clamat, sed omnino omnis heroas negat nescisse. *Corpulentior.*] Nulla res ita exhaustit corpus, & attenuat, sicut frequens coitus, in cunctis ferè animantibus: econtrariò nihil magis firmat vires, & corpulentiam facit, quām Veneris abstinentia. hinc illud Matronium: Sed non vlla magis vires industria firmat, Quām venerem & cæci stimulos auertete amoris. Sic galli gallinacei macrēcunt inguine exhausto, castrati pinguescunt: capones enim, vt inquit ille, coacti non amare, pinguedine gliscunt. Sic equi, sic asini, sic cætera interdicto per castrationem coitu sunt corpulentiora, habitioraque. Lucian. in hunc sensum, τοις οποιοις αφερεται, ιμεροις τοις θειοις και πτων εσται: id est, subducetus ab hoc impetu libidinis, mansuetus statim erit, & pinguis. *Ob id truces.*] Scilicet ante omnes furor est insignis equarum, vt scribit Columella, libidinis extimuletur furiis, persæpe admisarij equi furentes in libidinem afferunt gregi perniciem, & ferocia insanientes abruptis vinculis grauidas inquietant, ceruicibus dorsisque foeminarum morsus imprimentes. *Quod ne faciant paulisper ad malam vinclū, amoris sauitiam temperant.* Qui ergo truces ferocesque libidine visuntur, iidem castrati sunt mitiores, mansuetorēsque. *Detestatione.*] Quidam corrigit, *desecatione*, pro excetione genitalium amputatio- neque virilitatis. Mihi oppidò quām placet vt legas, *Detestatione:* quod vocabulum nouum mirè congruit nouatori opificique verborum Apuleio: itaque eleganter detestatio significatur testium abscisio, emasculatioque à testibus videlicet, hoc est, testiculis formata dictione. Aliis detestatio dicitur denun- tiatio, facta contestatione, vt docet Vlpianus. Alias ponitur pro execratione. Apocope eleganti vocabulo dicuntur à Julio Materno, castrati: quasi abscissi, amputata virilitate. Castratorum quoque illa nomina sunt, eunuchi, spadones, thlibiae & thlasie. priora vocabula omnibus nota: posteriora plurib. ignota, à me explicantur in commentariis Tranquilli, & corriguntur in li-bris iurisconsultorum. *Mansues exinde factos.*] Aristot. auctor est, spadones ex castratione effœminatos fieri, transmutari in na- turam muliebrem. Ideoque sicut mulieres, ita & spadones esse cruribus ulcerosis, nec varicosos fieri. consilinitet equi, asini, cæterique animantes abscissis testibus effœminantur, si unquam restincta per emasculationem ferocia mansuetiores, tractabilioresque. Mansuetum dicunt, quasi manu assuetum:

Quod omnia quæ sunt natura fera, manuum permulgatione mitescant. Mansues pro mansuetus usurpatur apud antiquos. Actius: Nunc sine matre misericordia mansues fit. *Nisi volentibus.*] Per anastrophēn expone: id est, si vobis volentibus persuadeo. *Mercatum Jemporium signat, forū mque rerum venalium. Ob-*  
*sisse.] adiisse, accessisse. Hæc enim præpositio, Ob, interdum signi-*  
*ficat ad: vt Ob os, & obire, adire. Ferramentis.] Ferramenta intel-*  
*ligit, quæ castratoria nominantur. Palladius in primo: Item cau-*  
*teres, castratoria ferramenta, atque tonsoria, vel quæ ad anima-*  
*lium solent pertinere medicinam. Quod cauteræ dixit Palladi-*  
*us, scito sic appellari instrumenta chirurgi, sive ferramenta, qui*  
*bis ignitis & carentibus vuntur putridæ carnes, & vlcera: quā-*  
*do enim lenia medicamenta nil prosunt, austriore hac & mor-*  
*daciore medicina uti solemus. Eadem cauteria quoque dicun-*  
*tur. Caustica verò medicamenta sunt habentia vim causticam,*  
*id est, vrentem. Hinc illud proverbiale apud Hieronymum, Pu-*  
*tridæ carnes ferro curantur & cauterio. Inde cauteriata consci-*  
*entia à Paulo Apostolo in Epistola ad Timotheum dicitur, qua-*  
*si cauterio notata: qualis in hypocritis est. Illud adde dignum*  
*annotatu, Cauteria dici quoque instrumenta pictorum, quibus*  
*vuntur peculiariter in ea pictura quæ encaustice appellatur, quæ*  
*fit coloribus inustis, & resolutis igni ceris. de qua Plin. in 35. de*  
*qua intellexit. Ouid. illo hemistichio: Tabulæque coloribus vris,*  
*De cauteriis in hoc significatu Martianus iurisconsultus tit. de*  
*fundo instructo, sic refert: Pictoris instrumento legato, ceræ, co-*  
*jores, similiaque horum legato cedunt. Item: puniculi, & cau-*  
*teria, & conchæ. *Actutum.*] confessim, euestigio, sine dilatione:*  
*aduerbiū est temporis. Ouidius: Quos equidem actutum: sed*  
*quid prædicere pœnam Attinet? Virgilius: Actutum pius Aeneas*  
*atque integer æui Ascanius. *Dissit is femoribus.*] disclusis, diuari-*  
*catis, diductis. Dissitum media correpta, diciuus, distans, remo-*  
*tum, disclusum. Econtrariò adsitum, adiunctum, ac propin-*  
*quum. Dissitum, quasi procul situm: adsitum, iuxta situm. In Flo-*  
*ridis, hæc duo veluti inter se contraria opposuit atque dispara-*  
*uit, sic scribens: Homines neque longulè dissita, neque proxi-*  
*mè adsita possumus cernere. Agretius grammaticus adsitum*  
*dicit esse, cui aliquid ut sustineat adiungitur. citatque Horatij*  
*testimonium ex Epistolis: Qua populus adsita certis Limitibus:*  
*tanquam populus arbor ad Horatio adsita nuncupetur, quia vi-*  
*ribus maritatur. Ego verò ab Agretio dissentiens, ita interpre-*  
*tor, ut populus adsita dicatur ab Horatio, arbor sita positâque*  
*iuxta certos limites, ad iurgia inter conterminos dirimenda:*

qualcs

quales hodiéque in limitibus agrorum conspiciuntur. & ita Ad-  
sita simpliciter accipietur pro opposita ad limites agrorum, &  
fines, siue maritata sit vitibus, siue celebs: immò ferè sēper in col-  
limitio agrorum sunt arbores incultæ, minimēque frugiferæ.  
Qui sumperit in manum nouissimam Horatij epistolam, eām-  
que accuratè perlegerit, is haud dubiè cognoscet, interpretainē-  
tum hoc nostrum cum Horatiana sententia ad amissim con-  
uenire, illud autem Agretij affectatum esse nimis & præstigio-  
sum. Igitur ut ad rem redeamus, femora discluduntur, dissep-  
tantur, disiunguntur, & ( ut dixit Apuleius ) dissita fiunt in asino,  
quem ferramentis castratoriis velis excastrare, & absindere vi-  
rilitatem. *Emasculare.* } excastrare, & mascula virilitate viduare.  
Emasculatores eleganti scitōque vocabulo dicti pædicones, &  
puerorum subactores, atque libidine præposta abutentes, quos  
Græci *αρσενοκοιτας* vocant. Nam tales quasi emasculant pueros  
concubinos & catamitos, qui vicem implent præstantque fœmin-  
narum, prorsus effeminati, & in sexum muliebrem penè refor-  
mati. Consimile est verbum illud Euirare, quod significat viro  
virilitatēque spoliare: inde euirati molles dicuntur, & fluxi, quos  
pœnitit quodd viri nati sunt. Martialis: Cūm sis cinædo euiratior  
fluxo. *Veruece.*] Lucianus, οὐρανὸν τοπεγνώσεης ταρρατίου παρέξει  
τὴ μῆν: id est, hunc tibi modetiorem ouicula reddam ex sectio-  
ne. Veruecem vocant arietem castratum, & qui dempti sunt testi-  
culi: à versa natura dictus veruex, ut interpretatur M. Varro. Mi-  
tigari autem ferociam arietis, quando transfiguratur in verue-  
cem exectis genitalibus, opiliones & ouarij pastores optimè  
norunt. Probrolo ignauia maledicto Plautinus seruus verue-  
cea statua inclamatitur à domino. Ferocia arietis cohabetur,  
cornu iuxta aurem terebrato. Aries mutilus initior est: nam  
cornutus frequenter in pugnam procurrit, & fit in fœminas  
quoque procacior, nec non riualem violentissime persequi-  
tur: vbi sit veruex, mitigatur & mansuescit. Mansuetarij ab  
antiquis dicti magistri mansuetudinis, qui feras docent  
mansuescere. Quicunque nati fuerint oriente signo se-  
ptentrionis, erunt mansuetarij ferarum: id est, qui vrsos,  
vel tauros, vel leones deposita feritate humanis conuersa-  
tionibus socient. auctor Maternus. Circurare verbum ve-  
tus est, quod significat mansuefacere: ut docet M. Var-  
ro. Vnde cicur ingenium, pro mansuetum, & cicures animan-  
tes, quæ sunt placidæ, mansuetæ, exarmatæ. Hoc enim qua-  
que nomine appellantur feræ, exuta feritate. Lampridius in Helio-  
gabalo: Habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis, quos

edoctos per mansuetarios, subito ad secundam & tertiam mensam iubebat accumbere.

*Ex tunc.]* ex illa hora, & temporis momento : sicut ex tunc dicitur, pro ex hoc tempore & hora Quidam codices habent, *Extrema extrema autem pœna mortis est : &*, ut inquit Celsus iurisconsultus, *extremum supplicium solam mortem interpretantur.*

*Mærebam.]* lugebam, lamentabam, Lucianus, *in die decessu puerorum ac dormitione autem ror et quod omnia et spacio id est, Ego flbam, perinde ac perditus statim in asino virum. Non quisima parte.* Id est, genitalium abscissione. *Parvum.* Ego peritum, hoc est, moritum. *Inedia continua.]* Quibus inedia mori & abstinentia cibi consilium est, hi septimo die mortem appetunt. Plinius in II. Homini non ante diem septimum letham

Tali sententia medijs Orci manibus \*retractus, sed ex tunc pœna reservatus, mærebam; & in nouissima parte corporis totum me peritum deflebam. Inedia denique continua, vel precipiti ruina, memet ipse quarebam extinguere : moriturus quidem nihilominus, sed moriturus integer. Dumque in ista necis mea decunctor electione, matutino me rursum puer ille, peremptor meus, circa montis suetum ducit vestigium. Iamque de cuiusdam vastissime ilicis ramo pendulo destinato, paululum viam supergressus ipse, securi lignum, quod deneheret, recidebat. Et ecce de proximo specu vastum attollens caput funesta proserpit ursa: quam simul conspexi, pauidus, & repentina facie conterritus, totum corporis pondus in postremos poplites recello, arduaque ceruice sublimiter eleuata, lorum quo tenabar rumpo: meque protinus pernici \*fuga committo, perque prona non tantum pedibus, verum etiam toto projecto corpore, properè deuolutus, immitto me campis subpatevibus: \* & summo studio fugiens immanem ursam, usq[ue] peiorum illum puerum. Tunc quidem viator solitarium vagumque me respiciens, inuadit: & properiter inscensum baculo quem gerebat obuerberans, per obliquam\* ignoramusque me ducebat

ducebat viam. Nec inuitus ego cursui  
me\* accommodabam, relinquens atro-  
cissimam virilitatis lanienam. Cete-  
rum plagis non magnopere commone-  
bar: quippe consuetus, ex \* forma, con-  
cidi fustibus. Sed illa fortuna meis cas-  
ibus perniciax, tam opportunum latibu-  
lum misera celeritate praeuersa, nonas  
infruit insidias. Pastores enim mei, per-  
ditam sibi requirentes vacculam, va-  
riisque regiones peragrantes, occurruunt  
nobis fortuito: statimque \* me cognitum,  
capistro prehensum, attrahere gestiunt.  
Sed audacia valida resistens ille, fidem  
hominum, \* dominique testabatur. Quid  
me\* raptatis? quid inuaditis? An te nos  
tractamus inciuiliter, qui nostrum as-  
num furatus abducis? Quin potius ef-  
fari, ubi puerum eiusdem agasonem  
necatum scilicet occultaris? Et illico\* de-  
tractatus ad terram, pugnisque pulsau-  
sus, & calcibus contusus, infit deierans,  
nullum semet vidisse ductorem, sed pla-  
ne concinnatum solutum & solitarium,  
ob indicinae præmium occupasse: domino  
tamen suo restituturum. Atque utinam  
ipse asinus, inquit, quem nunquam pro-  
fecto vidisset, vocem quir et humanam  
dare, meaque testimonium innocentiae  
perhibere posset! profecto vos huius\* in-  
juria pigeret. Sic adseuerans, nihil quic-  
quam promouebat. nam collo constrictu  
reducunt eum pastores molesti, \* circa  
montis illius siluos anemora, unde li-

lis inedia durasse,  
& ultra vnde ci-  
mum plerosque  
certum est. Inedia  
nostris, cibi absti-  
nentiam dicunt,  
Græci vñs id. Hip-  
pocrates in Apho-  
rismis, γέργες δι-  
εροπάτα τα υντεῖλα φέ-  
γυον: id est, inedia  
facillimè sustinet  
senes. Moriturus. }  
tanquam non in-  
teger, sed mutilus  
moriatur, qui mo-  
ritur præcisus ge-  
nitilibus, quæ nu-  
merantur inter  
membra principa-  
lia. Namque Aui-  
cenna & Gale-  
no auctoribus,  
membra principa-  
lia sunt quatuor:  
cor, cerebrum, ie-  
cur, & genitalia.  
Decunctor. ] demo-  
rator, & contabun-  
dus in sillo. Perem-  
ptor. } A volunta-  
te, non ab effectu  
peremptorem ap-  
pellat agasonem,  
qui peccimere i-  
psum quoquo mo-  
do destinauerat.  
Sic poëta maritos  
dixit, non qui es-  
sent, sed qui esse  
cuperent, illo ver-  
su: Quos ego sum

toties iam dedignata maritos.  
Me destinato.} de-  
ligato. peculiaris  
in hoc significatu  
dictio Apuleiana.  
Vastissimæ ilicis.} Inter glandiferas  
arbores est ilex, cu-  
ius glans breuis  
est, & gracilis quā  
Homerus acylon  
appellat. Iligna  
glans suem facit  
angustam, niti-  
dam, strigosam,  
ponderosam. Plin.  
auctor: glandiferi  
generis arbores  
ferè omnes vasti-  
tate & enormitate  
immodica lu-  
xuriant. Ciuica

gnum puer solebat\* agere. Nec uspiam  
ruris reperitur ille; sed planè corpus  
eiūs membratum laceratum, multisque  
dispersum locis conspicitur. Quam rem  
proculdubio sentiebam ego, illius urse  
dentib. esse perfectam. Ether cules dice-  
rem quod sciebam, si loquendi copia  
suppeditaret: sed quod solum poteram,  
tacitus, licet serae, vindictæ gratulabar.  
Et cadaver quidem disiectis partibus  
tandem totum repertū. agreque concin-  
natum ibidem terræ dedere: meum ve-  
rò Bellerophontem, ab actorem indubi-  
tatum, cruentumque percussorem ori-  
minantes, ad casas interim suas vin-  
Etum perducunt, quoad renascenti die  
sequenti deductus ad\* magistratus, ut  
aiebant, pœna redderetur.

corona, quæ seruatori ciuiis in bello dabatur, iligna primò fuit. Ab ilice, ilicetum dictum, locus ilicibus plenus: sicut à quercu  
querchetum, ab esculo esculetum. Ecce de proximo specu.] Hæc par-  
ticula Ecce, vt Pedianus Asconius & Donatus annotauerunt, in-  
opinatum improvissumque denuntiat malum. Quod apud Virg.  
& M. Tullium curiosus lector aspiciet. Hæc autem omnia Apu-  
leiiana sunt, indicata omissaque à Luciano. Noster enim latius, fu-  
sius, copiosius asinum suum opinat, fareitque, quām Græcus  
Lucianus. Proserpiz ursa.] Mares in omni genere fortiores sunt,  
præterquām in pantheris & vrisis: auctores Aristoteles & Pli-  
nius. Itaque scitissimè vrsam dixit, potius quām vrsum: vt potè  
fortiorem, truculentiorēmque: sic & Ouid. Scæua truculentior  
ursa. ἀπότομη Græcè dicitur ursa. vnde arctomys dicitur, animal ha-  
bens similitudinem muris & vri. à Hieronymo interpretatur  
vrsus mus, fideliter magis quām fœliciter. Proverbium est a-  
pud Græcos, ἀπότομη παρέστη λύκη μὲν ζῆται, ursa præsente ne quære  
vestigia. dieitur autem de timidis venatoribus. In poplites re-  
cello.] retraho, & cessim reduco. Poplites sunt sub genibus, E-  
lephas poplites intus flectit hominis modo, cætera animalia in  
diuer-

diuersum. *Recellere.*] ut inquit Festus, est reclinare: excellere verò, in altum tollere. Liuius in 24. Ferrea manus cum iniecta proræ esset, grauique libramento plumbi recelleret ad solem suspensa, prora nauim in puppi statuebat. Sensus Apuleij est: Visa, inquit, vrsa vasta & formidanda, omnib. viribus neruisque contendit effugere imminens periculum: ita poplites pedum posteriorum coepi retrahere, reclinate, retroducere: vt ita rupto loro quo alligabar, saluti fuga consulerem. Ab hoc verbo Recello, Plautina dictione, epitheto meretricario recelliclunia, nominantur mire trices, quod scilicet in concubitu recellant clunes, & nates torqueant, ut coccinnior fiat venerius coitus. Sed in omnib. ferè Plauti codicib. leges, non recelliclunias, sed reliquias alicarias, in Pernulo. Relicinus verò comâ significatur, viduatus comâ capillitioque depopulatus: à relinquo dictus, non à recello. Itidem frōs relicina, aperta capillis dimotis, à relinquendo deduxta dictione. Nescio an satis decenter dici possit relicina coma: sed homo relicinus comâ, quasi relictus à capillis: & frons relicina, quæ capillitio velata non sit, recte & eleganter dicitur. Frontem in Alexandro Magno relicinam fuisse, laudat Apuleius in Floridis: quæ scilicet lata, aperta, spectabilis, & à capillorum tegumento libera viseretur. *Subparentibus.*] sub monte exorrectis ac patentibus. Subalpinos populos appellat Plin. qui sunt sub Alpibus. *Solitarium inuidit.*] Tit. de acquirēdō rerum dominio, traditum est, animalia quorum natura fera est, fieri occupatiū. Sed cùm asini natura fera non sit, non potuit iure fieri capientis: quamvis solitarius & procul domino fugitans captus sit. Etenim si longius à nobis abscesserint animantes nostræ mansuetæ & cicures, adeò ut ignoremus ubi sint, tamen nihilominus in nostro domino tenentur. *Properitur.*] Emenda, properiter, id est festinanter, celeriter, perniciter. Veteres enim properiter pro properè dicebant, ut superbiliter pro superbè, verecunditer pro verecundè, temeriter pro temerè, aliisque hoc genus innumera. *Obumbrans.*] Lego, obuerberans: hoc est, verberibus & fustibus cardens. *Per obliquam.*] tramites, diuerticula, calles deuios significat. *Virilitatis lanienam.*] laniatum, laniationemque genitalium. Laniena dicitur propriè taberna ubi venditur caro: sicut pelle suina, ubi pelles: sutrina, ubi calcei venduntur. auctor M. Varro in libris de analogia. Igitur cùm in laniena lanietur secteturque frustatim à laniis caro venalis, satis condecenter laniena usurpatur pro ipsa laniatione & sectione, à laniando nominata. *Plagus non commuuebar.*] Costas occaluisse plagis significat, quotidianis fustibus contundi assuetos. Et profecto ærumnā-

rum consuetudo facit nos obdurescere , & quasi callum ducere  
 aduersus sensum malorum. Hinc illud Ouidianum: Quod male  
 fets assuesce , nihil assuetudine maius. & Ausonius inquit: Leni-  
 rétque vsum bona consuetudo laborum. Concidet. ] lacerati fu-  
 stario suppicio. *Peruicax.* ] pertinax, perseverans tenaciter &  
 pereniter in meis calamitatibus. In hanc sententiam Ouid. An  
 miseris tristis fortuna tenaciter vrget? Peruicaces dicuntur, teste  
 Porphyrione, qui in contentione vsque ad peruincedum perse-  
 uerant. Sic peruicax Achilles Horatio dictus. Peruicaciam à per-  
 tinacia grammatici ita dispescunt, distinguuntque , vt perui-  
 cacia interdum bonarum rerum perseverantia sit , pertinacia  
 semper malarum. Quod & Actius poëta denotat his verbis: Per-  
 uicacem dicis me esse , perfacile patior , pertinacem nihil mor-  
 tor: Hoc fortis sequitur, illa in docti possident. M. Tullius tra-  
 dit, pertinaciam vitium esse finitimum perseverantiae , sicut au-  
 dacia fidentiae finitima est. Verum, vt aliubi annotauimus, perti-  
 nax quoque in bono usurpatur: vt pertinax virtus apud Livium,  
 pertinax bonitas apud Curtium. *Praeuersa.* ] anticipans, præuenies,  
 euocans : ne scilicet ego tam opportuno latibulo & latebra tam  
 salutari tutus delitescerem. Archaismos autem est , & figuratum  
 genus eloquutionis, præuersa latibulum: vt nuda genu, & mœsta  
 vultum. *Vacculam.* ] A vacca per diminutionem fit vaccula, quæ  
 & alio nomine buccula nominatur: vt Virg Buccula cœlum sus-  
 piciens. Quæ sterilis est vacca, taura appellatur: qua prægnans,  
 horda: ab eo in fastis dies Hordicalia nominatur, quod tunc hor-  
 dae boues immolantur: quidam fordas & Fordicalia siue Fordi-  
 cida appellant. Vtrunque rectè, cognatione quadam literæ f cu  
 h. vnde antiqui dicebant foedum pro hœdo, fosten pro hoste, fo-  
 stiam pro hostia: sic & fordam pro hordam. de qua Ouidius in  
 Fastis: Forda ferens bos est, fœcundaque dicta ferendo, Pontifi-  
 ces forda sacra litate boue. Vaccinus caseus recens infunditur dy-  
 fentericis, vt docet Plinius. *Fortuitò.* ] cum non asinum quererent,  
 sed vaccam: iuxta illud, Tu non inuenta, reperta es. *Domini.* ] Le-  
 go, Deum, pro Deorum: est enim exclamatio vistatissima. Proh  
 Deum atque hominum fidem. de qua M. Tullius in Oratore:  
 Nam proh Deum atque hominum fidem, pro Deorum aiunt.  
 Hic fides accipitur pro auxilio, vt apud comedos frequenter. *Au-  
 dacia valida.* ] Talis audacia sape pro fiducia est , facitque fidem  
 innocentiae. ex quo illud Satyrici poëtæ: Nam cum magna ma-  
 lae superest audacia causæ, Creditur à multis fiducia. Auctor est  
 M. Tul. in Rhetoricis, vnicuique virtuti finitimum vitium repe-  
 riri. sic audaciam fidentiae finitimam esse. *Raptatis.* ] Rapones di-  
 xit an-

sit antiquitas pro raptoribus. *Ain.*] ait ne? verba pastoris ad asini raptorem. *Inciuiliter.*] inurbanè, violenter, iniuste, contra ciui-  
 les mores. A. Gellius verba inciulia appellat petulantiora, proca-  
 cioraque, & nihil prorsus habentia ciuilis modestiæ. *Agasonem*  
*necatum.*] Ex coniectura & suspicione dictum hoc est. Nam cum  
 asinum abduci viderent, & nuspia compareceret puer agaso, ni-  
 mirum suspiciati sunt pastorales, illum fuisse clanculò necatum  
*Infit.*] inquit. *Deierans.*] per Deos omnis adiurans. Deierare enim  
 est, valde iurare : & deiurium dicitur scito vocabulo, iusuran-  
 dum. Terentius: Illum liquet mihi deierare, his mensibus sex non  
 vidisse. *Abducis.*] tanquam alienum, significanter locutus. Abdu-  
 cit enim quod alienum est, ut docet Donatus : & Terentius,  
 proprietatis verborum retinentissimus, de alieno seruo loquens  
 in Adelphis inquit: Hunc abduce. Prætete abducimur quod nolu-  
 mus, ducimur quod volumus. *Ductorem.*] agasonem, à ducendo  
 grege dictum. Ductare exercitus, verbum honestum, & apertæ  
 significationis apud Salustium: sed mala consuetudine in obsec-  
 num intellectum esse detortum, dixit Quintilianus in 8. Quæret  
 quispiam, & meritò quæret, cur hoc dixerit Quintilianus : &  
 quomodo hic sermo, ductare exercitus, habeat obsecnam signi-  
 ficationem. Audi qui quæris, disce qui nescis. Ductare exercitus  
 interpretatur, exercitus ducere frequenter genitalia, & manibus  
 tractare virilia. Tales intellectus excogitant obsecnitätis dilecto-  
 res, ut ea quæ sanctè dicta sunt, & simpliciter, detorqueant ad fœ-  
 dum significatum, & candida vertant in nigriciem. Apud eundem  
 Salustium est, Ductabat, & arrexit animos militum, simpliciter  
 honesta sententia. Non enim defuerunt, qui per æschrologiā id  
 quoque detorquerent ad obsecnam significationem : tanquam  
 esset intelligendum, duxit manibus virilia, & arrexit penem. Ex  
 hac impura interpretandi licentia fit, ut nihil satis tutu sit, ut lo-  
 qui sit difficile, ut silentio nihil utilius, ne in obsecnum intellectum  
 videamur incidere. *Ob indicinæ præmium.*] Attende vocabu-  
 lum nouè factum, & scitè fabricatum. Indicina enim dicitur ele-  
 ganter indicium. Consimiliter à Plauto opicina fœmina est di-  
 cta. Index autem rei perditæ solet accipere præmium indicij fa-  
 eti, sive indicinæ : index fugitiuii mancipij meretur à domino  
 mercedulam. Ait ergo hic, se occupasse asinum, quem solutum  
 solitariūmque reperit, eo consilio, ut domino restitueret, recipie-  
 rétque præmium indicij. *Sic adseuerans.*] sic asseueranter affir-  
 mans. *Collo confictum.*] Verbum juris : namque in ius quoque

collo constricti rei trahebantur. Plaut. in Curgulione: Collum  
 obstringe, abduce istum in malam crucem. Item in Penulo ad  
 hoc alludens videtur dixisse, Collo rem soluam iam omnibus;  
 item in Rudente: Rapite obtorto collo. Consimiliter diuus Hie-  
 ronymus ad hunc morem alludens inquit, Obtorto collo me in  
 ius trahis. *Lignum egerere.* ] ligna exportare, educere. Nec *yspam*  
*ruris.* ] nusquam in nulla ruris & agrorum parte: figura archais-  
 mos: sic dicimus nusquam gentium, nusquam locorum. Seruus  
 tradit huiusmodi particulas vacanter poni: & ornatus tantum  
 causa. *Membratim.* ] per membra, ut frustatim, per frusta: minu-  
 tatem, per minutias. *Hercules.* ] certè. *Seræ vindictæ.* ] Ex deside-  
 rio vltionis seram dixit. cupienti enim vlcisci percussorem, om-  
 nis vindicta sera videbatur: voluisseque multo prius tali generè  
 mortis agasonem vidiisse confectum. Dij lanatos pedes habere  
 dicuntur, propterea quod lento gradu veniunt ad fontes punien-  
 dos: sed quanto serius, tanto grauius vlciscuntur, tarditatè inque  
 supplicij grauitate compensant. Dixit Satyrographus: Ut sit ma-  
 gna, tamè certè lenta ira Deorum est. *Concinnatum.* ] collectum,  
 compositum, concinniter coagmentatum: ut membra membris  
 copularentur, atque congruerent. *Terre dedere.* ] Humatum suisse  
 significat. Humati enim dicuntur, humo contexti. Sepulti, quo-  
 quo modo conditi, ut docet Plinius. Antiquissimum sepulturæ  
 genus, auctore. M. Tul. fuit reddere corpus terræ, & ita locatum  
 ac sitū quasi operimēto matris obduci. Cremare cadavera apud  
 Romanos non fuit veteris instituti: terræ antiquitus condeban-  
 tur. In Cornelia domo nemo ante Syllam dictatorem traditum  
 esse crematus. *Meum Bellerophontem.* ] Bellerophontes, ut mythi-  
 ci fabulantur, & Strabo, Pegasus equum alatum & volaticum  
 ex Pyrene fonte Corinthiensi potantem deprehendit, abduxit-  
 que: cuius præsidio liberatus est à Chimæra monstro multifor-  
 mi. Quam cum interemisset, & inde victor profugeret, cum ad  
 cœlum pennati equi beneficio contenderet euolare, neque iam  
 longè abesset, despiciens ad terram, timore perterritus cecidit,  
 atque ita mortem oppetit. Quidam tradunt, Pegasus, cum gra-  
 uaretur homine lessore, excusisse illum, præcipitè inque ad ter-  
 ram dedisse. Quod sensisse videtur Horatius, cum ait: Pegasus  
 terrenum equitem grauatus Bellerophonte. item aliubi ceci-  
 nit: Vix illigatum te triformali Pegasus expediet Chimæra. Ho-  
 mer. in 6. Iliados non pauca scitu digna referens super Bellerop-  
 honte, nullam Pegasi equi mentionem facit: nos in tertio  
 Tusculanarum commentario pensauimus curiosè, opinor, & di-  
 ligenter Nasonis carmen, & Homericum versum. Igitur cum à  
 Belle-

Bellerophonte Pegasus olim abductus sit, nunc festiuiter cùm à viatore asinus abducitur, illum Bellerophontem suum appellat: qui vt Bellerophontes equum, ita ipse asinum abegerit. Oriente fidere aurigæ, natus Bellerophontes esse proditur. *Abactorem.*] Ab abigendo abactores dicti, vt tradit Donatus. abigere enim, abducere est: inde abactos greges, pro abductos dici leges. inde abigei, ipsi abactores nuncupati. Quamuis abigei propriè hi habeantur, vt docet Vlpianus, qui pecora ex pascuis vel armentis subtrahunt, & quodam modò deprædantur, & abigendi studium quasi artem exercent, equos ab armentis vel oues de gregibus abducentes. Cæterum si quis oues oberrantes vel equos in solitudinem relictos abduxerit, non est abigeus, sed potius fur. Ex hac Vlpiani sententia abactor hic asini, in solitudine depensi, non erit abigeus dicendus, sed fur. Callistratus scribit, oues pro numero abactarum, aut abigeum, aut furem facere. De abigeis puniendis ita diuus Hadrianus rescripsit consuli: Abigei cùm durissimè puniuntur, ad gladium damnari solent: puniuntur autem durissimè non vbiique sed vbicunque frequentius est id genus maleficij. Qui verò honestiori loco nati sunt, relegandi sunt, aut ordine amouendi. Ipsum abigeorum crimen & admissum abigeatus nominatur: quod quia magis furtum est, publici iudicij non fit. Si Mars & Luna in aquosis propriè signis fuerint constituti, pecorum abactores efficient. *Ad casas pastorales.*] Signatè locutus: casa enim vilis est & rustica, à cauatione dicta. hinc apud Lactantium illud scitum Carneadis: Si iusti velint esse Romani, hoc est, si aliena restituant, ad casas esse redeundum. Casaria dicitur, quæ custodit casam. *Renaudenti die.*] Matius vir eruditissimus non absone finxit verbum hoc recentatur, pro eo quod est renascitur, renouatürque, atque iterum fit recens. Versus, in quibus hoc verbum est, hi sunt, de die renascente iam: Iam albicassit Phœbus, & recentatur commune lumen hominibus & voluptas.

Interim, dum puerum illum parentes sui plangoribus fletibusque\* quæreban-  
tur, adueniens ecce rusticus, nequaquam promissum suum frustratus, destinatam sectionem meam flagitat. Non est, inquit in his unus, inidem præsens iactu ranofra: sed planè crastino libet non

*Adueniens rusticus.*] qui scilicet promiserat, petitis è domo ferramentis castratoriis, se se asinū emascula turum, castratumque, vt ita mitesceret, manuuesceretque. Ne

quaquam frustatus.] Ille dicitur promissa frustrari, qui quod verbo promisit, re non facit. hic vero venerat præstaturus quod promiserat, & asinum castraturus. Sectionem.] castrationem, & testium amputationem. <sup>topū</sup> Grætē dicitur. Indem.] inde, ex asini libidine: ut præcisione genitaliū nullum amplius incommodum sit pertimescendum. & ita indicat, longè grauiorem pestem ab asino cinnatam esse de pueri scilicet morte, quam quæ ex lasciuia amatoria timebatur. Naturam.] genitalia & virilitatem. De natura in hoc significatu suprà quoque diximus suo loco. Bonopuero.] cuius scilicet morte effectum erat, ut carnificina asini procrastinaretur. Carnificina.] laniationi, excartificationi, & genitalium amputa-

tantum naturam, verum etiam caput quoque ipsum peñimo isti asino demere. Nec tibi ministerium\* deerit istorum. Sic effectum est, ut in alterum diem clades differretur mea. At ego gratias agebam bono puerō, quod saltem mortuus unam carnificinæ meæ dieculam donasset. Nec tamen tantillum saltem gratulationi meæ, \* quietique spatium datum. Nam mater pueri mortem deplorans acerbam filij, fleta & lacrymosa, fuscâque ueste coniecta, ambabus manibus trahens cinerosam caniciem, ciuilans, & exinde proclamans, stabulū irrumpit meum, tunisque ac diuerberatis vehementer uberibus, incipit: Et nunc iste securus incumbens præsepio, voracitati suæ deferuit, & insatiabilem profundumque ventrem semper esstante distentit: nec ærumna meæ \* miseret, vel detestabilem casum defuncti magistri recordatur. Sed scilicet senectam infirmitatemque meam contemnit ac despicit, & impunè se laturum tantum scelus credit? At vt cunque se presumit innocentem. Est enim congruens peñimus contibus\* circa noxiā conscientiam, spē rare securitatem. Nam, prò Deum fidem, quadrupes nequissime, licet precariam vocis usuram sumens, cui tandem vel inepissimo persuadere possis, atrocitatem istam culpa\* vacare: cum propugnare pedibus, & arcere morsibus misello puerō potueris? An ipsum quis-

quidem sapienter calcibus posuiti, moriturum vero defendere alacritate simili nequisti? Certè dorso receptum auferres protinus, & infesti latronis cruentis manibus eriperes: postrem, deserto derelictoque illo conseruo, magistro, comite, pastore, non solus aufereres. An ignoras, eos etiam qui morituri auxilium salutare denegarint, quod contra bonos mores id ipsum fecerint, solere puniri? Sed non diutius meis tladibus letaberis homicida: senties efficiam, misero dolori naturales vires adesse. Et cum dicto\* assertis manibus exoluuit suam sibi fasciam, pedesq; meos signillatim\* inligans, indidem constringit arctissime; scilicet ne quod vindictae meae supereret præsidium: & pertita, qua stabuli fores affirmari solebant, arrepta, non prius me desit obtundere, quam vicitis fessisque viribus suopte pondere degranatus, manibus eius fustis esset elapsus. Tunc de brachiorum suorum cito fatigacione conquesta, procurrit ad focum: ardenterque titionem gerens, medys inguinibus obtrudit; donec solo quod restabat\* innixus prædio, liquida summo strictim egesta, faciem atque oculos eius confœdassim: qua cecitate, atque fætore, tandem fugata est a me pernicies. \*Certum titione delirantis Altheæ Meleager asinus\* interierit.

tioni. De carnifica copio è annotata in tertio Tusculanaru commentario, ubi dicitur: Et ægritudo est animi carnifica. Dieculam. } modò diem: alias breue tempusculam & moram, ut primo commentario enarratiū est explicatum. Tantillum. } minimum. Fletu. } flens, & plena fletus ac lacrymarum. quod actiue positum est, cum alias passiue dicatur. ut apud poetam in 6. Hic multum fleti ad superioros, bellique cadiuci Dardanidæ: nam fleti propriæ dicuntur illi, quibus fletum & lacrymas impendimus: sicut econtra ratio infleti, quos nullus defleuit: ut, Inhumata infeltaque turba est. Fusca veste. } Fuscus siue pullus & niger color lugentium est, qui Græco vocabulo anthracinus nominatur à carbone;

quem anthracem vocant. M. Varro amiculum nigellum dixit vē  
stem lugubrem. Lego apud Plutarchū in Problematis, quōd for  
minæ antiquitū: in luctu vestes albas induebant. *Trahens.* Jvelli  
cans, decerpēnsque. *Cinerosam caniciem.* } largo cinere perfusam,  
imitatio Virgiliana ex 12. Caniciē im mūndo perfusam puluere  
turpans. etenim in luctu & dolore caniciem turpabāt cinere im  
mūndo, & comam vellebant. Hinc Agamemnon Homericus, &  
idem Actianus: Scindēs dolore identidem intonsā comā. In quo  
facetum illud Bionis, perinde stultissimum regem in luctu capil  
lum sibi euellere, quasi caluitio mōror leuaretur. *Eiulans.* ] Eiula  
tio & eiulatus propriè fœminarum est fletus. Hinc illud Horatia  
num ex Epodo: Et illa non virilis eiulatio. Hic nimirūm est fle  
tus, quem leges decenitiales in funeribus adhiberi veruerunt:  
ideōque dixit M. Tul. quōd eiulatus ne mulieri quidē concessus  
est. Verba legis hæc sunt: Mulieres lessum funeris ergo ne habē  
to: id est, non habeant fœminæ eiulatū causa funeris. Lessū enim  
Lælius interpretatur, quasi lugubrem eiulationē: quod & M. Tul.  
probat in libris de legib[us], quia lex Solonis idipsum vetat. Vete  
res interpres Sextus Helius, Lucius Attilius, nō satis intellexerūt  
quid esset lessū: sed suspiciati sunt, vestimenti aliquod funebris  
genus esse. *Tunis vberibus.* } Fœminarum est, in dolore pectus &  
vbera pugnis tundere, faciem discerpere, comam diuellere. Sic  
Virg. *Vnguib. ora sotor foedas, & pectora pugnis.* Sic & Lucanus:  
Nunc ait, ô miserae, contundite pectora matres, Nunc laniate co  
mas. Legib. vetabantur mulieres genas radere, hoc est, carpere ac  
lacerare. Verba legis hæc sunt: Mulieres genas ne radūto, mulier  
faciem ne carpito. *Iste se.* ] Querimonia mulieris, indignantis asini  
culpa filium peremptum. Pronomen autem, *Iste*, cum indigna  
tione pronuntiatur: nam molestum, odiosumq; significat, vt no  
tat Donatus. Sic apud Propertium: *Iste quod est, ego s̄epe fui. Di  
stendit.* ] Implet, farcit, plenum reddit. Hoc autem specimen est &  
argumentum asini securi, & de alieno luctu incuriosi, qui ven  
trem distendens cibariæ voluptati deseruit. De his autem, quorū  
insaturabile est abdomen, & insatiabilis venter, proverbiū Græ  
cum celebratur, ἀπλησος πιθατε, id est inexplibile dolium: quod re  
fertur ad fabulam Danaidum, quæ dolio perforato hauriunt  
aquam, nec id vñquā expletur. *Miseret.* Magistri. ] Agasonem puerum significat ab vr  
sa imperfectum. *Seneclam despī.* } Cecilius: In senecta hoc reputo  
miserrimum: sentire ea ætate esse odiosum se alteri. Tradunt hi  
storici senectam Galbæ imperatoris fuisse despactui. M. Tul. re  
fert,

fert in Catone, Senes ideò morosos esse & difficiles, quia contemni se putant, & despici. Attamen apex senectutis est auctoritas. Lacedæmone honestissimum fuit domicilium senectutis, nusquam senectus honoratior. Hinc illud celebratum, cùm quispiam vidisset quantum honoris iuniores senioribus Lacedæmone exhiberint, scitissimè dixit, ἐν αὐτῇ μόνη λαυτελεῖ γνοσθέν, in sola Sparta expedite senescere. *Circa no-*  
*xiam. Quadrupedes nequiss.*] Apostrophus sermo vires dat orationi, quæ alioqui erat futura languidior. sic illud Ciceronis, Habes igitur Tubero quod est accusatori maximè optandum, &c. Quòd si per tertiam verbi personam evnuntietur, omnis vis acrimoniale languescat, si sic dicat: Habet igitur Tubero quod est accusatori maximè optandum. sic Demothenes ad Aeschinem, orationem in procœmio conuertit. sic Salustius, directo ad Ciceronem, in quem ipsum dicebat, usus est principio, cùm ait: Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer, Marce Tulli. & Cic. idem fecit in Catilinam: Quousque tandem abutere patientia nostra? Sic & nunc scitissimè inducitur foemina, utens apostropha ad asinum, quem filij extinctorem arbitrabatur, ut ita vehementior validiorque criminatio videatur. *Precariam vo-*  
*usu.*] Sensus est: Si tibi, ô pessime asine, usus vocis temporarius concederetur, ut loqui posses, nulli tamen persuaderes te huic culpæ non esse confinem. Precarium est (ut Vlpianus tradit) quod precibus potentium utendum conceditur tandiu, quandiu is qui concessit patitur. Qui precario concedit, sic dat quasi tunc recepturus cùm sibi libuerit. Precarium simile est commodato. Hinc eleganter dixit Seneca, Homines esse spiritus precarij: quasi commodati, quem mutuo accipimus, quem redere debemus cùm primùm reposceret qui commodauerat. Nos oportet in promptu habere, & appellatos reddere: pessimi est debitoris, creditori facere conuicium. Namque precarium reuocare volenti competit, & (ut inquit Julianus) est natura æquum, tam diu de mea liberalitate vti, quamdiu ego velim. M. Brutus precariam salutem, Curtius regnum precarium dixerunt: sic & nunc precaria usura vocis accipitur, pro usu vocis commodato: quam precibus petens utendam impetraverit à natura tandiu, quandiu ipsa voluerit. In hunc sensum sexcenta exempla sunt apud eos qui puriter & eleganter scripserunt. Usuram autem pro usu dici, frequens est apud eruditos: & testatur M. Tullius, cū ait in Catilinam, Vnius usuram horæ gladiatori isti ad viuendum non dedissem. Hinc Plautinus Mercurius Alcumenam uxorem Louis usurariam non infestiviter appellat, videlicet ab usura, hoc est

vsu: illa enim vtebatur perinde ac sua vxore, cum ipse esset Amphitryo subditicius. Puer quoque usurarius ab eodem Plauto dictus, cuius opera & ministerio utimur. Usuram pro vita poni, annotat Donatus. Apud iuriscons. non tam usurarius nominatur, quam usurarius, cui usus legatus sit, in quo minus est iuris quam in usufructu. de quo in lib. 2. Institutionum sic scriptum legimus: Si pecoris vel ouium usus legatus sit, neque lacte, neque agnis, neque lana vteratur usurarius: quia ea in fructu sunt, plane ad stercorandum agrum suum pecoribus uti potest. Econtra-riò usurarius fetuus, & usuraria ancilla dicuntur, quorum usus legatus est, & opera. Vnde lib. 7. digestorum, Labeo putat si fundum conduixerit quis, usurarium seruum ibi posse operari. Quid enim interest, in quam rem opera eius utatur? Quare et si lanam conduixerit usurarius expediendam, poterit etiam per usurarias ancillas opus perficere. A. Gel. usuraria appellat, quae usui sunt: qui visionem quoque pro usu sive usura posuit. Propugnare.] defendere, & opitulari. Propugnare & oppugnare tanquam contraria disparauit A. Gellius, scribens, oppidum à Metello oppugnari, ab oppidanis propugnari. Defendere nequisti. ] Argumentum ex eo, ut qui potuerit obesse, possit & prodesse: qui valuerit perdere, debuerit & posse seruare. Verum, ut inquit Quintilianus in 8. nocere facile est, pro desse difficile: & cum hoc reatum sit, vehementius apud Ouidium Medea dicit: Seruare potui, perdere an possim rogas? Alacritate.] Alacris sive alacer dicitur, is qui viget sensibus vniuersis: quod est indicium recti animi, atque sublimis. auctor Pedianus Alconius. vnde alacritas dicta pro vigore & animi unctione, & nonnunquam pro lacticia gestiente, quae malis habenda sit, vt M. Tul. in quinta Tusculana ostendit his verbis: Vir temperatus constans, sine metu, sine egreditudine, sine alacritate villa, sine libidine, nonne beatus? Dorso.] Veteres dossum dixerunt: vnde & iumenta dossum, quae doslo onus ferunt, de quibus Var. in secundo de re Rustica, & nos supera commemoramus. Conseruo magistro.] Exaggeratio speciosa, onerandi criminis causa tempestiuiter inducta. Turpe enim est consuetum deserere, turpius magistrum: turpissimum vero derelinquere pastorem, qui praebet cibaria iumentis, qui alit, qui curat. Circa bonos mores.] Corrigere, contra: nam contra bonos mores facit, qui petulantia non succurrit, qui morituro non fert suppeditias salutares. Nam ( ut inquit Seneca ) qui non vetat peccantem, cum possit, iubet. In decretis 86. dist. Culpam proculdubio facientis habet, qui, quod potest corrigere, negligit emendare. Ex praescripto legis argumentatur, puniendum

niendum, qui morituro non sit opitulatus. *Contra bonos mores.* }  
 Verbum peculiare iurisconsultorum, qui sic tradunt tit. de in-  
 iuriis: Adiicitur, aduersus bonos mores verberavit: ut non omni-  
 nis omnino qui verberavit, sed qui aduersus bonos mores ver-  
 beravit, teneatur. Item tit. de extraordinariis criminibus: Fit  
 iniuria contra bonos mores, veluti si quis fimo corrupto ali-  
 quem perfuderit, ceno oblinierit, aquas spureauerit. *Dolori vires*  
*adess.*] Dolor modò venustos facit, modò ingeniosos ac solet-  
 tes. Hinc illud Nasonis. Grande doloris Ingenium, miserisque  
 venit soletia rebus. Non nunquam vires luggerit, & animo  
 imperterritu impellit in ultionem. Sæpe doloris affectus iram  
 imitatur: est enim impotens, cuius impulsu contemptores pe-  
 riculorum ipsius quoque mortis frequenter efficiuntur, dum ani-  
 mo dolenti parentemus. *Affertis.*] liberatis, exortis, expeditis:  
 cum non sit (ut inquit Seneca) natura hominum appetens  
 penæ: mulieres tamen reponendæ ultionis cupidores sunt, &  
 (ut ait satyrophorus) vindicta nemo magis gaudet quam fo-  
 mina. *Suam sibi fasciam.*} An strophium intelligit, quæ fascia  
 pectoralis est, qua mammæ exhibentur. de quo Catullus: Stro-  
 phio teretes evincta papillas. An vittam, quæ in vinciendo capi-  
 te adhibetur? Celebrata est vox illius qui dixit, Fasciam solue,  
 quantum mali sub illa latet? ubi fascia significat diadema &  
 insigne regium. Martianus fascias appellat, quas alij zonas.  
 Fasciatim aduerbiū est priscoū. Fasciam pro cortice posuit  
 M. Var. Fasciis in calciatu vsos esse priscos, indicat Plin. scribens  
 in octavo: Mures atriosisse Carboni imperatori fascias, quibus  
 in calciatu vrebatur: quod dirum fuit ostentum. Tales fascias  
 eleganti vocabulo crurules & pedules Vlpianus appellat, à cru-  
 ribus scilicet, & pedibus vestiendis. Sic enim inquit tit. de au-  
 ro & veste legata: Fasciæ crurules pedulesque, & pilea, vestis lo-  
 eo sunt: quia partem corporis vestiunt. Impressi codices iu-  
 riscon. habent fasciæ crinales. Quæ lectio si sincera est, ad vittas  
 & crinium tegumenta refertur. Dixit autem Suam sibi ex anti-  
 qua locutione. Sic enim veteres loquuntur ut Suo sibi gladio  
 hunc iugulo. *Sigillatum.*] singulos, separati, singulatim: & si-  
 gillatim dicitur à singulis, aduerbiū est notissimum. A Plau-  
 to singulariter dictam singulum vestigium, & ita veteres usur-  
 pant. *Indidem.*} ex eadem fascia. *Arctissima.*} stricissima.  
*Afirmari.*] Melius, affirmari, pro eo quod est occludi, obturari, ob-  
 serari. Indicat perticam illam vicem impleuisse claestrorum &  
 repagulorum. *Obtundere.*] cerebris ictibus ferire. Translatio sum-  
 pta à malleis fabrotum, quibus ferramenta in incude tundun-

*tur. Fessis viribus.] Meritò in fœmina quæ imbecillior est, & infirmior, citò vires defessa sunt, & brachia lassescere cœperunt. De-*  
*grauatus, } valde grauatus: hæc enim particula, De, modò auget,*  
*alias minuit. Plin. in 7. Eosdem prætereà non posse mergi, nec*  
*veste quidem degrauatos. Suopte. ] suo ipsius: Tu opte, tuo ipsius, &*  
*alia consimiliter. Cita. } celeri. Ad focum ] Propriè focus, locus est*  
*vbi sit ignis, à fouendo, id est, calefaciendo dictus. Tibul-*  
*lus: Dum meus assiduo luceat igne focus. Ad focum coli-*  
*tur lar familiaris Deus: de quo Plautus in Aulularia. A fo-*  
*co, focariæ dictæ fœminæ, quarum ministerium circa fo-*  
*cum est. Libro Regum primo sic scribitur: Filias quoque ve-*  
*stras faciet sibi vnguentarias & focatias & panificas. Vopianus*  
*refert, focariam & villicam instrumento fundi contine-*  
*ri. Focale verò non à foco, sed à fouendis faucibus denomina-*  
*tur. est enim faucium velamentum: cuius Horatius, Quin. Varro*  
*commeminerunt. Focaneus quoque palmes dictus Columel-*  
*la, non qui in foco est, sed qui in bifurco vitis prorepens, velut*  
*fauces obsidet. Vnde & nomen focula, antiqui dixerunt nutritio-*  
*menta: & foculare, nutritre ac fouere: fomenta, oscillationes, à*  
*fouendo deducuntur. Titunem. ] Ut Laetantij verbis utar, ex lib.*  
*4. Institutionum, titionem vulgo appellant extractum foco tor-*  
*rem semiustum, extinctum. Nonius quoque titionem esse dixit,*  
*fussum ardensem. Zacharias propheta: Ecce, inquit, titio eiusdem*  
*ab igne. Virg. torrem dixit, quem noster Lucius titionem Pa-*  
*ccuivius & Ennius declinabant, hic torrus torri, in secunda decli-*  
*natione. Sed ille loquendi mos exoleuit, cum nunc omnes di-*  
*cant hic torris, ex formula tertij ordinis. Obtrudit. ] trudendo*  
*immittit, & inuito impingit. Terentius: Quoniam nemini ob-*  
*trudi potest, itur ad me: vbi exponit Donatus infringi, impingi,*  
*quasi inuito. Innixus. ] ad insiculatus, subinxusque. Liqui-*  
*da simo. } Mira fuit prisorum in variandis generibus de-*  
*clinationibusque licentia. M. Varro lupum fœminam dicit.*  
*corius & collus masculino genere dictus. Pari modo diverso*  
*genere dicebant, hæc metus, hæc annus bic frons. Consimiliter*  
*Apuleius licenter dicit simū fœminino genere, cum masculino*  
*& neutro apud cæteros dicatur. A simo fit simetum, quod signi-*  
*ficat sterquilinium. asinini pulli simum, quod primum edidit,*  
*poleam vocant Aristoteles & Plin. Egesta. ] effusa, quasi ejacu-*  
*lata. Auctores tradunt, feram, quæ bonasus vocetur, fuga*  
*sibi auxiliari, egerentem ea simum interdum & trium iuge-*  
*rum longitudine, cuius contractus sequentes ut ignis aliquis*  
*comburat. itidem asinus egestione excrementi liquidioris perni-*  
*giem*

ciem à se se repulit. *Qua cæcitate.*] Ex hoc intelligi vult , largiore  
sumum egestam esse , cuius copia mulier illa quasi obcæcaretur.  
*Certum.*] Legendum est , *Cæterum. Delirantis Althea.* } Fabulæ ca-  
nunt, Altheam Meleagri matrem , cùm vidisset fratres Toxeas &  
Plexippum interfertos à filio referri , volentem vlcisci fraternalos  
obitus,furore extimulatam coniecissem in medios ignes titionem,  
in quo vita Meleagri continebatur : & ita uterque simul extin-  
ctus est. Mox Althea diri facti conscientib[us] sibi met necem consciuit,  
acto per viscera ferro. Parcæ torrem illum sive titionem fune-  
reum , atque fatalem in flammas posuere , cùm Althea Meleagrum  
esset enixa: dixeruntque tempora & stipiti & pueri eadæ  
fore. Tunc Althea stipitem illum è flammis ereptum , seruauit  
abditum in arca atque in penetralibus: qui seruatus, Meleagrum  
quoque seruabat,extinctus igne,illum pariter extinxit. Græci  
Δαλιον vocant hunc titionem sive torrem, quo Meleagri vita con-  
tinebatur. Nunc non inconcinniter Apuleius vtens fabulæ hu-  
iusece translatione , ait se asinum quasi Meleagrum extitisse , qui  
paulominus interierit titione mulieris, quasi alterius Altheæ, que  
per delirium & furem exitium filio concinnauit: & ita aptè a-  
sinum Meleagro, fœminam Altheæ, titionem titioni comparat.  
Altheam vocant maluam sylvestrem , quæ ab excellentia effe-  
ctus à quibusdam Aristalthea appellatur. Altheæ radix (ut inquit  
Plin.) cocta in aqua, aluum sistit: efficacior conuulsis, ruptisque  
ac vulneratis, sistentibusque à defectu sanguinis, radicis altheæ  
decoctæ succum bibendum dedit Hippocrates.



## ARGUMENTVM LIBRI OCTAVI.

*Hoc volumine nex mariti Charites miseranda , exoculatio amatoris  
Thrasylli facta per Charitem, ultronea puellæ mors expli: antur. Mu-  
tatio domini , enarratio sacerdotum Deæ Syriæ luculenta , & illorum  
spurcissimæ libidines, flagra, dissectionesque membrorum, strandes at de-  
cipula detecta continentur.*

*Noctu gallicinio.] Chronographia, id est, temporis descriptio  
est, secundum diei civilis divisionem. Post medium noctem  
est gallicinium , à galli cantu dictum: inde conticinium, cum &*

*Sf inij*

galli conticeſcūt,  
& homines tunc  
etiam quiescunt.  
Galli vigiles no-  
cturni, quos exci-  
tandis (ut inquit  
Plinius) in opera  
mortalibus, rum-  
pendoque ſomno  
genuit, nam diem  
veniente mnu-  
tiant cantu: ipſum  
verò cantum, plau-  
ſu alatum. Ambro-  
ſius in ſ. hexame-  
tri: Est etiam galli  
cantus ſuavis in  
noctibus: nec ſo-  
lū ſuavis, ſed etiam  
utilis, qui  
quasi bonus coha-  
bitator & dor-  
mientem excitat,

& ſollicitum admonet, viantem ſolatur, proceſſum noctis cano-  
ra ſignificatione protestans. Græco vocabulo gallicinum dici-  
tur *αιετροφωνία*. Lucianus hoc ideiā tempus deſcribens ait, *λιγύς  
εαδηία, ἀγγελός της νύχτος καὶ πάντες εἰς τὸν αἴρεσθαι καὶ τὸν έπαναπίνειν.*  
Erat, inquit, nox profunda, cum nuntius ex caſtello in agrum ve-  
nit, & villam Gallinaceorum cantus terret leones: quod ſerii ſcri-  
ptores tradunt, & Aſopus fabulator ostendit. Prouerbiūm eſt a-  
pud Græcos, *ἀετροφωνία μέμονδει νοσία*. id eſt, gallorum ven-  
trem incuſare: de his qui delicatius vivunt, & ſumptuosius. *Ιδειος exilio.* ] Lucianus breuiſſimè perſcribit ſponſum & ſponſam  
in littore ambulantes, repente fluctibus mariſ absorptos eſſe. his  
verò noſter, longè demutans recedēnsque à Græco ſcriptore, de-  
narrat copioſius latiūſque, alio mortis genere extinctos interiſſe:  
que narratio auocat atque mulcet lectorem minimè laſſeſcē-  
tem. *I*n nem propter. *{* iuxta, prope. ſic Virgil. Propter aquaꝝ riuum.  
*Conſeruorum.* ] qui eidem domino ſeruiunt, qui in eodem ſunt fa-  
muliſio, conſerui nominantur. Seneca lib 7. epiftolarum: Serui  
ſunt, imò homines: ſerui ſunt, imò humiles amici: ſerui ſunt, i-  
mò conſerui. Græci ꝑuīduaꝝ conſeruum vocant. *Equisiōnes.* ]



Octis gallicinio, venit qui-  
dam iuuenis proxima ciuitate, ut quidem mihi vide-  
batur, unus de famulis Cha-  
rites, puellæ illius que mecum apud la-  
trones pares erumnaſ exanclauerat.  
\*is de cuius exilio, & domus totius in-  
fortunio mira ac nefanda, ignem pro-  
pter aſſidens inter conſeruorum frequē-  
tiam, ſic annuntiabat. Equisiōnes, opili-  
onēſque & bubeque, ſuit Charite  
nobis quād misella, & quidem caſu  
grauiſſimo. nec verò incomitata Ma-  
nes adiuit. Sed ut cuncta noriſis, refe-  
ram vobis à capite que geſta ſunt, qua-  
que \* poſſint merito doctiores, quibus  
\*ſtilum fortuna ſubministrat, \* in histo-  
ria ſpeciem chartis inuoluere.

Hoc

Hoc totum festiniter. sicut enim qui concionem habet ad Romanos Quirites vocare: ita apud pastores verba faciens, appellat illos suis nominibus sp̄ciatim, sc̄iunctimque. Nam cum res pastorum per trigemina nomina pastores omnis expressit. Equiones, qui alio nomine equitarij, equorum moderatores sunt, aut magistri, apud antiquos, omnes quibus regimen cuiuslibet rei concedebatur, equiones dicebantur, vt suprā suo loco docuimus. *Bubsequae.* { bubulci, à sequendis bobus dicti. eo inclinatu formatur. & buceria nominantur. bubulcitrare, est boues curare: bucadæ vero, quod annotatu dignum est, vocabulo Plautino sunt, qui loris bubulis cæduntur: quos & plagipatidas vocant. Ex eodem genere sunt flagriones, quasi flagris subiecti: & verberones, & mastigatores, siue tortores, qui flagris cædunt sonentes obnoxiam, & loris bubulis castigant: vocabulo fictitio à sonitu, quem verbera efficiunt. nam dum verberant & cædunt flagris, tintinnare videntur, & tinnitus reddere ex crepitu plagarum: quæ percussio festiuiter dicitur ab eodem Plauto, Tax tax: videlicet per onomatopœiam, à sonitu quem reddit. id genus homines flagratores quoque dicebantur. quamvis quidem flagratores ponunt pro flagrione, vt sint qui mercede flagris cæduntur. *Fuit Charite nobis.*] Quod fuit, non est: quæ fuisse dicitur, iam extincta esse significatur. Consimiliter Virg. Fuius Troes, fuit Ilium, & ingens gloria Teucrorum. hoc enim verbo utimur, cum quippiam translatum, & penitus sublatum, & ad nihilum redactum significamus. Plaut. in Persa: Omne ego pro nihilo duco, quod fuit, quando fuit, tanquam hominem quando animam efflatit: quid eum quæras qui fuit? *Nec incomitate.*] Dulce est morientibus commorti: & maximum morientis solatium est, si non solus moritur, si petit inferos comitatus. iuxta illud: Nunquam omnes hodie moriemur inulti. *Manes adiuit.*] inf. ros pettit. A capite, { à principio, & summa rei origine. Græcè dicitur οὐδέποτε. *Charitis.*] Emendo, chartis: vt sit sensus, se cuncta velle referre, vt historici possint chartis & libris ista conscribere. Occultè denotat semetipsum, à quo hæc chartis inuoluuntur, & historicō stilo conscripta posteris produntur.

*Erat in proxima ciuitate iuuenis, natalibus prænobilis, equo clarus, & pecuniae\* fuit satis locuples: sed luxurie*

*Erat in proxima ciuitate iuuenis, natalibus prænobilis, equo clarus, & pecuniae\* fuit satis locuples: sed luxurie*

cas, lucida, breuis, probabilis : qua singula ita decenter, ita graphicè describitur, ut nō legere te putes, sed cernere. *Equo clarus.*] Equitem, equestriq; claritu dine nobilē fuisse significat. Quidā codices habent, loco clarus : ut loci conditione splen didum fuisse demonstret. *Natalibus.*] claritudine nataliū insignis, nobilitate generis illustris. Natales sunt *πόλεων*. nam laudamus natales ut honestos, infamamus ut sor didos. Plin. in 3. e pistolorum: Non nunquam Candi dus natales cōpetitoris arguebat. Titulus est apud iurisconsultos, de Natalibus restituē dis: quo euidenter ostenditur, eū qui natalibus restitu tis sit, vti iure ingenuitatis, tanquā nomine natalium ingenuitas ipsa significetur. *Luxurie popinalis.*] id est, qui inter popinas & gameas & lustra luxuriosè ac prodigaliter pecunia dilapidaret. De popinis alibi affatim scripsimus. Popinones dicuntur homines luxuriosi, popinis dediti, quos alio nomine vocant taber-

popinalis, scortissque & diurnis potationibus exercitatus, atque ob id factionibus latronum male sociatus, nec non etiam manus infectus humano cruore, Thrasyllus nomine. Idque sic erat, fama dicebat. Hic, cum primum Charite nubendo maturisset, inter praecipuos procos summo studio petitionis eius munus obierat. Et quanquam ceteris omnibus \*id genus viris antistaret, eximiisque muneribus parentum iniuraret iudiciū, morū tamen improbatus, repulsa contumelia fuerat aspersus. \*At dum herilis puella in boni Lepolemi manum venerat, firmiter deorsum delapsum nutriens amore, & denegati thalami permiscens indignationem, cruento \*facinore quarebat accessum. Nactus denique præsentia sua tempestiuam occasionem, sceleri, quod diu cogitarat, accingitur. Ac die, quo prædonum, infestis mucronibus puella fuerat astu virtutibusque sponsi sui liberata, turba gratulantum, \*exultans, insigniter permiscuit sese, salutique præsentia futuræ soboli nouorum maritorum gaudibundus, ad honorem splendidae prosapia, inter praecipuos hospites domum nostram receptus, occultato consilio sceleris, amici fidelissimi personam mentiebatur.

tabernarios & ganeones. Popinationes sunt luxus & helluatio-  
nes, Græcè dicuntur ἀστοὶ καὶ ἀστριαὶ. *Factionibus latronum.*] Inter-  
bonos amicitia, inter inalos factio est Tertull. His nomē factio-  
num accommodatū est, qui in odiū bonorū & proborum con-  
pirant. *Manus infectus.* } habens manus infectas, tinctas, maculo-  
sas humano sanguine. Tales autē sicarij & homicidæ dicuntur.  
figurata locutio est, sic Virg. Nuda genu, nodōque sinus collecta  
fluētes. *Thrasyllus nomine.*] Latroni congruens nomen. nā Græcè  
θράσυλλος dicitur temeritas, ferocitásque: unde & Thrasyllus, pro te-  
merario & feroci. *Maturusset.*] ad maturitatē extatis nubilis pu-  
bertatisq; venisset. Plin. in Epistolis: Sūma consequuturus, si vir-  
tutes eius maturuissent. Poeta in hanc sententiā: iam matura vi-  
to, iā plenis nubilis annis. *Manus obierat.*] adierat, peregerat, im-  
pleuerat officiū procī, & petitionis vxoriæ. *Iā genus.*] eius gene-  
ris, scilicet procurū, vetus & perinde elegās locutio, id genus, hoc  
genus pro huius generis, & illius generis. hac locutione scatēt vo-  
lumina eruditiorū. *Antistaret.*] præstaret, excelleret. Catullus: Anti-  
stas mihi millibus trecentis. *Antistiū dicitur à Martiano,* ipsa ex-  
cellētia & apex dignitatis. *Parentum iudicium.*] Tāta in muneri-  
bus fiducia & plerunq; vis est, vt parentes sā pē cōniveant in filia  
collocanda, vt munera tenebras mortalibus offundant. In hanc  
fermē sententiā est illud Satyrographi: Ipsos audēt tētare parētes.  
*Morum improbatus.*] male moratus, & ex malis moribus culpatus.  
Archaismus est. *Repulse contumelia.*] Prælatio alterius, sine alter-  
rius contumelia non potēt procedere, nec electio sine reproba-  
tione: vt inquit Tertullianus. Sicuti autē repulsa patiuntur præ-  
teriti in magistratus pétitione, cum dedecore & contumelia: ita  
in petenda vxore repulsi præteritusque fuerat turpiter Thrasyl-  
lus, & cum de honestamento Val. Maximus Syllam scribit repul-  
sa prætūræ sugillatum fuisse: quē vult intelligi, sugillationē que-  
dam & turpi contumelia deformatum, notatumque ob repul-  
sam. *Herilis puella.*] filia heri nostri. sic serinus appellat Charitem,  
quæ filia erat heri, hoc est domini. Apud Plautum frequenter hei-  
rilis filius dicitur, domini filius. *In manū venerat.*] id est, denu-  
plerat Lepolemo, eiusque vxor facta erat. Quod autem ait, in ma-  
num conuenerat, vsus est verbo nuptiali: ex risu scilicet consue-  
tudinēque prisorum. & vt id quod dicitur plānius fiat scito duobus  
modis vxorem haberi solitā, vsu & coemptione. Nā confar-  
ratio, de qua suo loco dicetur, solis pontificibus conueniebat.  
quæ in manū per coemptionē conuenerat, ex matres familias  
vocabantur: quē autem vsu, nequaquam. Coemptionio certis solen-  
nitatibus peragebatur, & se se in coemendo inuicem interrogā-

bant, vir ita: An mulier sibi materfamilias esse vellet? illa respondebat, velle. Item mulier interrogabat, vtrum vir paterfamilias esse vellet? ille respondebat, velle. Itaque mulier vi-ri conueniebat in manum, & vocabantur haec nuptiae per coem-ptionem, & erat mulier materfamilias viro loco filiae. auctor Vlpianus, & post Vlpianum Boetius in commentariis Topi-corum: qui alio quoque loco tradit, quod bona mulieris post eius mortem vir adipiscatur, quae in viti manum conuen-erit. efficitur enim per in manus conventionem, ut quae cunque sunt mulieris, viri siant dotis nomine. Hanc solennitatem nuptia rum signauit A. Gellius, cum ait, Matrem familias appellatam esse eam solam, quae in mariti manum transciptumque venisset. Hoe idem denotat Seruius Maronianus interpres, scribens in II. commentario: Matrem familias dici, quae in matrimonio conuenit per coemptionem, per quandam iuris solennitatem. Triviales magistri & minuti grammaticae, quorum deus est Seruius, legentes haec Seruiana annotamenta, hallucinantur atque cau-tiunt apud quos commentator commentator, interpres egit in terprete: qui nostra quoque interdum vellitant, quia scripta non sunt verbis vulgariis, & stilo rubiginoso. De hac coemptione contingali, qua vxor in mariti manum conueniebat, intellexit poeta illo versu: Téque sibi genetum Thetis emat omnibus vndis. Hic autem titus sic peragi solebat. Nubentes asses tris ad maritum venientes ferre solebant, atque unum quem manu tenerent, tanquam emendi causa marito dare: alium, quem in pede haberent, in foco Larium familiarium ponere: tertium, quem in matropio condidissent, compito vicinali resonare. Haec eo curiosius enarratiisque explicauit, propterè quod non parum multi lectores per incuriam, eruditionem in Apuleianis verbis delitescentem haud facile perspiciunt: neque ultra primorem cutem descendunt, minimè elaborantes sanguinem ac medullam verborum ipsius eruere, atque penitus introspicere. Nos vero, qui posterum negocium pro virili parte agere contendimus, pensula-te & diligenter perpendimus ea quae non sunt omnibus obvia, quae in secretariis doctrinarum recondita delitescunt. & ut in Commentariis pristinis nostris dedimus operam, ne pœnitendi commentatores videtur: ita in his curabimus, ne opera & im-pensa dispereat. Suprà quoque id totum leges explicatum, ex precepto scilicet Græci proverbi, quod ait, οὐδὲ τετράγονος: id est, Bis & ter pulchra sunt repetenda. Permisens. ] Planior lectio est, reminiscens. Actingitur. ] Significanter locutus est: sic enim dicimus in magnis rebus suscipiendis, ut, Accingunt omnes operi,

operi. auct. Donatus. Tempestiuam occa. } Pittaci Mitylē. illa est ce-  
lebrata sententia, 2<sup>o</sup> 3<sup>o</sup> 4<sup>o</sup>, id est, nosce opportunitatem, siue  
tempestuitatem, siue tempestiuam occasionem: quæ adeò in re-  
bus feliciter adiundis necessaria est, vt sine occasione nihil fer-  
mè prosperè atque ex animi sententia proueniat. Sed super hoc  
copiosissimè differui in libello Septem Sapientum, quem scio ti-  
bi (Antistes maxime) cordi esse, qui veræ sapietie es explorator,  
qui ad sapientiam perinde ac scopum dirigis studia tua omnia,  
& actiones. Astu sponsi. } Qua astutia, vaframento, virtute Lepole-  
mus sponsam Charitem ex prædonum manibus liberauerit,  
proximo volumine enarrauit. Salutique.] Videtur legendum, salu-  
tarique præsentia. Gaudibundus.] In modico gaudio gestiens, &  
omnibus læticiis affectum esse se simulans. Si M. Tullio credi-  
mus, gaudium à læticia sic distinguitur: vt gaudium in laude sit,  
in vitio læticia vt gaudere deceat, lætari non deceat. Gaudimo-  
niu[m] Hieronymus haud indecenter usurpat pro gaudio, qui in  
procœmio prophetarum: Gaudimonium (inquit) eius erit in lu-  
ctu. Ab eodem vox gaudimonij dicta est. Pro sapia.] Vocabulum  
quidem v[er]sitatissimum: sed quod à Quintiliano interdicatur, per-  
inde ac vetustum nimis & deculpatum. Personam mentiebatur.]  
Nulli peiores inimici profecto sunt, quam personati, quam oc-  
culti, quam simulato amicitiae tegumento inuoluti, quos cuncti  
detestantur. de quibus Cecilius verè ac disertè scripsit. Hi sunt i-  
nimici pessimi, fronde hilaro, corde tristi: quos neque vt appren-  
das, neque vt mittas, scias. Ad hanc sententiam non absurde re-  
ferri potest Plautinum illud: Lopus est homo homini, cum qua-  
lis sit non nouit. Grammatici annotant, fidos in maximis dici,  
fideles in minoribus negotiis: item fidos esse amicos, fideles ser-  
uos. Sed hæc indiscriminatim apud idoneos auctores usurpan-  
tur: neque enim decet friuolis Grammaticorum observationi-  
bus astringi classicos summatésque scriptores.

Iámque sermonibus assiduis, & con-  
uersatione frequenti, nonnunquam e-  
tiā cœna poculōque communi charior  
chariorque factus, in profundam ro-  
manam cupidinis sese paulatim nescius  
præcipitanterat. Quid ni? Cum flamma  
sui amoris, parua quidem primo va-  
pore delecerat: sed fomento consuetudi-  
nis exasperans \* immodi ci ardoris, &

Cœna poculō  
que communi.] Mē-  
sam veteres ami-  
citiae conciliatri-  
culam esse dixe-  
runt: s[ed] p[ro]p[ter]e[in  
conuiuio inuen-  
tus est amicus  
fidelior, crescit  
que beneullen-  
tia ex consuetu-

digne contubernalitatis. Proverbium græcum est, dignum scitu, nec indignum memoratu, aut opus dñe dñe dñe levare, id est Boni ad conuiuum bonorum ultronei eunt, & inuocati: tanquam fas sit bono viro ire ad cœnam probi amici, sine vocatione, qua ex re cariores inter se fiunt, & coniunctiores. auget enim benevolentiam consuetudo. Hoc ego propè peculiariter facio

cum meo Roscio, vt illius conuictor sim frequens, citra vocationem: vt Rosciorum domo perinde utræcunq; mea in qua mihi omnes libenter ac dominis obsequuntur, & cum ego ex meis moribus cœnam foris non libenter, tamen libentissime cœnito & pransito apud Roscios, vbi non extrarius esse videor, sed domesticus, vbi semper de literis literatis confabulationes iucundissimæ interseruntur, vbi vita degitur hilarior & amoenior. Omnipotens deus faxit, vt in hoc contubernio dulcissimo diu permanere, & florentes beatam vitam viuere possimus. *Romam.*] Dictio hoc in loco futilis, & nihil valens, ac intempestua: pro qua substituto vel rotam, vel foueam: utrumque enim amori congruit. De rota Cupidinis auctorem habes Plautum, sic scribentem in Cistellaria: Iactor, crucior, agitor, stimulor, verbor in amoris rota miser. Foueam autem & pedicas & casses dici, quis ignorat? translatione decentissima à feris facta, quæ foueis & cassibus capiuntur, irretiunturque. Itidem amantis irretiti lapsique tenentur. *Quid n?*] quare non? Comica locutio. Horatius: Militia est potior, quid n? concurritur horæ Momento. Sape anno-

annotauimus, hanc particulam comicis poetis esse familiarem.  
*Flamma sœui amoris.*] per catholicam sententiam docet, amorem  
 ab initio esse modicum, & modico vapore calentem, qui mox  
 exæstuet, gliscatque in incendium immodicum, & cuncta com-  
 burens. Xenophon scribit, amorem igne ac flamma esse flagran-  
 tiorem: quippe cum ignis vrat tangentes, & proxima tantum cre-  
 met: amor ex longinquo spectantes torret, inflamat, incendit.  
 Seneca in tragœdia cui titulus est Octavia tradit amorem esse  
 blandū animi calorem, qui iuventa genitus, lux & ocio nutri-  
 tur inter læte fortunę bona: quem si fouere aut alere desistas, ca-  
 dit. *Fomento consuetudinis.*] Consuetudo magnum est amoris in-  
 cendum: vnde meritò & scitè dicta consuetudo Veneris ancilla,  
 & vt ait Lucretius, Consuetudo concinnat amorem. *Clandesti-  
 nis.*] Mysteria Veneris in arcano habenda sunt, minimeque in-  
 vulganda. Amor furtivus esse debet occultus, clandestinus, & (v:  
 inquit amasius poeta) celari vult sua furta Venus, Militaris disci-  
 plinæ præceptum est: Quod facturus sis, tractato cum paucissi-  
 mis ac fidelissimis, vel potius ipse tecum. hoc idem optimè præ-  
 cipi potest militiæ Cupidinis sectatoriæ: vt ipse sibi dux, comes,  
 signifer sit: vt clām, latenter furtim ipsemet amicam alloqua-  
 tur, si potest: si minus, per fidum internūcium. Furtivum oper-  
 tūmque alloquium amantium apud priscos fuit, inscribere cor-  
 pus lacte herba quām titihim allom vocant, alij lactucam capri-  
 nam: & ita amicas clandestinò alloquebantur. *Copia custodien-  
 tiū.*] Custos est castitatis necessitas, sed plerunque infida. nam,  
 vt inquit verissimè diuus Hieronymus, Quid prodest etiam di-  
 ligens custodia, cum vxor seruari impudica non possit, pudica  
 non debeat? *Gliscentis affectionis.*] Amorem coniugalem signat,  
 qui ex nouitate iucundior in dies magis magisque gliscebat:  
 hoc est, crescebat, & augebatur inter neogamos, id est nouos  
 maritos. Vera est Mediusfidius illa Propertiana sententia: O-  
 mnis amor magnus, sed aperto in coniuge maior. Seneca  
 quoque in laudem amoris maritalis sic scripsit: Perennis a-  
 mor coniugis castæ manet. inter affectiones potentissima &  
 firmissima est affectio amoris coniugalis, vbi adest illud Ca-  
 tullianum: Mutuis animis amant, amantur. *Gliscentis.*] crescen-  
 tis, vt saepe annotauimus. *Incommodaret rudimentum.*] tyroci-  
 nium, primitias, palestram Veneris primitiua. Incommo-  
 daret hoc in loco positum videtur, non tam pro impediret,  
 quām pro commodaret, preberetque. *Furatrina coniugalis.*] furti-  
 ui concubitus. Martiali furatrina eleganti vocabulo, pro furto &  
 re furtiuia dicitur, eodem indicatu quo sutrina, moletrina, feratri-

na. Veteres moletrinam, vt id transunter explanem, dixerunt  
pro pistrino, à molendo scilicet. *Impeltitur.* Juxta illam sententiā  
notissimam, Nitimus inuetum semper, cupimūisque negata.  
*Spe, ætate.*] Spes, quam Græci ἡπιδα vocant, quæ sola in terris  
remansit, vt cecinit Hesiodus, cunctos fermè mortales souet ac  
pascit: in primis verò amatores spe aluntur, quæ melius eras fo-  
re semper ait, vt inquit Tibullus. A Seneca quoque dictum est,  
Ospes amantum credula. Itaque spes & ætas iuuenilis, quæ ma-  
xima sunt in amore præsidia, Thrasyllo persuaserant, facile esse-  
tu fore quod concupiscebat.

*In capreis veri-  
tatis est.*] Verba  
nullo intellectu  
consistentia surit,  
dignaque obeli iu-  
gulatione. Itaque  
illis confossis, ex-  
punctisque<sup>1</sup>, ista  
substitue: In ca-  
preis feritatis. vt  
sit sensus purus &  
lucidus, Lepole-  
mum iuisse ven-  
atum, indagaturū  
quidem feras, sed  
mitiores, quales  
sunt capreas, in  
quibus feritatis  
minus est, minus  
que periculi. &  
hoc faciebat, vt  
vxori amorabun-  
dæ sollicitæque  
de coniugis salute  
obsequeretur. Cō-  
simile consilium  
dat Venus Adoni-  
di suo deliciose,  
apud Ouidium,  
monens vt lepo-  
res, ceruos, ca-  
preas, tutæque

*Die quadam vénatum Lepolemus,*  
assumpto Thrasyllo, petebat: \* indaga-  
tur feras, \* quod tamen in capreis feri-  
tatis est. nec enim Charite maritum  
suum querere patiebatur bestias arma-  
tas dente vel cornu. Iamque apud fron-  
dosum tumulum, \* ramosumque densis  
tegminibus, umbroso prospectu vestiga-  
torum, obseptis campis, canes venatio-  
nis iudagini generosa mandato cubili  
\* residentes inuaderent bestias, immit-  
tuntur: statimque solertis discipline me-  
mores, \* partiti totos præcingunt aditus:  
tacitaque prius seruata missatione si-  
gno sibi repantino reddito, latratibus fer-  
uidis dissonisque miscent omnia. Nec  
ulla capra, nec paucens damula, nec præ-  
ceteris feris mitior cerua, sed aper im-  
manis atque \* inusitatus exurgit, toris  
callosæ cutis obesus, pilis inhorrentibus  
corio squalidus, setis insurgentibus spi-  
ne hispidus, dentibus attritu sonaci\* spu-  
meus, oculis flammeus, aspectu minaci,  
impetu seu frementis oris, totus fulmi-  
neus. Et primum quidem canum proca-  
ciores, qui cominus contulerant vesti-  
giis;

giunt, genis hac illac iactatis, consecutas  
interficit: deinde calcata retiola, quæ pri-  
mos impetus reduxerat, transabiit. Et  
nos quidem cuncti pauore deterriti, &  
alioquin innoxii venationibus consue-  
ti, tunc etiam inermes atque immuniti,  
tegumentis frondis\* vel arboribus latèn-  
ter abscondimus.

animalia prædæ  
securus exagitet:  
abstineat apri,  
leonibus, vrsis: né-  
ve feras quibus af-  
ma dedit nature,  
lacestat. Visitata lo-  
cutione est, & periu-  
de elegans, si di-  
cas, Quod in ca-

preis feritatis est: pro, quæ feritas est in capreis. Capreas autem  
fogaces esse, exarmataeque feritatis, nemo non nouit, quartum  
multa genera percensent: rupicapreas, ibices, otyges, damae, py-  
gargos, strepcerotes. Orygis & pygargi iunctum meminit Iuue-  
nalis alias pygargus aquilæ est genus, cauda albicante: unde no-  
men viri que est enim videre inter capreorum genera quasdam  
habentes nates albicantes. Strepcerotes sunt capræ, habentes  
cornua rugatum ambitu contorta: unde & illis nomen inditum.  
nam σπειρᾶ significat vertò, torqueo. & τὰ κέρατα, cornua. Non  
probo correctionem illorum, qui apud Plinium non strepcer-  
toes legunt, sed terpsicerotes. *Armatas dente.*] In hanc senten-  
tiam Epigrammatarius inquit: Dente timetur aper, defendunt  
cornua ceruum. *Obseptis campis.*] Circumvallatis saltibus. Tale est  
illud: Saltusque indagine cingunt. Potes legere, obseptis capreis.  
Vestigatores enim in venatu capras reliquaque feras obsepiunt,  
& indaginibus in arctum vallant. *Canes indagini.*] Canum tri-  
plex est genus, villaticum, pastorale, & venaticum. villa-  
ticus canis villam, & quæ iuncta sunt, custodit: pastoralis,  
obseruat foris pecora pascentia: venaticus, venandi causa con-  
paratur. sunt & catelli Melitæi, ad delicias solas pertinentes; Græ-  
ci μηλιταῖς κανοῖς vocant. Portò venatici canes bifariam dispa-  
tiuntur: in eos qui feras sectantur & capiunt, & eos qui odoræ  
vestigant. qui indagini ferarum sunt accommodati canes, id  
genus vocant odorisequos. M. Tullius sagaces appellat, quasi  
acutæ sentientes. Sagare enim sentire est. Poeta nominauit  
odoros, illo versu: Massylique tuunt equites, & odora canum vis.  
Sagaci cani in venatu, ut inquit Plin. folertia & sagacitas præci-  
pua est. scrutatur vestigia, atque persequitur comitantem ad fe-  
ram, inquisitorem loro retrahens: senecta fessos, cæcosque ac  
debiles, sinu ferunt, ventos & odorem captantes, prodentesque  
cubilia. Sagaces sive odorisequos canes signat Lucanus in qua-  
to, cum ait: Non creditur ulli sylva cani, nisi qui presso vestigia

rostro Colligit, & præda nescit latrare reperta, Contentus tremulo monstrasse cubilia loro. De his hoc in loco intelligendum est, & est sensus: Canes sagaces ex seminio generoso ad indaginem venaticam comparatæ, immittuntur ad feras ex cubilibus latibulisque exagitandas. Nolito autem iunctum legere, Mandato cubiculi residentes: sed illud Mandato, per se seiuictum legas, namque denotat, immisso esse canes sagaces, ex mandato scilicet vestigiorum, ut scilicet inuaderent bestias stabulantes in cibili atque latibulo. *Soleriem disciplinæ.* } Solerem disciplinam vocat illam, qua canes sagaces instituuntur, formanturque: quibus solertia & sagacitas inest propè peculiaris. *Tacita mūsitatione.*] Sagacis canis proprium est, ut sine latratu tacitus vel pressa voce mūssans, feram demonstret, nam cauda primùm, deinde rostro demonstratio fit, significans feram delitescentem. Mūssare, cuius frequentatiuum est mūssitare, propriè est (ut docet Donatus) dissimulandi causa tacere. dictum vel à muto, vel ab hac litera M. quæ nimium pressæ vocis est, ac penè nullius. itaque ut mutus non plane loquitur, sed murmurat: ita mūssare homines. dicuntur, occultè quid pressa voce loquentes, quod celatum ve- lint. Seruius enarrans illud Virgilianum ex II. Aeneidos, Quid fortuna ferat populi, sed dicere mūssant: exponit, mūssare propriè est obmurmurare, & muto esse vicinū. In procœmio Naturalis historiæ: Dum ista mūssitamus, pluribus horis viuimus. hoc est, secreti loquimur, & pressa voce soli commentamur. In de mūssitatores dicti, quod verbum in Isaia scriptum legimus: Mūssitatores discet legem. Plautus in Rudente: Tu taceo, ego mūssitabo, quod idem valet, quod tacebo. inde mūssitatio dicta, non tam pro silentio pleno, quam pro murmure presso: &, ut expressius dicam, pro murmurillo. sic enim Plautus, lingua latiæ decus, murmurationem modicam appellat, cum ait: Nolo ego murmurillum, neque susurrum fieri. Canibus autem sagacibus proprium hoc est, ut inuenta præda minimè latrent, sed murmurillo mūssitantes, & cauda ac rostro indicium facientes, demonstrent feram venatoribus: à quibus cum signum redditum est, latratu mox concitato cuncti permissecent, & tunc venatici canes illi præferoces inuadunt feras ostensas. Illud, Latranti bus ferundis, ita emendo, Latratisbus feruidis feruido enim & vehementi latratu vtitur canis sagax, post inuentam feram. *Nec pa uens dammula.* Epitheton est propriū dammarum, ut pauidæ dicantur, & timidæ. sic Horatius, sic Virg. appellant. à Martiale dicuntur imbelles, illo versu: Imbelles damae quid nisi præda sumus? Plin. in 8. autumatu, damas iure dici feras non posse, quan- uis raro

uis tard manuescant: complura namque sunt nec placida y nec fera, sed media inter vtrunque naturæ: vt hirundines, delphini, apes, & damæ. Quod Plin. ait, apes, feras dici non posse, dissentit à iurisconsultis, qui tit. de aequirēdo rerum dominio, & libro secundo Institutionum prodiderunt, apium naturam feram esse, ideoque fieri occupantium. Itaque si in arbore nostra consederint, antequam in alveo à nobis concludantur, non magis nostræ esse intelliguntur, quā volucres quæ in arbore nostra nīdū fecerint: adeò vt si alias eas incluserit, dominus earum erit. Cæterum Plinius non tam iureconsultorum obseruationem spectans, quā in mores apium & ciuitatem, quæ hominum causa genitæ sunt, quarum mel & cera vñibus humanis seruiunt: scite & eleganter dixit, apes neque placidas haberi, neque feras, sed intermedias atque in meditullio placiditatis & feritatis collocatas. *Aper immanu.* } Magna virtus est, res de quibus loquimur, clarè atque vt cerni videantur enunciare. hoc cùm pluribus locis, tum in hac descriptione decenter facit Lucius noster: qui describit, immò depingit aprum tam graphicè, tam eleganter, vt eum oculis repræsentet, per illam exornationem Rheticam, quam Græci enargiam, nostri repræsentationem atque euidentiam appellant. *Toris obesus.* ] torosa pulpa & crassa. de toris & obeso antè dictum est. Dicitur autem obesus, quasi ob edendum pinguis factus, & crassus. *Pilis inhorrenibus.* ] Ouid. consimiliter describens aprum illum Calydonium, vacuum & formicatum, hyperbolicōs inquit: Riget horrida ceruix, Et setæ densis similes hastilibus horrent, Stantque velut vallum. velut alia hastilia setæ. *Dentibus spumens.* ] Ouid. Spuma fluit, dentes æquantur dentibus Indis. Exetri dentes sunt apro, hippopotamo, elephanto. Raro fœmina sus habet exertos, & tamen sine vñi, itaque cum apri percutiunt, fœminæ sues mordent. Dentes omnes suis concavi, nec vñquam decidunt. In India ( vt utar verbis Plin.) cubitales dentium flexus gemini: ex rostro, totidem à fronte ceu vituli cornua exeunt: pilus æreo colori similis est in agrestibus apri, cæteris niger. Ex mixtura apri feri & placidi gignuntur semiferi, qualiter natos antiqui hibridas vocabant. quod nomen ad homines quoque translatum est, vt videlicet hibridæ cum Probo appellantur: super qua dictione plura in Suetonij commentariis. *Sonaci.*] sonoro & stridulo. Ouid. Conchâque sonaci Inspirare iubet. vt recto casu dicitur edax, pugnax: sic & sonax, quod in raro vñi est. Plin. refert, apri in coitu asperiores esse, indurantes attritu arborum costas, hui-

tōque se tergorantes. quod ante Plinium numeris poeticis complexus est Maro sic scribens: Ipse ruit dentēsque Sabellicus excavit sus, Et pede pro subigit terram, fricat arbore costas: Atque hinc atque illinc huīnerōsque ad vulnera durat. Græcē ~~καράπες~~ dicitur aper. *Oculis flammeus.*] Ex Ouidij archetypo, scribentis: Sanguine & igne micant oculi. *Totus fulmineus.*] Nihil fulmineo vehemensius, nulla vis impetu fulmineo concitior, nullus tremor terribilior. Igitur ut emphaticoterōs & evidenter demonstraret fulmineū, terribilem, impetuosum aprum, dixit illum totum fuisse fulmineum: quo verbo breuiter expressit aprum formidandum, qui instar fulminis cuncta concuteret, & solo afflātu perureret. simul allusit ad dentes aprugnos, quos fulmina ab impetu quasi fulmineo appellare videntur poëtæ. Ouid. Nec vires fulminis apro. Item, Fulmen ab ore venit, frondes afflatibus ardent. item in 10. Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri. *Canum proca.*] venaticos canes acriorēs, appetentioresque configendi cum apro, eleganter procaciōres appellat, à procacitate illa notissima, id est appetentia & postulatione. procare enim poscere est: & procaces meretrices dictæ quia semper aliquid petunt. *Genis iactatis.*] ad aprum referendum, qui dentibus extra genas exertis percutiebat, dissecabatque canes proprius accedentes. Genas acyrōs dixit, cùm genae de homine tantum propriè dicantur, ut memorat Plinius. *Transabuit.*] Virg. Transabiit costas. *Innoxīs rena.*] caprearum scilicet & leporum, & id genus ferarum, quæ minimè noxiæ sunt, & ( ut inquit Ouidius) tutæque animalia prædæ. Plato probat venationem ferarum, quæ equis canib[us]que & corporis viribus agitur. nam lib. de legibus 7. Quibusunque, inquit, curæ est fortitudo, hi quadrupedes omnes cursu, vulneribus, telisque manu propria venando vincere debent. Vituperat autem aucupium, & pescatum, & venatum animalium, quæ retibus & laqueis capiuntur. Ecclesiastici conditores clericum damnant venatorem: & illi improbantur antistites, quibus pro psalterio est venabulum, pro librīs retia, qui venatores fouent, vestigatores amplexantur. Scio te, antistitum clarissime, esse extra hanc noxiam, cui literæ omnifarioræ sunt pro pabulo, qui horas partiris inter studia sanctiora, & musas humaniores, qui pluri facis hominem literatum quam venaticum instrumentum: quo continetur ( ut scribunt iuriscons.) canes & vestigatores. Quicunque habuerit horoscopum in quarta leonis parte, erit venator. Idem horoscopus in canicula facit venatorem. Græcē, ~~κυνηγός~~ & ~~κυνηγός~~ dicitur venator: inde Cynegetica di-